16 sum. ff. de serui. vr. prædi. l. quidam Iberus. ¶ † Opponitur φ etiam in rebus vniuersorũ non sufficiat maior pars in compromittẽdo super electione. Sol. aut maior pars statuit aliquid ex necessitate iniuncti regiminis ecclesię vel ex vtilitate: vt l. qđ maior. ff. ad muni. aut ex odio vel iniquitate: & nõ valet vt hic: aut ex aliquo alio motiuo. & dicit Bar. φ nõ valet in pręiudiciũ eorũ qui non consenserũt: ergo nec in præiudicium successorum qui tunc non erant in rerũ natura: qa in eorũ præiudiciũ nouũ ius statuere non possunt, vt hic.
c ¶ No φ ille sermo [c] vniuersaliter singuli & singulariter vniuersi includit vniuersitates & singulares personas, vt in c. generali. in prin. de elec. li. vj. ¶ Et scias φ illud qđ vtile est ecclesiæ vtilitate rei, necessariũ est prælato necessitate officij: qa prelatus tenet ex necessitate officij sui vtilitatẽ ecclesiæ procurare: vt in c. generali. de elec. lib. vj. sicut tutor vt C. de admi. tu. l. fi. & quicquid facit, vel ex re ecclesię pręsumit nomine ecclesię facere: qa mãdatũ hẽt à lege vt dicit illa lex notabilis. ff. de admi. tut. l qui negotiationẽ. in princi. & ibi per Bar. imo ẽt vtiliter gestum pertinet ad ecclesiam ipso gesto siue re ipsa. ff. de neg. gest. l. pompo. scribit. & l. si pupilli. & C. qđ cũ eo. l. ei qui. sed si non esset ecclesię vtile, ecclesia nõ tenet habere ratum. vt ff. de neg. gest. l. sed an vltro. §. pe. & l. cũ quærit. ff. de admi. tuto. C. in qui. causis in integ. resti. non est neces. l si tutor. & l. testatrix § si plures qui text. est notabilis. ¶ Conclude ergo, φ aut loquimur in eo quòd est cõe pluribus vt collegijs & tũc aut pro vtilitate cõi vel necessitat ecclesię, & potest maior pars: aut ꝯ cõem vtilitatem & non potest: & idẽ si pręter: aut est cõe vt singulis; & tunc aut actus potest commodè explicari pro parte; & non p̃t fieri in alterius præiudiciũ. aut nõ p̃t cõmodè explicari: vel est omnino indiuisibile. & tũc aut vtẽdo ad naturalẽ vsum vel quasi, & potest. aut extraneũ vsum & nõ potest. ¶ Considera, duę sunt regulæ. vna est qñ plures faciũt corpus qđ debet esse cũ autoritate superioris, & tunc qđ maior pars corporis rite facit, oẽs fecisse vident. Alia regula est, quoties plures non faciunt vnum corpus: tunc quod maior pars facit, alij qui non consentiunt, nõ videntur fecisse: sed illę solę personæ quæ fecerunt, obligantur. ¶ Item quęcũq; geruntur intellectu, requirunt eum in proprio subiecto non in alieno: vt ff.
17 de ver. ob. l. inter stipulantem. in prin. ¶ † Ex his patet responsio ad quæstionem, qua quæritur vtrũ ex fonte cõi plurium possit maior pars concedere aquam minori parte nõ consentiente. Nam in præiudiciũ aliorũ non possunt: qa ista cõcessio contrahit volũtate: vnde dissentientes non obligantur si isti plures faciunt vnũ corpus obligat ipsa vniuersitas siue corpus: sed singuli quilibet per se nõ obligantur, vt not. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & l. 4. §. actor. de re iu. per Bar. vnde si vicinia habeat cõem puteum, vnus potest vendere partẽ suam vtilitatis aquæ alijs inuitis vtilitati aliorum non detrahendo. nã vtilitas aquæ diuisionem recipit vsu & arbitrio boni viri. arg. ff. de vsufru. l. hactenus. § fi. & ff de var. & extraor. cogni. l. 1 su aquæ. & facit. ff. de ser. vr. pre. l. parietem. & ff. si ser. vend. l. j. & ff fa. her. l. heredes. §. si incerto. ff. de dam. infec. l. si proprietarius. plus dico φ etiã si vnus hẽt tam minimã portionẽ, φ eius non intersit cõtradicere: tñ nõ tenetur ad obligationẽ: licet interdum teneat ad patientiam. vt ff. de aqua plu. arc. l. 2. § idem. tunc autem cognoscã an sit vnũ corpus qñ vni nomini, & vni prelato sunt subiecti, & arcã habẽt cõem: qa ista sunt stigmata vniuersitatis. ff. quòd
18 cuiusq; vniuersi. no. l. j ¶ † Quæro quædam cõmissio est facta pluribus quomodo cognoscam an vt collegio vel non? Respondeo si est distributa potestas inter eos vt singulis: si autẽ cõplexiuè est attributa: aut nomina sunt expressa, & tũc vt pluribus simul: nõ tñ vt collegio: aut noĩa sunt expressa puta pluribus cõsulibus quorũ nullus est prelatus aliorũ sed socius vt l. j. ff de offi. consu. Sed si sub noĩe appellatiuo collegij, & tunc collegio licet noĩa singulorũ sint etiam expressa demonstrationis personarum causa. argu. ff. de sti. pu. ser. l. si seruus. ff. de an. lega. l. annua. §. j. ff. de lega. 3. l. si chorus. ff. de ver. ob. l. scire debemus. ¶ Sed pone quòd est talis casus in collegio

ADDITIONES.

a ¶ Statutum disponens id quod ius cõe nõ valet. ad de Bal. in rub. C. q aecusa. col. ult. & uide quod in simili ponit Alex. in l. j. §. sublata. ad Treb. & uide Bart. cum ibi cumulatis in l. 2. ff. de usuc.

b ¶ Trangressor consuetudinis: ita punitur sicut transgressor legis.

c ¶ Sermo uniuersaliter singulis & singulariter uniuersi includit uniuersitates & singulares personas.

legio in quo requiritur omnium consensus, nunquid poterunt cō
sentire tanq̄ singuli quilibet pro se alijs absentibus? Respondeo
non: sed debent consentire in capitulo, vbi debent in vnum cōue-
nire; quia capitulum est de forma substantiali ſm Barto. quod est
not dignum. Et concludit quod vnum tangit debet ab vno fieri:
quod plures à pluribus: qđ à collegio, debet fabricari in ipso & per
ipsum: tamen si potest impugnari ratione contemptus potest pur-
gare vitium per singulares consensus. non enim fundant actū sed
remouent obstaculū, & veniēt adminiculatiuè & adiuuatiuè. & p̄-
dicta faciunt ad quæstionem legistarum de duobus hæredibus in-
terfecti an vn⁹ pōt facere pacē sine altero? & vř ꝙ sic: qa hoc est in
diuiduum. ergo competit cuilibet insolidum sic quòd melior est
conditio occupantis ar. ff. de procu. l. pluribus, cum non faciant sibi
aliquas partes demonstrabiles vel intellectuales per concursum, ni
si dicatur ꝙ imo per concursum faciunt partes vniuersales. sed sine
consensu quilibet habet ius integrale; & melior conditio est exe-
quentis quia aliquod additum paritati reducit ad imparitatem. &
potioritatem vt in c. duobus. de rescri. lib. vj. ¶ Item est indiuiduū
alia ratione, quia non potest expediri pro parte, quia eius pars nō
est apta ad proprium vsum rei sicut seruitus, & ius patronatus, sed.
istæ rationes possunt adaptari in contrarium. nam quoties aliquid
competit pluribus simul, licet in se sit indiuiduum vt iurisdictio:
tamen per concursum fiunt partes non quidem res īdiuisibiles sed
partes vocales & dispositiuę vt in c. plures. de iure patro. in cle.
¶ Præterea ius faciēdæ pacis venit ad destruēdū p̄sentē statum rei,
qui in iuiuria cōsistit; & vn⁹ cōsortū nō pōt destruere presentē sta
19 tū sine altero vt d. l. Sabinus. ¶ † Itē nemo pōt donare iniuriam
a alienā. quinimo vilis [a] persona reputať quæ iniuriā nō vlciscitur. vt
l. sed si vnius. ff. de iniurijs. solū quo ad rē publ. i. quo ad pęnā fiscalē
valet qđ factū est ab vno hæredū offensi si statutū loqť p verba sin-
gularis numeri: secus si pluralis: nā statutū de iniuria quæ fit rei pu-
blicæ pōt disponere prout vult. Sed de priuata actione iniuriarum
ciuili vnus nō posset in præiudiciū aliorum. vt ff. de pac. l. si vnus, §.
ante oīa. & ff. de adul. l. si maritus. §. si negauerit alij dicūt ꝙ in pa-
ri numero vnus nō possit sine altero: sed in numero impari p̄ualet
maior pars fauore liberatiōis: vt ff. de pac. l. maiorē. de hoc dixi in
l. ij. c. de libe. & eorū lib. vbi videas. ¶ Item si princeps indulget &
impetrās facit mētionē ꝙ hēt pacē cū cōsanguineis, & offensis, an
debeat habere pacē ab oībus nemine discrepāte, an verò habere pa
b cem sufficiat à maiori parte. dicit Bar. maiorem partem sufficere. [b]
ff. de ver. ob. l. eadē. §. cato. in pen. q. pręualet præsertim in fauorem
liberationis. ff. de pac. l. maiorem. tñ obstat. l. per fundum. qa aliud
est detrahere seruituti vt hic: aliud cōstituere seruitutē in re cōi. ff.
20 de ser. expor. l. seruus ea. ¶ † Item facit ad qōnem, an vnus socius
possit locare domū pro indiuiso altero inuito: & si quidē res cōsue
uit locari, cōsuetudo fit altera natura rei: & pōt partē suā pro indi
uiso locare socio requisito: si verò nō est ɔsuetudo loci secus, simi
lis distinctio fit. ff. de præscrip. ver. l. naturalis. §. j. insti. pro so. in fi.
¶ Vel dic, iudex arbitrabiť. l. ij. C. qñ & qui. quar. pars debe. qui, cō-
siderabit vtilitatē vtriusq; partis. & istud facit fieri per eos cōiter
& concorditer. ff. de ser. ru. prædi. l. itinere. glo. no. iuxta illud qđ di-
cit illa lex notabilis ff. de solutio. l. cum stichus. & facit. ff. de lega. j. l.
21 hmōi. §. fi. ¶ † Pone ex publico principio priuata commoda na-
c scebantur. verbi gratia, ex flumine publico [c] in capite aquæ riuulus
trāsibat p prædiū Titij ad prædiū Seij: vtrū si Titius velit absorbere
aquā in suis prędijs, & p siccitate desiccare prata vel molēdina Seij,
possit necne. & videť ꝙ nō sumpto argumēto ab origine: qa ī capi
te aquæ aqua publica est & cōis, vt no. ff. de edē. l. si quis ex argenta-
rijs. §. si initiū. & ar. l. j. C. de imponēda lucra. descri. ¶ In contrariū
vř, qa postq̄ aqua est ī prædio Titij, ipse est dñs aquæ: ergo de aqua
sua pōt facere velle suum. ff. de aqua quoti. l. j. §. permittitur. & l. Lu
cio. nam cuius alueus priuatus est, eius quoq; aqua priuata est: ut
in l. j. § ij ff. de fluminibus. ad hoc. C. de serui. l. si præses. & l. si mani-
festè. Nā fluxus aquæ ad p̄cliuum locū naturalis est. & ideo dēt ser-
uitutem in prædio inferiori: qa nulla seruitus habet causam natu-
ralem, sed aut positiuam aut præscriptam. ut l. j. & ij. ff. de aqua plu.
ar. & sic cū aqua sit libera pōt dñs aquæ facere de ipsa velle suū etiā
si alij nocet per quandā cōsequētiā ff. de dam. infec. l. proculus. nisi
hoc fieret ad publicā æmulationē: puta ad impediendū fluxū aquæ
ad molēdina cōis Bononiæ: nā hoc fieri ñ pōt: qa est cōtra publicā
vtilitatē: vt. ff. de ope. pu. l. opem. vnde Titius nō dēt formidare iudi
ciū de quo quærit: sed futurū scandalum. ¶ Et propter hoc etiam
posset supplicari superiori licet de rigore non possit agi. ¶ Sed qd
si sunt duo vicini mediāte riuo cōi, & vnusquisq; vult trahere aquā
ad prata sua. rñdeo aqua dēt diuidi localiter, vel tēporaliter, sicut si
essent duo socij sitientes, & nō haberent nisi vnū ciatum vini, quili
bet deberet habere partem. l. ij. ad l. rhodiam de iactu. ff. Eodem
modo in agris & molendinis. & si quis vellet esse prior in vtēdo, di-
uidetur tempus sorte. ff. de vsufru. l. quoties. & l. ij. C. quando & qui
bus quar. pars debe. li. x. nam vbi humanum consilium non sufficit,
22 fortuna altercationem dirimit vt. l. fi. C. cōmunia dele. ¶ † Quæ-
rit Inno. hic, vtrum communitates terrarum, vel collegiorum ha-
beant iurisdictionem? & dic ꝙ nō, sed est apud rectores ipsarū. dic
qđ non habent iurisdictionem contentiosam. s. iudicandi, sed bene
habent iurisdictionem statuendi. Item eligendi sibi rectorem: sed
vtraq; indiget confirmatione superioris cui immediatè subsūt, vt
in auť de defen. ciui. §. interim. & no. C. de iur. om. iud. l. priuatorū.
& l. fi. & hoc necessariò sequitur ex dicto Inno. Nam cùm cōfirma
re statuta & electiones magistratuum. vt. ff. de aqua quoti. l. j. §. per
mittiť. & l. vitio Spe. in titu. de causa posses. sit iurisdictionis & altæ:
non bassę iurisdictionis: qđ patet: qa à statutis non potest appellari,
& cōmunitates non habēt iurisdictionē, ergo non habent ɔfirma-
tionem de qua loquimur. dictum tñ Inno. quo ad iurisdictionem
fallit quando magistratus vacat: vt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. vbi
absunt. quanquam posset dici ꝙ ibi esset speciale fauore minorū.
sed certè non minor fauor est totius populi, quam minorum. ar. ff.
23 de offi. prætoris. l. Barbarius. ¶ † Item dicit Inn. ꝙ vniuersitates nō
possunt facere statuta specialia vel pœnalia. quod est verum, nisi
authoritate superioris præcedente vel accedente. nam in confir-
matione tantum valet accessus, quantum processus. vt. ĩ. de iure
pat. c. cura. nam & posteriorem voluntatem tuetur prætor. vt l. j. §.
qđ autem ff. quo. le. & in c. j. de alie. feu. paterni. ¶ Item dictū Inno.
intelligas in pœnis s. criminalibus. vel quæ respiciūt authoritatē &
honorē prætoris, quarū executio nō p̄tinet ad iudices pedaneos. vt
l. qđ si qs. §. j. ff. ne qs eū qui in ius vo. est vi eximat. qa sunt meri &
mixti imperij: nō in his quæ imponūt ſm solitū cursum causarū in
cidēter & officio iudicis mercenario: qa ex quo habēt talē qualem
iurisdictionē, pñt facere statuta circa minima. sed certè ibi requiriť
autoritas superioris: qa membra sine capite nihil possunt, nisi in re
bus ipsorum membrorū, vt. ĩ de rescri. c. edoceri. ¶ Pone, consue-
tudo est in ecclesia qđ nulli possint percipere fructus beneficiorū
in absentia, nisi in ecclesia saltem per annū fecerit residentiā. Mo-
do papa concessit priuilegium studentibus Papiæ de percipiendis
fructibus in absentia nō obstantibus quibuscūq; statutis vel con-
suetudinibus ecclesiæ suæ: nec fecit specialē mentionē de ɔsuetudi
ne speciali. Rñdeo satis sufficiūt verba generalia quorū interpre-
tatio resoluitur in particularia. ar. C. de præscri. xxx. an. l. oēs. & l. j.
ff. si cer. pe. & ff. de le. iij. l. si chorus. ſm Oldr. ¶ Extrà quæro, nun-
quid huic decretali possit renunciari saltem cū iuramento? & videť
ꝙ nō: qa istud statutū est casum & damnatū a canone; ergo & iura
mentum vt. C. de legi. & cōsti. l. non dubiū. ¶ In cōtrariū uidetur,
argumen. sumpto ab impetrante ius iniquū de cōsensu aduersarij:
in quē non fit retorquutio: qa spontanens consensus purgat vitiū.
ut. ff. de ɔdi. ob. tur. causam. l. si ob turpem. & C. quod met. cau. l. ij.
24 ¶ † Itē qa quilibet pōt iuri suo renunciare, si habet sanū & ualidū
consiliū animi: etiā si ius suū transisset in rem iud. ut ff. de mino. l.
si iudex. & ff. de ædi. edic. l. quæriť. §. uenditor. C. de admi. tut. l. cum
quidā. C. de pac l. si quis in conscribendo. ff. de pact. l. pactum inter
25 hæredē. ¶ † Et not. qđ interdū canonici iurant factū, puta nō reci-
pere aliquem qui prius non iuret seruare eorum statuta: & tūc si re-
cipiunt aliter, sunt periuri. ar. ff. de ver. ob. l. quidā cum filium. reci-
pere eñ facti est, & in facto consistit. Interdū iurāt ius, puta serua-
re eorum statuta, & tunc non sunt periuti: debent seruare hunc or-
dinem, qa primò debēt cassare statutū, scđ ò ex interuallo recipere.
nā statutū iuris est: & ex quo est sublatum, non pōt inducere periu
riū. arg. in l. j. in princ. C. de latina liber. tol. & si tu dicis, imo statuta
& consuetudines sunt facti: ut in c. j. de consti. li. vj. Rñdeo, verū est
quo ad eos quos non ligant, qui non obligant per statutū, vel con-
suetudinē: vt est Papa vel Imperator. sed quo ad eos qui obligant,
sunt ius, qa faciuns ius. vt l. fi. C. de iureiur. ¶ Sed pone ꝙ receptus
est receptus autoritate literarū, Papę. Rñdeo si ī literis fiebat men-
tio iuramenti, non sunt periuri: qa faciunt ex necessitate, & nō pro
pria authoritate. ¶ Item qa princeps pōt facere gratiā iurisiuran-
di: vt l. fi. in prin. ff. ad munici. qđ etiam lex eius mortua facere pōt
26 vt not. in l. ad gere. §. fi. ff. de iure patro. ¶ † Sed quid, ecce ciuitas
d fecit statutum qđ nulla persona, [d] vel uniuersitas possit uēdere fru
mentum forensibus sub certa pœna: nunquid si ciuitas uēdit forēsi
incidit in pœnam? & uidetur ꝙ sic; qa qđ quisq; iuris & c. nā & ep̄s
obligať proprio statuto p̄sertim si delinquit tanq̄ singularis perso-
na non tanq̄ ep̄s. uerbi gratia, si facit furtum nam uno respectu sta-
tuit. i. tāq̄ ecclesiæ ep̄s. alio respectu delinquit. s. tanq̄ Titius. uñ cen-
sentur

ADDITIONES.

a ¶ Vilis p̄sona reputať q̄ iniuriā nō vlciscit. Adđ ꝙ verecūdia est reliquere iniuriā inultā. tex. i l. miles. §. socer. ff. de adulte. quem text. optime ad hoc allegat ang. i ɔsi. ccxlvij. ici. in splendidissima ciuitate Florentię in. j. col. Ia. in l. pactum curatoris circa fin. §. de pactis.

b ¶ Vide i ista materia, d. fe. hic i. xv. col. vide ēt vltra alleg. cōiter per docto. in §. catho. d. Io. de puteo i l. j. ff. de pact. & aliqd p fel. i p̄sentia col. xv. de p̄b.

c ¶ No. hāc decisionē đ qua facit mentionē Alex. ɔs. cxviii. i. j. col. in secunda parte, & vide etiam late per Ias. may. in repet. l. quominus. ff. de flumi.

d An ciuitas que facit statutum prohibens aliquid cum pena si ciuitas contra faciat ab incidat in pęnam.

sent diuersæ personę. vt ff. de his qui. vt indi. l. tutorē. ¶ Itē statuere est volūtariæ iurisdictiōis: qđ apparet, qa nemo est citād⁹. qñ eps vel alius habens ius statuendi statuit: & in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis vnus pōt gerere duplicem personam. vt ff. de adop. l. si consul. ¶ Item quia eps facit statutū autoritate canonis ergo ligatur tanq̄ à canone vt. C. de veteri iure enu. l. ij. §. merito. ¶ Item qa debet cōsiderari autoritas quæ facit rem præualere: vt l. iij. ff. de mili. test. ¶ Item qa qñ cā proxima agit in virtute alterius causę, inspicimus illam causam quæ efficaciam tribuit; vt. ff. de reb. du. l. vtrum. §. cum quidam & hoc potest defendi si statutū episcopi nō est contra ius commune directè nec indirectè, aliàs secus: vt. C. de offi. pręfec. præto. l. normā. vel dic ꝙ si est tale statutū, ꝙ eps possit tollere tacitè vel expressè, non ligatur statuto: aliàs bene ligat si nō
27 potest ipsum tollere, vt quia iurauit ipsum seruare. ¶ † Sed Io. an. dicit indistinctè epm non ligari propria constitutione: quia ligaretur sibi ipsi vt no. in c. ij. de consti. lib. vj. in nouel. sic iudex qui malè statuit iudicando facit litem suam non vi sententiæ sed ex quasi maleficio; quia prauè statuit vt. ff. de ac. & ob. l. ex maleficijs. §. iudex. Preterea causa mediata non debet inspici sed causa proxima: quia causa remota recipitur à proxima secundum naturam proxi. recipientis non secundum naturam receptę vt not in l. si mulier. ff. re. amo. & hæc est ratio naturalis. Reuertēdo ad ꝓpositū de ciuitate dico ꝙ nō obligat ciuitas: sed singulares personæ vel vniuersitates quæ sub ea sunt: vt not. Iac. de Are. in l. si peculiū. §. sicut ff de pecu. leg. qa cū statutū fiat gratia ciuitatis, ergo cōtra ciuitatē nō dēt interpretari, videlicet vt ciuitas puniatur contra faciēdo, vt. C. de
28 legib. l. qđ fauore. ¶ † Quærit Collec. nūquid valeat statutū epi, ꝙ ꝑ testes singulares probatur aliquē esse vsurariū manifestum: & dicit ꝙ non: qa est cōtra ius cōe. Tu dic ꝙ aut loquimur de ꝓbanda qualitate certi & determinati ꝯtus, puta emptionis factę cum Titio. &
a verū dicit. vnde per testes singulares [a] non probat ꝙ talis ꝯtus sit fœneratitius, nisi vnus testis iuuaret aliū testē per qualitatem indictorū vt. j. de pigno. c. illo vos. & j. de suc. ab inte. c. cū dilectus Aut agit de probāda qualitate ꝑsonæ in genere, puta ꝙ talis fuit vsurarius manifestus ad expugnandū testim suū: & tūc qa oēs species cōtentę sub genere, tendūt ad vnā eādēq; cōclusionē, nō dicunt singulares: qa ois species est eiusdē qualitatis & cōditiōis: & sufficit probatio gñalis sicut ad probādū quē esse fure manifestum, vel hereticum fm Iac. bu qa oēs hæretici caudā iam habent inuicem colligatam. Tñ quidā dicunt ꝯrium: qa nō possunt esse nisi singulares, qui simul nō viderūt. sed vnus vidit vnū. alter alium: cum in visu & in auditu fundet testimoniū: vt. j. de ꝓba. c. licet cām. & no. ff. de te
29 sti. l. ob carmen. §. fi. dixi. C. de testa. l. j. ¶ † Singularitas testiū non consistit in sensu: qa naturaliter quilibet testis habet proprium sensum ab alio teste separatū: & nō potest vnus sensus numero esse in duobus corporibus. sed consistit in sensato. i. qa nō viderunt vnum & idem sed diuersum numero, esset. a. seu specie vel qualitatē. & qa ibi testes non viderunt idem, non probant idem, tñ si adijciunt qđ est notoriū: & sunt multi testes fide digni, probant notoriū, licet nō probent factū: sed si non adijciunt de notorio etiam si essent mille testes nō probarent notoriū de quo non deponunt neq; factum in quo discrepant. j. de proba. c. licet causam. ¶ Credo tñ ꝙ odio feneratorū ad reprimēdū malitias & cautelas eorum, valet ꝯstitutio epi longis tēporibus practicata, ꝙ per testes singulares plurimos, forte decē, vt no. C. de accu. ea quidem. probetur quē esse vsurariū manifestū: etiam si cōstitutio fingat, uel interpretatur oēs eius contractus esse de duplo vere sortis qa propter difficultatē probationis & dolū fœneratorū, iustū & æquum est ex ꝑsumptionibus ꝓcedi. cum fœneratores æquiparent raptoribus ar. C. vñ. vi. l. si quādo. ¶ Itē hoc est testimoniū de moribus qui probant per actus singulares, & factos etiam diuersis locis & temporibus. Nam totus contextus consuetudinis cū requirat actuū & temporū pluralitatem, non pōt simul videri, vel percipi à testibus. sed constat ex actuū & temporū coniunctione ex quibus surgit consuetudo vt. l. vēditor.
30 §. si cōstat. ff. cōia prędiorū. ¶ † Quærit insuper Collec. nūquid solus eps possit reuocare statutū qđ fecit de cōsensu capituli? dic aut in statuēdo requirit consensus capituli ita ꝙ capitulum faciat partem cū epo in consentiēdo: & tunc nō valet reuocatio statuti sine capitulo; vt. C. de nup. l. si vt proponis. & ff. cōia prædio. l. si Aut consilium capituli non requirebatur ad esse statuti, sed ad benē esse. i. ad quādam honestatē, & tūc solus eps potest reuocare: qa cum nullus faciat ei partē per consensum, sequit ꝙ habeat ius statuendi solus & insolidum. & regula iuris dicit, ꝙ eadem est forma & potestas faciendi & resoluendi tam mediatè q̄ immediatè. vt ff. de ser. rustico prædi. l. tria prædia. & ff. de sol. l. prout quisq; sic pater facit testamētū sibi & filio suo impuberi: & tñ solus pōt reuocare sed an sicut pt testari & codicillari filio impuberi, ita possit damnando cā mortis impuberis. habes vnicū text. in iure. vcʒ in l. j §. j. ff. de tutelis & rōnibus distrahendis. & est text. vnicus ¶ Et not. quòd ista quęstio de reuocatione statuti habet locum in his qui suo iure possunt statuere: qa sunt ordinarij statuēdo, & perpetuę iurisdictionis: secus in cōmissarijs: qa eorū statutū finit eo ipso ꝙ statuerunt, cū sint delegati: licet Bart. faciat eos ordinarios si constituti sunt ad vniuersitatem causarum & statutorum donec durat tempus eorum arbitrij, non postea. vt. ff. locati. l. si in lege. in pri. Ita no. forte & ipse nō malè vt l. j. §. si plures. ff de exercitoria. in sua repetitione. & ff. de decre. ab
31 ordine faci. l. ambitiosa. in lectura. ¶ † Super his tamen diligenter formam mandati considerabis, qua cessante seruabis id quod dictum est de iure communi. facit ad prædicta, quòd arbitri simul electi ad plura decidenda debent simul omnia terminare si possunt. vt. ff. de arbi. l. quid tamen. iudices ordinarij possunt determinare vnum articulum sine alio si non sunt connexa capitula vt ff. de mino l. etiam. §. fi. ff. si cer. pe. l. quidam existimauerunt. ¶ Sed nunquid si datum est arbitrium reuidendi statuta possint interim vetera statuta seruare? Respondeo sic, si sunt certa & clara: secus si indigent interpretatione correctiua: quia data sunt ad corrigendum: vel declaratiua propter dubium intellectum statutorum: quia ex quo sub examine lis pendet coram reuisoribus, interim nihil est innouandum. arg. infra de resti. in integ. c. cum venisset. in fin. & argu. ff. si cer. pe. l. pecuniā. & ff. de excu. tu. l. diximus. & hoc in his ad quę posset trahi declaratio. non autem in præteritis perfectis, & maximè executis. arg. ff. de condi. indebi. l. eleganter. §. si opus. & quod no. C. de transa. l. diuersa. quæ trāsierunt in esse irreuocabile, quia quod sopitum est, non pendet ex futuri temporis tractu: vt. C. de
32 leg. l. leges & constitutiones ¶ † Vltimò no. quod licet collegium non habeat merū imperium, tñ potest quędam statuta facere, & sic nō omne statuere est meri imperij nisi qñ ordinat ad ea quę sunt meri imperij vt. C. de sentē. & inter. om. iudi l. nulli. & ff. de iudi. l. ij. §. his datur. ¶ Vtrū eps possit facere statutū qđ in certis causis à iure communi omissis non appelletur? videtur quòd sic in interlocutoris, non diffinitiuis vt. C. de sen. & inter. om. iu. l. cum solitū. sed illud est propter stylum & consuetudinem illorum magistratuum quam consuetudinem pręscripserant de conscientia principis, vt patet ibi in verbo, solitum aliàs secus. vt. j. de iureiur. in c. ve
33 nientes. vel dic vt no. in c. fi. de app. li. vj. in nouel. ¶ † Sed nunquid valet statutum episcopi quòd in certis casibus procedatur summariè, & de plano videtur quod non. Nam licet episcopi non iurent seruare leges & canones, tamen sine iuramento seruare tenentur. sic & arbitri non iurant, & tamen seruare tenentur quod scriptum est in legib⁹ & canonibus: vt. C. de arbit. autētica decernimus: & C. de
34 pac. l. si quis in conscribendo. ¶ † Item epi sunt sub lege, non supra legem. vnde non possunt committere causas ordinarias cum illa
b clausula, summariè [b] & de plano: & si cōmiserint, tñ ordinariè est procedendum qa illa clausula est apposita causa ampliandę iurisditionis: & ideo vitiatur & non vitiat vt. ff. de offic. proconsul. l. nec quicq;. §. fi. & not. in c. sæpe. de ver. sig. in cle. sed contrarium seruatur de facto; & aliud ē committere & aliud statuere, qa statui est generale & fauorabile. ar. l. ij. de ferijs sed delegationes sunt particulares & quodammodo odiosæ, & restringendæ. ¶ Pone, constitutio epi dictat, qđ in sua curia possit opponi exceptio non numeratę pecun æ vsq; ad quatuor annos, an valeat ista constitutio? & videtur ꝙ non: quia est contraria iuri communi quod disponit de biennio tantum. In contrarium videtur: quia ista exceptio fouetur. veritate: & maior est veritas quàm fictio. ff. de libe. & posth. l. filio. & post biennium probatur per coniecturas, quia negatiua. sed ante biennium præsumitur pro ipsa quia creditor debet probare causam finalem esse veram sed causam finalis agendi est ipsa numeratio. nā nec potest reddi quod numeratum non fuit Sol. ista constitutio pertinet ad decisionem causæ. & ideo inspicienda est conditio instius cum quo contrahit potius q̄ locus iudicij, vt not. O iof. in l. j. ff. de iud. in lec. sua. & C. de emāci. lib. in l. j. cū si. ¶ Porro exceptio nō numeratæ pecuniæ est anomala: qa tpalis ¶ Itē qa ante bienniū est ꝓbata eo ipso ꝙ opponit & iuratū sit. vt. l. fi. C. de nō nume. pecu. nō ob. c. debitores. j. de iureiur. qa ibi loquit in vsuris. in qb⁹ nō sperabat numeratio per craditorē fienda: qa tunc esset sors. Itē ꝯ forte nō obijciebat ibi exceptio nō nume. pecuniæ sed dicebat qđ ꝯtus erat fœneratitius & sic nō obstat sed si esset ꝯfessio de duplo veræ sortis: tūc si exciperetur de dimidia pte nō numerata: sed spe futuræ numerationis ꝯfessata: tūc essemus ꝓpriè in querela nō num. pecuniæ. tñ ex gñe causæ ñ essemus sub epo sed sub magistra
35 tu seculari. & cōsidera bene id qđ dico. ¶ † Quid econtra si constitutio epi dictet qꝫ ī curia sua clerici nō possint opponere exceptionē nō nume. pecunię & vr ꝙ nō valeat: qa est ꝯtra libertatē clericorū. Nā si onerat libertas eorū adimendo eis priuilegia, ergo multo fortius si aufert eis ius cōe qđ difficilius tollit q̄ priuilegium. ar. ff.
39 de mili. test. l. eius militis § militia. ¶ † Itē nō valet statutū episcopi vel magistratus iuri cōi contrariū ut. ff. de offi. pfec. pto. l. normam. nisi

ADDITIONES.

a An per testes singulares probetur contractus usurarius.

b ¶ Vide allegata per nouissimos in l. nemo. potest. ff. de leg. j. & diffuse per Georgium Natam in cle. sępe. in. xxvij. col. de verb. sig.

a nisi inter consentientes huic statuto [a].ar.C.de consti pecu.l.2.in fi.
& in auth.de fideiusso.§.argentariorũ.col.j ¶Itẽ si clerici essent nu
mularij vł argẽtarij ad quorũ fidẽ publicè recurrit,& maximè qa
qñ clerici se immiscent rei ad se nõ pertinẽti, finaliter dic nõ vale-
re quia;est cõtra naturalẽ rationẽ vel mẽtem cõtrahentiũ.ar.in l.j.
§.i.ff.de ferijs.& ff.si cer.pe.l qui pecuniã C de nõ nu.pec.l.fi.& C.
72 de do.ꝓmis.l.iiij.q̃ lex est sing.¶† No authoritatẽ [b] moralis phi-
b losophi ꝓ lege seruarinĩ causis allegari. Et est ratio,qa sciẽtia nostra
supponit morali philosophiæ: vt s̃. no. in rubri.ꝓęmij. sic in mã
naturali allegant Hippocras & Aristoteles.ff.d statu ho.l.septimo
mense.& ff.de sol.l.si pater.& ꝑ hoc redditur philosoph ę debitus
honor.Dicit hic Host ꝙ hodie populi quãq̃ principales, & c'aris-
simi nõ pñt statutũ aliqđ cõdere,nisi princeps eis hoc expressè cõ
cedat vel cõfirmet:& ꝓbat ex eo qa populus romanus in quo oĩs
populus includitur,omne suum imperium transtulit in principẽ.
38 ¶† Sed tu dic ꝙ potestas statuẽdi & iurisdictio sunt annexa.& qui
hẽt vnũ,haber & reliquum eiusdẽ quantitatis. nec aliquid valet ra-
tio Host.quia lex,omnes populi est approbata per Iustinianum &
per Cęsarẽ.& ideo debet haberi pro imperiali cõstitutione p̃ser-
tim quia Iustinianus fuit post Cęsarem Augustum ut not.ff.de mi-
no.l.Aemilius.in fi.& ideo dicas statuta populorum valere,nisi eis
sit expressè inhibitum per principem eorũ. & ecclesia romana in
suis terris temporalibus vtitur opinione Hostien. secundum quid
non simpliciter:quia vult nulla statuta valere nisi à se confirment:
ne populi subiecti valeant contra libertatem ecclesię aliquid ma-
chinari.Item sitiunt iurisdictionem,quemadmodum ceruus desi-
derat ad fontes aquarum,secũdum quosdam.tñ mala verè loquen
tes de clericis,si statutum habet plura capitula:vltima clausula ad
omnia refertur si ad omnia referri potest:ut not.ff.de postu.l.j.§.
cum qui.& ibi not.Old.Bal.doctor.

ADDITIONES.

a ¶ Vide per do.Alex.in cõs.xxxvj.inci.redẽptoris in vlti.col.in 2.volumine.
b ¶ Vide omnino scripta ꝑ modernos in l.iij.post doc.Bar.ibi.ff.si certũ petat.

CAP. VII.

1 *Constitutio laicorum etiam totius populi facta super rebus eccclesiæ non tenet.*
2 *Vasallus si est adeo pauper quòd non possit viuere, nisi feudum alienet, quid iuris.*
3 *Vergere ad inopiam quando quis dicatur: & quid probare debet.*
4 *Dictio liberam,quid significet.*
5 *In feudis curia domini est priuilegiata.*
6 *Ecclesia an incidat in naturales pęnas feudorum.*
7 *In alienatione rerum ecclesiasticarum non sufficit authoritas ciuitatis de curionum uel consulum:sed requiritur consensus ecclesiasticarum personarum.*
8 *Alienare in clericos ecclesias res tributarias uel collectarias an populus prohibere possit.*
9 *Alienare non potest feudatarius in ecclesiam; nisi intraret monasterium & tandiu durat apud monasterium,quandiu uiuit feudatarius.*
10 *Et quid econtra si dominus uasalli intret monasterium.*
11 *Feudum armatę militiæ expirat per monachatum,& per sacros ordines; non autem feudum censuale.*
12 *Dignitates inseparabiles non trasèunt à persona.*
13 *Feudum si est fictuale licet feudatarius intra annum petierit inuestituram,& fecerit fidelitatem,solennitatemq; seruauerit,tamen si cessauerit à solutione canonis perdit feudum.*
14 *Feudatarius si habet filios an possit pro anima sua legare suum utile dominium.*
15 *Priuari dominio uel alio iure suo an possit quis per statutum.*
16 *Satutum an possit eradicare naturalem iustitiam.*
17 *Obligatio ciuilis an possit tolli per statutum.*
18 *Inopię causa habent quedam personę beneficium,ne conueniantur,utrum si propter maleficium quod commiserunt sunt ad inopiam deducti,retinebunt illud beneficium.*
19 *Feudatarius an possit alienare commoda utilis dominij ad longum tempus non requisito domino uel eo contradicente.*
20 *Feudatarius an possit uendere annos redditus.*
21 *Feudatarius an possit renuntiare feudo inuito domino.& num.sequentib.*
26 *Feudatarius decessit tribus filijs hæredibus legitima ætatis relictis:unus petijt intra annum inuestituram: partes fuerunt cõtumaces & partem suam perdiderunt,an portio eorum accrescet fratri.*
27 *Et an idem erit si unus ex hæredibus renuntiauerit parti suę.*
28 *Et quid si unus propter feloniam à parte sua cecidit.*
29 *Ius accrescendi an in contractibus possit induci per pactum expressum.*
30 *Et si pars unius uacat per sententiam nunquid accrescet alteri.*
31 *In priuatione feudi an requiratur sententia.*
32 *Vasallus qui cecidit ipso iure si postea tenuit longo tempore non potest expelli propria authoritate inuestitoris.*
33 *Inuestituram si episcopus renouet,dicendo saluo & reseruato iure ecclesiæ:res autem iam ad ecclesiam reuersa erat,quia non erat petita inuestitura intra annum & diem propter quod episcopus inuestiuit quendam certum,an ualeat ultima concessio.*
34 *Emphiteuta requirere debet dominum quando causa alienationis potest domino adaptari.*
35 *Emphiteuta siue uasallus si alij in emphyteusim uel feudum aliquid dederit;an ex hoc acquiratur actio proprietario.*
36 *Feudum si renouetur in persona filiorum,an debeat solui laudemium.*
37 *Inuestituram debet petere filius intra annum & diem post mortem patris & iurare fidelitatem:aliter cadit a feudo ipso iure.*
38 *Possessio clandestina sufficit in translatione dominij.*
39 *Feudum si concessum est alicui pro se & filijs an intelligatur de descendẽtibus usque in infinitum.*
40 *Feudum si mihi & fratribus meis concedatur, an intelligatur de tota linea.*
41 *Emphyteusis ecclesię an transeat in extraneum hæredem.*
42 *Naturalis filius legitimatus non succedit in emphyteusim ecclesiæ in feudo:nisi imperator hoc expressè dicat.*
43 *Bastardi an ueniant filiorum appellatione.*
44 *Dignitas non conuenit illegitimè natis.*

1 QVę in ecclesiarum. ¶† Constitutio lai
corum etiam toti-
us populi facta super rebus ecclesię,nõ tenet. ¶Casus.
cõmune Triuisij.fecit statutũ ꝙ feudarij ad inopiã ver
gẽtes,hoc cõstituto possũt alienare feudũ qđ ab ecclesia, vel alijs
tenẽt absq; dñi requisitione. Papa dicit qđ istud statutum quo ad ec
clesias nõ tenet.& venditio facta de talis feudo sine legitimo eccle
siasticarum personarum assensu nõ habet vires.Ibi Triuisij.ideo
commune Triuisij ibi constituerunt quãtum ad aliquos id est sub
ditos tenet statutum tam in iure fori,quã in iure poli.ergo statuta
sunt seruanda etiã in fori conscientię s'm Ber.qđ non reperitur ali
bi.sed quo ad ecclesiã nõ tenet statutũ:qa cõitates terrarũ nõ pñt
ecclesijs imparare nec iura eorũ tãgere. ¶ Sed ecce ppł's rusticanus
rudis & indoctus credit valere statutum: nunquid excusetur rusticus
alienans à pęna cõmissi? videt qđ sic.qa rusticitati parcitur. ¶ Itẽ
publicus error iuris habetur pro errore facti ¶ Item iste in animo
suo non offendit dominum directè,vel ꝑ obliquum:quia non con
tẽnit eum.ar.ff.locati.l.si quis ignorans. In contrarium quia liber-
tas ecclesiarũ est de iure naturali:& pęna quæ est comes peccati in
de originẽ trahit. ergo error non excusat. C.de in ius voc. l.venia.
¶ Item debuit consulere peritiores. C. de inge.& manu.l.si auia.
perniciosè ergo hic erratur sub prætextu statuti ff de verbo.ob.l.si
seruum.§.sequitur.minor tñ restituitur in integrũ nisi dolus adess
2 set.ff.de mino.l.si ex causa.§.si in cõmissum.¶† Sed quid si vasallus
adeo est pauper,qđ non potest viuere nisi alienet? Rñdeo requirat
dñm ꝓ vitæ subsidio:cũ si eius vite dñs nõ succurrit,alienare pote-
rit:qa quodãmodo dñs videtur habere vasallũ ꝓ derelicto.ff ꝓ de
relicto.l.fi.& in auth.ut cùm de ap.cogno.§ qui de predictis.ꝓprie-
tatẽ tñ dñij nõ licet vasallo vẽdere licet laboret in paupertatis mi
seria vt in nostro.c.secundum intellectum Inno.& vide quod no.
3 in c.j.de controuer.inter do,& empto.feu.¶† Ibi probabiliter.ex
hoc aduerbio not. quod dicitur aliquis ad inopiam vergere nisi
duo probet.scilicet se vergere & sine culpa sua vergere.& hoc ve-
rum quando vergere allegat ut sibi prosit & alij noceat: alias non
referret vtrum sua culpa vel non.vt C de iure do.l.vbi adhuc.¶ Ibi
alienandi feudum.id est vtile dominium, & vtilem seu naturalem
possessionem.non enim est ita fatuè intelligendum statutum ut
loqueretur de proprietate ecclesię vel de proprietate laicorum:
quia statutum quod quis potest vendere proprietatem alterius
etiam contra laicos non valeret: quia esset contra ius gentium,
4 & cõtra naturalẽ ęquitatẽ expresse errore.vt ff.de pub.l.fi.¶† Ibi,
a liberam [a] no.qđ istud verbũ significat qđ nec teneatur consensum
dñi requirere,& vt alij ad eam non pateat ingressus.nam liberum
dicitur qđ ab omni necessitatis obseruantia & solẽnitate est abstra
ctum.

ADDITIONES.

a ¶ Vide omnino scripta late per Ias.May.in l.1.C.de fac.san.ec.i.1.col. & ali
quid per eũdẽ in l.si qs maior in 4. col. in vi.no.C. de trãs. Et de isto verbo
libero vide etiã Barb.hic & eundẽ Barba.in ca.1.de off.ord.& eundẽ Barb.
in c.1.j.de rescrip.vide q̃ scribit d.And.pon.in c.si pro debilitate,de off. de-
le.& per scripta in dictis locis al's extensę consului & se subscripserunt insi-
gnes doct.d. Lã. Deci.& Ia.de cliuio de Mediolano q ptãs qui potest ex ca-
missis vel ex decreto in criminalibus.libere inquirere tamen consului ꝙ per
istud aduerbium libere non poterit inquirere non præcedẽte fama vel plus-
quam sit fama vel indicia, pro ut etiam comprobat Ias.in d.l.1. tamen licet
Iaso.nõ dicat iuuenio qđ primum tenet Aug. in sil. vacantia.C.de bo. vac.li.x.
tñ reperiri põt qđ Aretinus reprobat ipm in c.cũ oporteat de acc.fra.Paro.

5 ctum vt l.i.ff.de testa.mili.¶† No.quod in feudis curia domini di-
citur priuilegiata.Est enim curia locus signatus vsibus dñi deputa
tus.sed aliter curia sumitur pro loco publico : vt curia decurionis
vt C.de decuri.l.obseruare.li.x.& facit c.j.quæ fuit prima causa be
6 nefi.¶† An eccl'ia incidat in naturales pęnas feudorū,puta ex ca-
dentia à proprietate.ho.in c.vel in glo.de capitulis corradi, si feu-
dum est nouum:id est acquisitum per prelatum qui deliquit.dic ut
ibi in text. Si autem est antiquum.i.a predecessoribus acquisitum
non nocet ecclesię C.de sacrosanctis eccle.l. placet.¶Ibi, identita-
ti.not. quod identitas est non pati iniuriam in iuribus suis. ¶Ibi,
constitutionem.not.hic primò cassari cõsuetudinem:deinde im-
mediatè cassari cõtractum ex ea secutū.& sic ẜm Inno.non valet
statutum ꝙ ratione partis quis possit vendere totum:siue sint par-
tes eiusdem quidditatis & rationis,vt dominium:siue diuersę quali-
tatis vel diffinitionis puta dñium & vsumfructum formales sibi
faciunt partes per concursum vt ff. de vsufr. leg. l.si alij. ibi enim
est quædam comunio ratione agri subiacentis & compartientis
fructus inter eos. ¶Ibi , ecclesiasticorum. ergo à contrario sensu
valet statutum in feudis quæ tenentur à laicis: quia per tale statu-
tum non aufertur dñium dñi sed conceditur transferri ius vasalli
quod statutum habet inducere libertatem feudorum saluo iure
dominij dominorū:& tale feudū tunc dicitur factū.Sed Inno. ne-
gat valere publicū,per qđ aufertur dominiū priuatū: qa cõitas non
est dña nec administratrix taliū rerū.Item qa dñia sunt de iure gen-
tium:certè statutū non pōt tollere dñiū à sua radice,sed effectū eius
sic.Cy ꝙ non tollit ius naturale sed eius effectus.sic verba sunt Iu-
risconsulti in alia materia.ff.de dona.inter vi & vxo.l.cum hic sta-
tus.§.fin.¶Sed in hoc capitulo est casus , ꝙ per statutum generale
pōt tolli vtile dñium habens ortū ex cõsuetudine, puta ex cõsuetu
dine feudorū:qa nō est de iure gentiū ꝙ ibi ius necessariū,qđ nō re-
perit alibi.¶In assensu.no.cõsensum superuenientē sufficere qñ-
cunq; aliquis accedit ad validationē ꝯtus:sed ad fundandum con-
tractum à principio per tertiū consentientem , videtur ꝙ requirat
cõsensus per modū autoritatis: qa autoritas habilis cõsensus sem-
per respicit ad principiū.dicā.j.de cõsue.c.cum cõsuetudinis. post
a Inno.¶Ibi,decreuimus.no.contractū a declarari nullū. & ad hoc
principaliter agi posse.& qñq; cõtractus est nullus ex pluribus cau
sis siue rõnibus simul cõcurrētibus.C.de cõtrahē. emp.l. si mater.
¶Sed si vna causa nullitatis precedit aliam tpe,secunda cā nō inue-
nit qđ annullet.ff.de iniu.testa.l.nā & si sub conditione.§.rūpēdo.&
iō super cā scđa tm̄ nō posset fundari libellus nullitatis. facit. ff.de
7 hęre.insti.l.si non lex Aelia.Sentia.§.j. ¶† No.ꝙ in alienatiōe rerū
ecclesiæ nō sufficit authoritas ciuitatis decurionū ,vel cõsulū:sed re
quirit cõsensus ecclesiasticarū personarum absq; laicis. ¶ Capio
primā gl.& videt ꝙ istud statutū valuerit.vt.l.oēs populi. ff.de iust.
& iur.ēt in foro animę.sol.quo ad laicos inter subditos valet : quo
ad ecclesias non valet ẜm Ber.& est rō :qa clerici sunt de pp'lo quo
8 ad fauorem eorū sed non quo ad dānū ecclesiarū. ¶† Sed hic quæ
rit,nunquid statutū populi possit disponere,ꝙ laici nō possint alie-
b nare [b] in clericos , vel ecclesias res tributarias, vel collectarias , ne
fiscus careat subsidio collectarū.Rñ.licitū est laicis defendere suas
iurisdictiones:& vtilitatē publicā in acquirendis.sed nō in acqsitis
ecclesiæ.primū probat;qa hoc pōt pactū & testamentū vt.C.de re.
alie.non alienā.l.fin.& C.de pac.inter emptorē.l.vlti.nisi preceptū
sit nudū.ff.de leg.j.l.filius famil.§.diui.C.de fideicom.quoties.ergo
& statutū.& no.ff.de verb.ob.l.si ita qs.§.ea lege.ff.de pig.l.in quo-
rum finibus.C. non licere habitatoribus.l.j. C.de iure emphy. l.ij.
C.de iure fisci.l.certa forma.li.x.nā & sententia iudicis pōt hoc ve
tare.vt ff.de contrahen.emp.l.si quis sciens.& iurisdictiōes & statu
ta sunt eiusdē qualitatis.de statuto ēt habemus in feudis , ꝙ feuda-
tari⁹ nō pōt alienare ī ecclesiā:qa alienaret ī potentiorē.vt in auth.
de alie.& emphy.§.j.& eccl'ia cultrix est iustitiæ, nec in se iniustum
9 patit,nec in aliū tolerat.¶† Hoc verū nisi feudatarius ingrediatur
monasteriū:qa est alienatio necessaria:& tandiu durat apud mona-
sterium q̄diu viuit feudatarius vita naturali.eo aūt mortuo si feu-
dum erat perpetuū,ad omnem hęredem transit in perpetuum: qa
tale feudum redigitur ad instar proprietatis : & pōt appellari fran-
cum vt. j.de fi.instru.c.inter dilectos.si aūt erat ad vitā ,qđ interpre
tat de vita naturali ,morte naturali finitur : qa nullæ remanent eius
reliquię:& finito iure datoris finitur ius acceptoris vt in c.j .§.rur.
sus.qui feud.da.pos.ff.de pigno.l.lex vectigali.C.de leg at.l.vxor pa
trui.ff.de leg.j l.si domus.§ vlti.ff. de contrahen. empt.l. qui taber-
nas.ff.de vsufru.lega.l.j.§.sticho.imo dicas , ꝙ aut seruitium feudi
pōt explicari por monasterium,& vera sunt prædicta.aut nō:& tūc
feudum redit ad dominum:non mutatiōe personę sed extinctione
finalis causę:vt in ca.j.de eo qui arma bellica deposuit.nec dicas ꝙ
illud.c.cum sit fundatum in ratione naturali & incōuincibili,sit cō
tra libertatē ecclesię:quia ecclesia debet iustitiā colere. vt in.c.j.de
10 feud.alie. vbi text. vnicus.¶† Quid econtrà, si dominus vasalli in-
greditur monasterium.dubitationem facit;qa dominus alienando
perdit ꝓprietatem vt in c.j.quę sit prima causa benefi.amit.& no.
de forma fideli.c.j.& qualiter dñs ꝓprietate priuetur.c.ex.facto. &
si de feu. fue. contro.c.dño cõmittente.dic contrà,qa necessaria &
vniuersalis est alienatio.vt in ca.j.de capitaneo qui cur.vendi.non
obstant contraria , quia loquuntur de ilicita alienatione non de ea
quæ licitè fit:qa penam non meretur qđ fit lege cõcedente.¶ Sed
pone ꝙ dñs priuet , & vasallus liberetur. nunquid vasallus retinet
illud vtile dñium qđ prius habebat,an assumat directum:quia qua-
litas dominij mutetur. qđ videt verius per illam notabilem legē. ff.
de hęre.insti.l.iij.§.qui fideicommissariā,& qa priuatio vnius efficit
11 habitus alterius. ¶† Ex prędictis apparet ꝙ feudum armatæ mi-
litię expirat per monachatū.Itē per sacros ordines.sed feudum cen
suale nō expirat sed trāsit ad monasteriū cum suo onere.si verò est
feudū alteri⁹ officij ,vel monasterij qđ possit adaptari monasterio:
non expirat sed transit ad monasterium:si verò sit feudum alterius
12 seruitij , qđ non possit adaptari monasterio, expirat. ¶† Item di-
gnitates inseparabiles à persona non transeunt. argu.ff. de arbi.l.
non distinguemus.§.sacerdotio.C.de episco.& cleri.l. quisquis.ff.
de ver.oblil.continuus.§.si ab eo.& tn̄ interdū de facili impetrant
per successores.ff.de aqu quot.& æsti.l.j.§.ꝑmittitur. vbi tex.vni-
13 cus.vnde qđ nō est trāsibile,est impetrabile.¶† Et no. qđ si feudū
est fictuale,licet feudatarius infra annū petierit inuestituram,& fece
rit fidelitatem,& oīa solēnias seruauerit:tn̄ si cessauerit per biēniū
in solutione canonis vel partis eius,totū feudū perdit. vt not. Inn.
j.de re iudi.c.ad apostolicę. ¶ Pro hoc dicto singulari ego allego
tex.vnicū in lib.fendorū.in tit.quæ fuit prima causa feu.amit.§.sed
nec est alia iustior causa.cui apollo nō responderit Christo. vide in
Specu.de loca.versi.lxxxv.si autem non petijt inuestituram perdit
14 illud elapso anno. tene menti. ¶† Sed ecce feudatarius habet fili-
os:nunquid potest pro anima sua legare suum vtile dominium?&
videtur ꝙ non : quia pauperes & ecclesia ęquiparantur. sed ecclesia
est prohibita , ergo & anima. Reuertitur igitur feudum ad domi-
num feudi tanquam alienatum in potētiorē , si dñs retrahere vult:
aliàs bene valet legatū.ut in d.§ pater.auth.de alie. & emphy. sed si
nemo de liberis extat, reuertit ad dñm iure vacatiōis imo iure anni
hilationis nō iure retractionis.& ideo perpetuò pōt vendicari, sic
intelligit.c.j.§.donare.qualiter po.olim feu.alie.sed Hosti.dicit hic
vt refert hic Io.an.qđ pro aīa legari pōt.ar.ff.de vsuf.l.locū.fauore
& intuitu aīę.qđ satis pōt dici de ęquitate canonica. dūmodo nō
sit effectū caducū morte.nam si sit effectū caducū morte ,nō sit ca
15 ducum alienatione &c.¶† Opponit ꝙ per statutū nō possit qs pri
uari dominio seu alio iure suo:qa non valet rescriptū: ergo nec sta
tutū.& quia dominia sunt de iure gentiū,& similiter alia iura bona
& ęqua.licet illa iura essent prodita à iure ciuili, tamē fundantur à
iure naturali.ar.ff de reg.iur.l.cum amplius.§.is natura debet. & ff.
de fideius.l.fideiussor obligari.§ fideiussor. dicit Inno. ꝙ dominia
oīa sunt de iure gētiū postq̄ sunt in esse suo ꝓducta.sed modus pro
ducēdi ea de non esse ad esse quādoq; est de iure ciuili:& iō facilius
impedit modus acquirendi q̄ acquisitū esse ẜm Innoc. Dic ꝙ ge-
nera singulorū dñiorū sunt de iure gen.propter necessitates huma
nas introducta:sed singula genera non: quia omnes gentes eis non
vtuntur vt emphyteuticis & consimilibus,quorū comerciū nō est
notū apud extraneas natiōes.nec est verū ꝙ omne qđ est ęquum,
sit de iure gentium.qa obligatio ciuilis qñq; est ęqua & bona:& tn̄
nō est de iure gen.Itē vera sententia.Item iudicia.ut no. institu. de
obligat.per totum.& ff.de pac.l.si vnus.§. pactus.in fi.maioris gl.&
16 ff.de cōdi.inde.l.iulianus.¶† Sed nūquid statutū pōt eradicare na
turalē iustitiā quāq̄ possit tollere remedia exercititij?respōdeo ꝙ
nō supposito ꝙ sit vera iustitia : qa veritas factis hominum cōpelli
nō pōt.q̄ veritas egredit ex facto qđ nulla ꝯstitutione tolli pōt. ff.
de acq.pos.l.j.§.si vir vxori.ff.ex qui.cau.ma.l.sciendum.cū.l. seq.ff.
de capi.dimi.l.tutelas.ff.de lib.& posth.l.filio.ff.de capti.l.in bello.
§ factę.¶ Quid ergo oporat ista simplex iustitia sine remedijs. res
spondeo denunciabitur eccl'ię:ut j.de iudi.ca.nouit. Nā veritas de
terra orta est.i.de factis hominum,& iustitia & iudiciū de cęlo pro
spexit;vt in c.cum ęterni.de re iu.lib.vj.vel dic standum statuto:ut
17 not. Bar.ff.de vsuca. l.sequit. §.si viā. ¶† Nunquid ergo statutum
possit tollere ciuilem obligationē & actionem. Respondeo sic ēt
ipso iure,sicut apparet ī statuto legis de acceptilatiōe ut.C.de trās-
ac.l.vbi pactum.dūmodo statutū hoc dicat ꝙ ipso iure.al's intelli-
gitur quod per exceptionē.ff.de condi.inde.l.qui exceptionē. & si
statutū fingit numeratum esse intelligitur disponere ꝙ ipso iure.
ut.d.

ADDITIONES.

a Vide hoc plene scripta per moder.in l.j.C.de sum.tri.& fi.cath.& an per lai-
cos possit fieri statutū propter qđ redditus sui augeant & ecclesię. minuant.
vide Pet.de anch.cūsil.xii.& seq.& cōsil.cliiii.

b ¶ Et an valeat statutū ꝙ non pōt fieri alienatio nisi in nō subditū tanq̄ cōtra
libertatē eccl'ię prout est not. vide Barb.cōs.xiiii.ii.lib.& consul. tale statu-
tū valere.d.signo.cōs.cxviii.& consul.Car.super statuto Pistorii disponēte ꝙ
donatio sit ipso iure nulla nisi fuerit denūtiata ꝙ si sit fctā donatio clerico ꝑ
laicū ꝙ clericus denūtiare teneat.Et ipse Barb.ibi cōsuluit qđ statuto Bono
nię ꝙ facta locatione inter reconductio facta quod tale statutū ligat clericum

vt d.§.pactus.& no.ff.de solu.si ex pluribus.scđum vnam gl.secū-
dū aliam dicit contra. Vide ibi Bar. vel dic ꝙ ope exceptionis non
procedit contractus iuris gentiū sed ipso iure quādo procedit cō-
18 tractus iuris ciuilis vt ff.de accepti l.an inutilis.¶† Accipio secun
dam gl.& scias quòd quædā sunt personæ quæ ratione inopię ha-
bent beneficiū, quòd nō cōueniantur nisi inquātū facere possunt.
¶ Quæro nunquid si propter maleficiū quod cōmiserunt sunt de
ducti ad inopiam, nūquid retinent beneficiū?& videtur quòd nō:
a qa dignū a est ꝙ malè meriti egestate laborent:vt ff.depositi.l.bo-
na fides.ad hoc facit.l.pe.ff.de iu.do.quę lex est notabilis.¶ In cō-
trarium videtur ꝙ istud maleficiū non est cōmissum cōtra agētē,
sed contra tertium.ar.ff.ex qui.cau.in pos ea.l.Fulcinius.§.quid sit
latitare.Prima pars est verior:qa processit culpa lata,vel dolus or-
dinat ad casum:& ideo sibi imputet.& ita glossat c.Odoardꝰ.ī.de
19 solu.et ff.de ꝓcu.l.titius.ff.de neg.gest.l.siue hæreditaria.¶† Quę
ro nūquid feudatarius possit alienare commoda vtilis dominij ad
longum tempus non requisito domino,vel eo contradicēte?Rñ.
olim poterat partem vtilis dominij:sed nō totum, nisi feudū eēt
in curia domini. est autē curia insignis locus propriè domino de-
putatus, vallis vel alio ambitu circuncinctus.vt ī c.j.§.fi.quib.mo.
feu.amit. nam nō licet singulis emere hortos sallustianos: vt ff.de
leg.j.l.apud iulianum. §. fi.vnde principes habēt loca proprijs so-
latiis & recreationibus deputata:de quinus si aliquid infeudaue-
rint,illud in aliū transferri non pōt nec in totū nec in partē,sed ho
die indistinctè nulla etiam minima particula alienari potest de a-
liquo recto feudo vt in c.j.de prohi.alie.feu.per Fede.saluo quod
alteri in feudū dari potest æquè idoneo quo ad seruiendū pro feu
do.Non enim requiritur ęqualitas in alijs quā in seruitijs feudi:&
præsumit esse ęqualis honore & amore si est eiusdē dignitatis mi-
les militi.¶ Sed quare permittitur per feudum non per venditio-
nem.Rñ.venditio est prohibita in feudis qa ad vendendū propter
dulcedinē pecuniæ homines sunt faciliores q̃ ad donandū: vt l.fi.
C.de prædi.curialium.li.x.Item qui vendit,beneficium nō facit.&
feuda de natura sui ꝯsistūt in beneficijs honore & amore:& feudū
in feudū ideo transit:qa in habētibus symbolū facilis est transitus.
14 fund.& ſaltib.rei dñice.& l.ſi qua loca.libr.xj. ¶ †Quæro vtrum capitulum cũ authoritate epiſcopi poſſet creare nouam dignitatẽ in eccleſia? & videtur quód ſic: quia ſtatus eccleſiæ fit melior:nec dẽ mutari aliquid cũ dignitas eius augetur.vt ff.de con.di. & demonſtra. l.falſa.§.j.qđ verum eſt ſi illa dignitas eſt inuenta ab eccleſia romana,& ab alijs eccleſijs,& non vergit in alterius pĩudicium puta patroni.Nam iuri alterius non poſſunt detrahere : vt ff. de aqua plu. arcen.l.in cõcedendo ſuperſtitioſam aũt inuentionẽ nouæ dignitatis facere non poſſunt:puta quód in eorũ eccleſia eſſet quædam dignitas

ADDITIONES.

a ¶ Et de hac dictione niſi & multis alijs priuatis vide Old.conſil. 49. & vide & vide qđ refert.Areti.in l.impoſibile.poſt mediũ primæ col.ff.de ver. obli.
b ¶ Alibi etiam habemus ꝙ iudex in admittendis vel reijciẽdis exceptiõibus non debet eſſe molis aut facilis ſed debet vti ſtricto iure.ſ.ſuare iuris formã ita Bal.notans illum tex.pro notabili in vltimis verbis i l.ſi.nor.C.de exce.& extollit Dec.i l.ſi qs in pſcribẽdo col.2.i pri.ver.vnũ hic ppetuo.no.C.de pac.
c ¶ Vide.d.Fran.de Are.conſi.13.inci.viſo diligenter themate in 10.col. vide etiam alle.per Iaſ.May.in l.2.§.j.ff.qui ſatiſ.cogan.
d ¶ Vide Io.de Ana.conſi.14.& vide etiam aliquid per do.Alex.cõſi.77.

16 gnitas quæ vocatur cardinalatus, secūdum Io. ¶ † Modo cōiunge vltimam glo. & quære nunquid dignitas destructa reparata postea sit eadem dignitas numero vel non. Istud est necessarium scire: qa si quis impetraret sub expectatione, & post tempus datæ creat bñ fiscum literæ nō extendunt ad ipsum: qa quo ad mentē concedētis gratia refertur retro: & iō nō ptinet bñficiū qđ tūc nō erat sub expectatione quia nondū creatū: vt in cle literas. de rescript. gratia beneficialis requirit corpus qđ sit subiectum. ꝙ ideo de nō ente nō esset gratia. quid ergo si ante datam literarū fuerat creatū, sed tpe datæ erat suppressum: postea fuit reparatū & vacauit nam si est noua creatio nō venit in gr̄a: si vetus reparatio venit in ea? & videtur ꝙ fundit us eradicatum & tandem reparatū dicatur de nouo creatum: qa hēt esse post nō esse. & hoc certū esset si haberet aliter esse q̄ prius. vt ff. de fideiuss. l. stipulatus es opus ff. locati. l. cū plures §. lex dicta. sed si pristinam faciem non mutat, nec naturam, cōiungunt tpa esse ntiæ: & interim dicet potius dormisse q̄ expirasse: vt C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. §. nō sexus. tñ finaliter est cōcludēdum ꝙ aut est reparatū p nouū statutū expressum: aut p correctionem me dij statuti contrarij primo casu est nouū statutū: scđo non. vt l. tribunus. §. v. ti. ff. de mili. test. & l. qui ex liberis. § fina. ff. de secundum tab. & reuertendo igitur ad propositum videtur quòd sit noua dignitas: sicut damnatus ad mortē, in integrū restitutus, dicitur nouus homo, nec resumit legatum ff. de cond. & demon l. intercidit. ¶ Item impossibile est quod extinctum habitu, & actu resurgat idem numero: vt ff. de solu l. qui res. §. aream. contrarium determinat hic Ber. quia reparatio est circa idem: vt C. de tempor. & repara. appel. l. ij Sol. tria sunt, coadunatū, & illud est idē numero: ut ff. loca. l. Maritus. reparatum ad exemplar pristinum, & similiter iuris fictione est idem numero licet rei veritate nō sit pœnitus idem, saltem quādo pro maiori parte siue formæ siuæ figuræ erat cōtinuatum: vt ff. de contrahend. emp. l. domum. Recreatum ergo censetur vnum & idem: vt ff. de manu. testa. l. Aristo. sicut feudum paternum: si dominus inuestiuit filiam, quod potest propter merita patris non obstantibus agnatis dicitur intermissum: aliàs interemptum non abolitum qn dicatur paternum: vt in c. j. §. j. & §. filia de succes. feud. quod ergo intermittitur, non tantum absoluctur vt in c. j. de vasal. decrepitæ ætatis. ff. de ser. ru. prædio. l. & Attilici

16 nus ff. de itin. actuq; priua. l. j. §. si quis propter. ¶ † Et not. quòd in præscriptione noui feudi requiruntur xxx. anni: sed in renūtiatione tacita feudi paterni sufficeret tacita patientia domini per annum patientis agnatum possidere iuramento & agnati hoc allegantis: vt in c. fin. si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur. &

17 in si c. quis per xxx. si de feu. fuer. cōtro. ¶ † Item not quòd vbi resurgit dignitas, resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionem iuris communis. nec est opus quòd Papa de nouo confirmet statutum super hoc editum: ex quo non intelligitur noua creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam. & facit. ff. de iure fisc. l. deferre. §. finali. & ff. de minorib. l. vltima. q incipit Iunius Duophantus. sed videtur quod in recreatione sit opus eadem solennitate: vt C. de nupt. l. si vt proponis sed ibi loquitur in actu qui iure gentium non solum cessauerat: sed reparandus erat. ff. de diuor. l. fi. vel melius aut remanēt reliquiæ veteris status, sicut erat hic: qa Papa nō cōsenserat in reuocatione statututi: aut nō remanēt aliquæ reliquiæ. vt ibi. ¶ Sunt aūt quędā particulæ interdū in materia interdū in rōne perdurātes. ff. de test. tu l. si qui sub conditione quædā rōnes sunt in reliquijs remanētes. ¶ Nō ob d. l. intercidit ff de condit. & demonstra. quia ibi fuit indulgentia respectu status nō plena restitutio quo ad statum & bona: qa illa resuscitat testamentum: vt ff de iusto test. l. si qs exhæredato. § pe. nā æquiparat postliminio: vt ibi patet ex pressè secūdū Iac. de Are. ¶ Est & noua creatio. s. illa, q̄ nō est ad instar. nec decidit ab alio principio: sed ipsa est primū principiū sui esse: vt d. §. filia. c. j. de suc. feu. hoc eīn dr̄ opus nouū, & nō pōt impetrari nisi tanq̄ dignitas nouo cerata nō tanq̄ suppressa. Itē oportet ꝙ in ista noua creatione interueniat authoritas summi pōtificis: sed in reparatione nō requirit noua authoritas Papæ P. rro nō dr̄ omnino extincta, qn̄ supest aliqua spes, vel indiciū reparationis, vel aliquis habitus vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ nō cācellatis. ad hoc facit qđ no. ff. de pec.

18 l. peculiū. §. si opē. ¶ † Sed nunqd talis dignitas anihilata, & postea reparata recuperat suos vasallos? vr̄ qđ nō: vt ff de cap. & postl re. l. nō vt à patre sumpto arg. de eo qđ dicit ibi de vxore. Sed in ɔ̄riū facit eadem lex sumpto ar. de eo quod ibi dicit de filio. & eo. tit. l. mulier in opus salinarū. nā & platus suppresse dignitatis sine culpa p̄. ati ea reintegrata suā recuperat prælaturā sine alia noua inuestitura, adeo quòd etiā ipso iure recuperat naturalē possessionē quæ cedit veritati argumen. ff. de acquir. poss. l. clam possidere. §. fi. cum gl. sua. quanquam in possessione posset contradici. argu. ff. de vsucap. l. cum qui ædes. §. si aūt demolita. & qđ no. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondit. dicit tex. in l. ergo §. fi. de acquir. rer. do. Insulam quæ fuerat, quo magis intelligeretur insulam appellasti. Et considera ꝙ præteritum quandoque ponit vt principium: vt cū dico, Troia capta fuit. ff. de iure codicillorū. l. plotiana. qnq; tanq̄ terminus: vt cū dico, fui dñs talis rei: quasi dicā nūc nō sum: vt no. i l. certum. §. j. ff. de confes. qnq; dubitat vtrū pteritū ponat ampliatiuè & succedaneè, & continuatiuè abnegatiuè. & in his q̄ solo tpis cursu mutantur, ponitur abnegatiuè: qa nō potest cōtinuari quod necessario mutatur: sed quę se ipsa non mutant nisi mutent ex pręterito præsumit in p̄snti: vt no. C. de pba. l. siue possidetis. ¶ Nunc reuertor ad ppositū & dico ꝙ nō dr̄ extinctū qđ pendet. Itē nō dr̄ extinctum quo est ad tēpus occultatū: sicut somnus nō īterficit hoīem dū quiescit virtus intellectiua: sic pupillaris ętas nō interrūpit longissimā pscriptionem: sed interim facit eam dormire: vt C. pscrip. xxx. an. l. sicut. nam homo dormiens suspendit ab actu operationis animę intellectiuę: tñ homo est. & si interdictū ecclesię relaxet quo ad actū suū ad tps: tñ habitu remanet: vt no. Inno. ī de cōsue c. cum inter. ¶ Modo videamus de quadam gl. quę est. ff. de pac. l. si vnus. §. qđ. & in spē. quę dicit quòd pscriptio centum anno. in ecclesia nouatulensi reparata, dr̄ suę naturę restitura. dicūt docto. ꝙ illa gl. non est vera quia illa pręscriptio est correcta: nec pōt pro lege allegari. ut. C. de lati. li. toll. l. j. in prin quia in crimen falsi incidit qui legē correctam allegaret: vt C. de emēda. Iustini. Codi. l. vnica. in fi. & si falsum ergo nullum ipso iure: vt ff. de verbo. signi. l. Paulus. Sed alia lex dicit ꝙ nō est falsum qđ iuuat primordio veritatis. ff. de lega. 2. l. cum filius. §. hæres. Alia lex dicit, ꝙ semel verum, semp psumit verum: ut ff. de dam. infect. l. qui bona §. si quis stipulatus. Alia tñ lex dicit, ꝙ falsis creditor est, q̄ fuit, & nō est. ff. de fur. l. falsus. quia non est uerum actu permanēte quo ad uirtutem. Sed duplex est ueritas

19 l. principij, uel durationis, & sic soluit p̄rium. ¶ † Capio penul. glo. & promitto tale notabile. ꝙ per uiolationē statuti, & per unū actū cōtrarium statuto, tollit statutum in totum quādo hoc possunt illi qui talem actum efficiunt. ¶ Modo extra glos. oppono ꝙ per unū actū contrariū consuetudini præscriptæ etiam si ille actus fiat à toto populo, nō tollit consuetudo: ut no. ff. de reg. iur. l. nemo. §. tēporaria, ergo nec statutum. Nam tantum operatur momentum tpis in statuto, quantū decēnium in cōsuetudine: ut no. in l. 2. C. de do. ppnit. Itē p vnū actū ɔtrariū nō tollit perpetuū & iterabile pactum quo ad alios actus Idem in priuilegijs successiuis: ut C. de excus. tuto. l. uoluntariæ. Item in unus actus contrarius non interrumpit præscriptionem completam, puta agnitio debiti, uel partis solutio uel correi uel fideiussoris datio: ut singulariter not. ff. de sol. l. cum qs. §. si qs p reo Nā cū significatio renuntiationis nō sumit ex uniuerso, sed ex aliquo, non præiudicatur in his quibus non reperit renunciatū: vt ff. de ser. vr. pdio l. si domus ff. de bo. lib. l. si filius. C. de

20 iur. deli. l. suū hæredem. & l. puberē. ¶ † So. cū quæritur vtrū il'e qui venit contra statutū, vel priuilegium in vno actu præiudicet sibi in alijs, refert: aut contemnit authoritatē statuentis, & in omnibus sibi piudicat: aut propriam vtilitatem spernit: & tūc secus. & est simile in eo qui spernit authoritatem testatoris qui impugnando personam impugnat omnia: vt ff. de his qui. vt indi. l. post legatum. Aliud simile est in eo qui impugnat personam testis. C. de testib. l. si quis testibus. vel partem instrumēti. Nā non potest se iuuare ex aliqua alia particula instrumēti, cuius quantum in se est derogauit authoritati: vt no. s̄. de summa trini. & fide cath. c. damnamus. in fi. & no. C. de transa. l. si ex falsis. & ix. di. c. si ad scripturas. ¶ Præterea. c. nostro statutū nō debet corrigi in vna parte & in alia nō: quia totum statutum fuit sub vno strictu. arg. ff. de min. l. j. §. j. Præterea variatio reprobatur: vt ff. de mino. l. in causæ. & ff. de admini. tutor. l. cum quæritur. ¶ † Modo p generaliori doctrina quæro vtrum pri

21 uilegium [a] perdatur per vnicum actum incompatibilē priuilegij. &

a super isto articulo glossa variè loquitur. Sed præmitte ad euidentiam qđ interdū gladius ponitur ad substantiam siue ad radicē: vt qn̄ destruit causam efficietē, formalem, materiam vel finalē. & tūc destruit totū si aduersatiuè disponit: tamē in causa efficiente distinguitur: aut debet esse perpetuæ durationis. & finit effectus: aut nō finitur: sed pro tpe operat. Si verò gladius nō apponitur ad radicē, sed ad vnam conclusionem ex pluribus conclusionibus: tunc nō vitiatur vtile p inutile: qa semper in eo qđ est vtile maior est virtus: vt ff. de vsucap p donato. l. si vir vxori. & d. l. si is qui duos. ff. de libe. lega. ¶ Modo prosequor brocardū assumptum superius: an vnus actus oppositiōis & incōpatibilitatis habet alios vitiare. & in nube possumus dicere aut est eadem rō vitiandi, aut nō. Sed istę theoricæ generales nō illumināt intellectū practicū qui dēt esse de rebus singularibus & tractaui quodammodo subiacētibus. ¶ Dico igitur reuertēdo ad gl ꝙ gl. immiscet casus: & primò arguit ꝙ vnico actu perdatur: ita tñ ꝙ delictū psonæ nō nocet ecclesiæ. ¶ Scđò dicit ꝙ aut actus consistit in patiendo, & nō perditur per vnā patiētiā. sed longo tēpore: aut in faciendo, & tūc reseruauit sibi ius suum in alijs actibus,

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino multum notabiliter de ista materia vltra ea quę allegantur hic per moderniores p d. Alex. in consi. xxxiij. incip. ponderatis his quę continentur in priuilegio. in v. vol.

actibus, & nõ perdit illud nisi in actu in quo nõ reseruauit.aut nulla est ibi reseruatio,& tunc aut actus ꝯtradicit priuilegio directè,& vnico actu perditur priuilegium:aut nõ cõtradicit directè , & tũc secus.¶ Quęstio fuit disputata an priuilegiatus non disputare: si disputat,teneatur in scriptis dare:cũ sit aliud statutum dicens qđ disputantes teneantur dare eorum disputationes in scriptis,& ponit,in mercurialibus super regula accessorium , & determinat ibi qđ sic:qa iste disputãdo nõ fecit scholaribus gratiam,sed renũciauit gratię sibi factę. ¶ Itẽ ipsi actui disputãdi est onus annexum in scriptis tradendi: unde ab ipso separari non potest:ut.ff.de leg.ij. l.sed duobus. nec mirũ qa ex uoluntate quis incidit in necessitatẽ circa idem: ut.ff commo. l. in commodato.§.sicut. ¶ Item p actũ ꝯtrariũ quis uidetur renunciare beneficio suo circa eundem actũ & quicquid ex eo sequitur. ¶ Item habes exemplum in matre,q̃ nõ cogitur tutelam assumere.tamen si assumit , cogitur inuẽtariũ
a facere,& rationẽ reddere.¶ Itẽ est regula generalis , a ꝙ qui acceptat aliquid,uidet acceptare cũ suo onere:ut.C.de cadu.tol.l.vnica.§.pro secũdo. ¶ Itẽ qui non cogitur esse aduocatus , si assumit officium aduocationis,tenetur seruare leges aduocatorũ:ut.C.de postu.l.quisquis.¶ Itẽ hic actus erat primus & erat ordinatus ad inclusionem secundi.& sic nõ ob.l uoluntarię.¶ Et si q̃ratur an p nõ usum perdatur priuilegiũ,distinguit,aut est concessum ad excipiẽdum & nõ perdit:qa nemo tenetur excipere,nisi prius sit ꝯuẽtus in iudicio: aut ad agendum & tunc perditur longo tpe & longo silentio,sed tũc potest dubitari qđ sit longum tps, dicit gl.ꝙ illud quod requiritur ad illã pręscriptionem , nam diuersa sunt tẽpora p̃scriptionũ.unde uniformis regula nõ põt dari nisi una ,uidelicet qđ nulla actio uiuit ultra.xl.ann.ut.C.de p̃scri.xxx an.l. sicut.l.omnes.adeo qđ si statutũ dictat, ꝙ publica instrumẽta offõ iudicis exequant: tamen ultra dictũ tẽpus uiuendi nõ habẽt facultatẽ etiã si competat ecclesiæ:ut no.C.ne rei dominicę uel tẽplorũ.l. uniuersas. Sed quãdo competunt priuatę personę sufficiant. xxx.anni tam in ciuilibus quàm criminalibus excludendis:ut nota.
22 C.de fal.l.querela.quam gl.no.¶†Sed statim quærit glo. nũquid factum capituli & prelati possit pręiudicare ecclesię,& si qdẽ requiritur certa forma,& nõ est seruata,nõ potest p̃iudicare:ut no. in hoc.c.j.in gl.& .C.de sac.san.eccle.l.iubemus nulli. Et qa renũciationes priuilegiorum uidentur quędã alienationes ipsorum:ut.ff. de noua.l si quis delegauerit debet interuenire tractatus: si aũt est seruata forma,ualet qđ à capitulo & p̃lato factũ est:ut no. C.de sacrosan.eccle.auth.hocius porrectum. Si aũt nõ requirat certa forma approbata,ut in maleficijs,dic ut no.in.l.iubemus.C. de sacrosanctis ecclesijs.& ĩ.l.si dolo.ff si quis omis.causa te.ubi est gl. sing. Item in his quę pertinent ad rigorẽ iudicij conseruandũ dolus p̃lati & tutoris post litem contestatam nocet domino.C de his q. ut indignis.lege Polla.Si uerò non delinquit in figura iudicij , sed in figura delicti,nõ nocet domino:ut C.vñ vi l.meminerint. ¶ Ad hanc materiam quòd ille qui facit actum contrarium,perdat beneficium,quod nisi perderet actus non valeret. Alleg. gloss. inter alias leges.l.ij.C.de iure dominij impe.& uide Cyn. C. de pac. inter emptorem.l.ij.omnis actus per quem tollitur effectus,dicitur esse actus contrarius.Cyn.facit.C.de reuo.donatio. lege finali. ff. ad sil.Dyn. C. de decur.l.si ille.libro.x. Vnam regulam not quòd illud quod quis non potest expressè,non potest temporis cursu:ut in capitulo primo.§. fi. de inuestitura de re alie. facta.¶ Item scias quòd in feudo quantũcunq; anni spaciũ habet p̃ro renũciatione. vt ĩ.c.j.§.donare.qualiter olim feudũ alienari poterat.& est sp̃ãlissimũ in feudis:qa cõsuetudo vltra p̃cedit sic statuendo.sic & multa alia sunt in feudis specialia,quę nõ sunt trahenda ad ꝯsequẽtiã. quædã etiã sunt arbitraria:ut in c.Obertus.§.si quis.ĩ qui.cau.feu. amit. Vna tñ est regula cõsonãs huic capitulo , ꝙ qui ꝯsentit , sua iura perdit:ut in c.j.§.pręterea.qui.mo.feu.amit.Quædam sunt in quibus desideratur actuum repetitio,tũc per vnũ actũ non perditur priuilegiũ.quędã in quibus non requiritur nisi vnus actus:tũc ille actus cõsumit priuilegiũ.l.j.de iure do.impe.& de iud.l.sed & si ¶ Pręterea tempus quãdoq; est species præsumptionis. ut.C.de apo.pub.l.quicunq;lib.x ff.de proba.l.procula.ff.de vsu.l.cũ de in
23 rẽ verso.C.de pe.hęre.l.si filius.& ideo † si dominus postq̃ feudũ incidit in cõmissum;acceptauit vasalli seruitiũ nõ potest retrahere feudũ.arg.ff.de leg.ꝯmis.l.post diẽ.&.ff. de eo quod certo loco.
24 l.fi.de adi.leg.l.iiij. ff.si quis cautionibus.l.ij in princi. ¶ † Vltimò vide Pe.& Cy.C.de excu.tut l. voluntarię, Item Inno. tractat qui possunt facere statuta pęnalia.& dicit quòd uniuersitates nõ possunt hoc facere : qa nõ habẽt merũ vel mixtum imperiũ.tñ hoc fallit in qbusdã ciuitatibus Lõbardiæ per pacẽ Constantię ut no.ĩ aut.de defensoribus ciui.§.nulla & adde quod dixi.s. e. c. cũ oẽs.

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino scripta egregie per Ias.may.i.l.ꝯ iuris ciuilis regulas.ĩ.§.fi. ff.de pac.ĩ ver.quinto ex eodẽ tex.& ad ibi scripta adde ista verba Bal. hic.

CAP. IX.

a
1 CVm M.Ferra. a†Protestatio est rei prææordinatæ testatio,q̃ semper respicit ad principium fiendi. Si capitulum cõtra suam constitutionem de certo numero canonicorũ aliquos recipiat ultra numerum,de superexcrescẽtibus redditibus dictis supernumerarijs p̃uidere tenet.Et diuiditur in tres partes. In prima ponitur allegatio pro receptis. In secunda ibi: verum , pro recipientibus. In tertia ibi , mandamus: papæ consultatio.
2 ¶†Ad euidentiã pręmitte quod quidam sunt fructus qui natura percipiuntur.vt fructus terrę qui percipiuntur iure:ut ex contractu,ex quo oritur ius.vt pensiones.ff.de rei vendi.l.si nauis. quidã qui ex sola arte & industria hominis:puta scriptoris vel pictoris: quidam qui percipiuntur mixta ratione: quia & persona operatur,& terra producit. Vnde isti appellantur fructus industriales , non simpliciter,sed mixto modo:ut.j.de decimis.c.tua. quare ergo vocamus hos fructus industriales potius quàm naturales.Respon.quia terra dat materiam : sed industria formam : nisi enim seminares frumentum,non nasceretur frumentum: & si seminas speltam,non nascitur granũ.Poma aũt ideo dicũtur fructus merè naturales:qa parũ de ingenio hominis ponitur,& parũ de sumptu & labore:& qa virtus naturę pręponderat arti: nec requirit hominis apparatus ad necessitatẽ fruendi,& semp generat fructus eiusdẽ speciei donec viuit arbor ex qua producunt:qa arbor semp generat tale quale ipsa est tam specie q̃ natura. Porro secũdũ rationẽ accidit,ut quod quis seminauerit,hoc & metat. & quod de sudore vultus sui quis vescat pane ,& ꝙ q nõ laborat, nõ mãducet. ¶ Et no.ꝙ quęlibet utilitas: põt dici fructus.l.ij. ff.si serui.uendic. Istud ergo faciebat pro canonicis antiquis: qa eorũ cura & diligẽtia

ADDITIO.

a ¶ Quia tex.hic semp dicit receperũt in canonicos & non dicit elegerunt si uis scire rõnem uide Card.in ꝯsi.ciiij.inc.discutiam p̃missa dubia i.ij.col.

tia videbatur debere reddere eos potiores: sed non est ita: qa acquiritur per eos in communi: non in proprio. & istud commune est id quod postea distribuitur in præbendis. ¶Casus in terminis. Canonici Ferrarienses ad hoc vt prouentus ecclesiæ qui inter plurimos ꝯsueuerant diuidi, in vsus cederent paucorum, & non diuiderentur inter tantos, ꝯstituerunt vt in dicta ecclesia essent tantũ. xiiij prębendæ. quod statutum fuit confirmatum per dñm Papã: post quod statutum in ꝯrium voluntariè venientes receperunt in canonicos M. & quatuor socios vltra numerum prelibatum cũ hac protestatione: videlicet sine preiudicio dictæ ꝯstitutionis. & cum vna tamen prębenda vacasset ad eandem receperunt duos & postmodum ad preces epi dictũ M. & quendam alium: ita quod dicti. M. & alius de canonicatu nihil perciperent donec primi duo essent præbendas integre assecuti. cumq; redditus dictæ canonię essent plurimum ampliati, petebant isti supernumerarij à capitulo de superexcrescentibus redditibus cõis mensæ: vel fuit eis relicta magna hereditas, vel magnum donum ab aliquo principe, vel à duce Mediolani prouideri. Econtra capitulum dicebat, quod nõ poterant obstante statuto, necnon protestatione & pacto: addentes. s. ꝙ eorũ numerariorum industria & non largitione fidelium dicti redditus essent augmentati: sed ipsi agentes allegabant ꝓ se superexcrescentiam facultatum quasi aliud nouum, de quo non fuerat cogitatum à statuentibus, vel summo pontifice corroborante statutum. Quærebatur quid iuris. Papa determinat ꝙ cum in ꝯstitutione pdicta & ꝯfirmatione sedis apostolicæ vel fuerit, vel debuerit esse sicut ꝯsueuit expressum, nisi excresceret in tantum facultates ecclesiæ ꝙ plurib. canonicis possint sufficere ꝯpetenter. Et propterea ijdem canonici antiqui quatuor receperũt vltra numerum ꝯstitutum suę ꝯstitutioni derogando ipso facto: & formaliter ꝙ dicti antiqui canonici debeant habere suas prębendas cum integritate ꝯsueta nihil diminuendo eis ꝑ ꝑ dictos supernumerarijs assignentur quod adæquentur antiquis, & adæquatione facta si aliquid superesset, illud ꝯuertatur in cões omniũ canonicorum vsus prout melius videbitur ꝯuenire: iubens in irritũ reuocari quęcunq; post motam in iudicio quęstionem fuerint circa præbẽdas vel possessiones attr innouata. ¶Quid si fuit actumquod receptio esset simulata respondeo non valet receptio quia simulatio pro-
a batur per a pactũ præcedens sequens aũt pactum nõ inducit simulationem. ff. de manumiss. l. 4. in §. si ab ignoto. quod valde nota. ¶Not. ꝙ protestatio est rei præordinatæ testatio, quæ semper re-
3 spicit ad principium fiendi. ¶†Not. hic ꝙ protestatio referens se ad statutum, nihil operatur si per factum ꝯrium statutum tollitur. & per hoc determinatur quæstio quotidiana: statuto cauetur ꝙ de homicidio sit pęna mille librarũ, saluo si nobilis occiderit popularem, ꝙ sit tunc pęna capitis. Modo potestas pro homicidio ꝯdemnauit nobilẽ in mille libris, adiecta hac clausula, ꝙ si sententia sua esset contra, vel pręter formam statuti, reducit eam ad formã statutorũ. Captus est iste nobilis: quęritur vtrum veniat decapitandus: & vr ꝙ sic: quia vltima clausula corrigit priorem. Item qa ista non solum est protestatio; sed dispositio. ¶Contrarium est verũ: quia statutum de decapitatione non loquitur lata sententia super pecuniaria ꝯdemnatione. Et quia verba generalia non habẽt re ipe ctum ad id quod specialius est prouisum. Et quia ista verba, condẽ no te secundum forma statutorum alio non expresso, tacitè sape
4 rent pœnam statuti: sed alio expresso derogaretur tacitè. ¶†Item
b quia sententia b non debet esse alternatiua, vel conditionalis: sed dẽt esse clara, ꝙ non relinquatur locus disputationi: & ita seruat cõsuetudo vbiq; locorum. & bene facit istud. c. quia potius inspicimus verba disponentium q̃ dispositionem legalem. non obst. ff. ad turpil. l. j. §. calumniatorib. quia verum est, nisi in sententia sint expressæ. vt l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de qui no. infa. & fuit quæstio disputata Iac. de Bel. Igitur primum caput sententię valet; quia certum: reseruatio non valet: quia alia via est electa per iudicẽ. ¶No. qđ receptus in canonicum dr receptus ẽt si receptio nõ durat nisi per momentũ: sicut dicitur emptor & venditor. vt not. ff. de vsuca l. sequitur §. seruus pro herede. gl. illa notabilis est: quia
5 ex momento ius acquiritur. ¶†No. ꝙ nomine fructuũ qñq; ꝯtinentur ẽt actiones. ff. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. si fundus. textus est ibi notabilis Et qui fructus ad emptorem pertineãt: dic vt l. fi ff. de iure fisci per Bar. fructus pendentes pertinent ad emptorem: quia æstimantur cum ipso solo quod fructuum annexorum contemplatione plus venditur. l. fi. §. pen. ff. quę in fraudẽ credi. separati ad venditorem. pensiones autem diuiduntur pro rata temporis: nam pro pręterito tempore debentur venditori, pro futuro per cessionem nominis emptori. ſm Bart si pensio deberet pro fructib. pendentibus: tunc vr idem quod dixi in fructib. quia
6 loco eorum succedit. ¶†Ibi, pro se, & quatuor socijs. No. ꝙ vnus põt prosequi cõem cãm suam & sui ꝯsortis. ¶Ibi, prouẽtus. istud est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales & artificiales: vt sunt pensiones. vt ff. de ꝯdi. indeb. l. si vrbana. ff. de vsufruc. l. defuncta. §. fina. ff. de vsufr. leg. l. fundi Trebatiani. deductis sumptibus factis in cultura, vel seminarijs, vel itineribus. ff. de peti. hæred. l. si à domino. §. fi. C. de fruc. & lit. expen. l. j. & arg. C. de iure delib. l. fi. §. in computatione. ¶Fallit. ꝫ. de deci. c. tua. quia domini est terra & plenitudo eius. ¶Ibi, paucorum: quia inuumerosæ præbendæ erant forte minus tenues. vt in auth. vt determi. sit nume. cler. ¶Ibi, præter. i. absque eo. nam dictio ꝑter, & dictio absq;
7 significant idem. ¶†Ibi, voluntarię: ideo hoc dicit: quia necessitas ꝯsensum non hẽt: vel quia necessitas excusat. ff. de fideic. liber. l. cũ fidei. Nec dr venire ꝯ ille qui venit ex necessitate. vt ff. de pub l. Cęsar. ¶Ibi, in canonicos canonicus est qui canoniã hẽt: canonia aũt est ius speciale in ecclesia: quo iure competit locus in choro ad diuina officia, & cętera quæ debent fieri in capitulo: sicut sunt tractatus electionis, venditionis, & similia, quæ collegialiter debẽt
8 fieri. ¶†Quærit Io. nunquid ille cui papa contulit canonicatũ sub expectatione prębendæ habeat vocem in capitulo? & vr ꝙ sic: quia est ei assignatus locus in capitulo; ergo habet ea quæ sunt loci. Nã locus designat locatum, & eius officium. ¶Item si non haberet officium in locum, frustra assignaretur locus: qui non assignatur ꝑꝑ aliud nisi ꝑꝑ actum officij. ¶Item per hoc vr tradita quasi possessio. ff. de acqui. pos. ꝑdia. ff. de iure fisci. l. sed & si acceptum. ff. de rei vendi. l. quædam mulier. gl. hic dicit ꝯrium: quia nõ hẽt plenitudinem canonicalem il i qui non habet præbendã. Itẽ quia habentes; præbendam habent maius ius, & sunt in gratia ple-
9 niori. ¶†Item quia expectantes non percipiunt fructus: sed habere vocem est fructus sicut eligere vr fructus canonicatus. ¶Item iste supernumerarius est: & sicut expectat prębẽdam; ita expectat vocem. ¶Item ille qui hẽt ius semiplenũ, non facit partem cum habentibus ius plenũ & perfectũ. vt no. in l. 2. ff. si pars hęredi. peta. ¶Item si haberet vocem, posset vnà cum alijs ꝯferre ꝑbendã: sed istud est absurdum ꝙ aliũ inuestiat qui nõ est inuestitus: vel ꝙ alium vestiat qui est nudus: vel aliũ calefaciat qui est frigidus. vt no. ff. si cer. pet. l. lecta hẽt igitur locũ: sed nõ hẽt actũ huius officij donec sit in plena possessione canonicatus & ꝑbendæ. h. d hęc gl. quę non est alibi. hẽt igitur locũ: sed sine administratione: qđ tenementi Et nunquid Papa adimendo solam prębendam, videat adimere vocem iã quæsitam. respon. non. vt ff. de lib. & posth. l.
10 si ita. §. regula. ¶†Ibi, nullis. no. quod de substantia canonicatus non est prębenda: quia potest esse canonicus sine prębenda: non tamen sine expectatione prębendæ: & econtra prębenda põt esse sine canonicatu: sed illa prębenda non dicitur prębenda canonicalis Porro ista duo ita sunt naturaliter ꝯiugata, ꝙ cui confert canonicatus, debet assignari præbenda si qua vacat: sed si non vacat, debet expectari vocatio, ita ꝙ vacet de facto & de iure. s. ꝙ possit cõferre eã petenti, & non sit alteri d bita. Sed an econuerso si Papa ꝯfert prębendã quondam Titij videatur ꝯferre eius canonicatum vacantem? dicunt doctores ꝙ sic: quia vnum trahit ad se reliquũ rõne connexionis & cuiusdam vnionis. vnde sufficit ꝙ in literis domini Papæ fiat mentio de altero & similiter si eps ꝯferat vnũ, vr ꝯferre & alterum, quia correlatiua sunt: & vnum dependet ab altero. non ob. gl. hic posita: quia loquitur de prębenda nõ canonicali. ¶Item non ob. l. Herennius. vbi dicit ꝙ stipendium non facit militem: quia minus nobile non trahit ad se magis nobile. ¶Præterea cum aliquid ꝯceditur & id ꝯcedi vr quod sequitur ad illud. vt ff. de ser. vrb. pręd. l. seruitutes. §. si domo. ff. de ꝯhen. emp. l. si aquę ductus. & ff. locat. l. sed addes. §. si quis mulierem. nã ad suum ꝯcretum trahitur omne dispositum. ff. de iure do. l. si proprietati. & ff. de act. emp. l. Iulianus. § si Titius fundum. & ff. de leg. 3. l. pre-
11 dijs. §. balneas. ¶†Et no arg. ꝙ sicut concesso officio, videtur cõcedi prębenda, & prouisio ei correspondens de ꝯsuetudine, vel de iure: ita ꝯcessa lectura alicui doctori videtur ei promissum salariũ illi lecturæ tribui consuetum ut C. locati. l. licet. hoc verum, si salarium erat perpetuò ordinatum: secus si pendebat ex arbitrio electoris. arg. ꝫ. eo. c. circa fi. in ver videbitur. & C. loca l. licet. nã quæ incerta sunt, promitti non videntur. ut C. mandati. l. salariũ. l. Seia. §. medico. ff. de ann. lega. vt scias ꝙ semper consuetudo regulatur à posteriori: ut ff. de alimen. legatis. l. mela. in § j. & C. ne de stat. de-
12 fun. l. si mater. ¶†Ibi, præbendis: quid sit prębenda. c dico ꝙ sit res
c & ius quoddam quod potest consistere in rebus corporalibus, & etiam in nominibus: ut centum librę annuatim in quantitate: quia panes ciuiles bene possunt assignari in prębendam. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. iubemus nulli. C. de annonis ciuilibus. l. j. sicut & infeudari

ADDITIONES.

a ¶ Vide Alex. in l. qui in alie. §. si is qui putat. col. 2. & seq. ff. de acqu. hęr. & in l. post dotem col. 5. in fi. ff. sol. mat. & vide aliquid per cepol. in tra. de simul. contra. in 25. præsump. & vide d. Ias. in l. nemo potest de lega. j. in fin. 4. q. Bart primæ partis. in 25. col.

b ¶ Sententia nõ debet esse alternatiua vel ꝯditionalis: sed dẽt esse clara qđ non relinquatur locus disputationi vide aliquid per Alex. ꝯsi. 63. 3. lib. & not. plene per doct. Moder. in l. ait prætor. §. si iudex. ff de re iudi.

c ¶ Vide Fel. hic in 14. col. & nouissimos in c. maiorib. post Pan. ibi ꝫ. de ꝑbẽ.

feudati & in vsufructu ꝯgnari:quia inter mobilia computatur. vt in auth.de non alie.§.vult enim.vnde si testator legat mihi omnia immobilia sua:includuntur annuę prę stationes,si sunt perpetuę, vel ad longum tempus:sed si sunt ad breue tempus.i.minus decennio,non computantur inter immobilia.vt ff.de pecu.l. quam tuberonis.§.in peculio.& ff.de verb.sign. l. mouentium.ea enim reputantur immobilia quę sunt perpetua vel longeuę durationis. vt ff.de seru.vrb.pręd.l.eum debere columnam. ¶Ibi, nō modicum.arg.ꝙ pro modico incremento status rei nō dicitur immutari. ¶Ibi, roborato.ꝯfirmatio quod inuenit roborat:sed qđ non inuenit,non disponit:vt ff.de libe.legata.l. Aurelius.§. testamēto. ¶Ibi, duos.nota plures ad eandem pręb endam eligi posse. ¶Ibi ad preces episcopi non inducunt simoniam:sed nec statuendo cōmittitur simonia:sed vtendo ſm Inno. ¶Ibi,sine pręiudicio: ista verba sapiunt protestationem. sed protestatio in pręiudicialibus & aduersatiuis non iuuat:vt in c.gratiæ.de pręband.in cle.¶Item factum quod sequitur protestationem eam tollit vt ff.loca.l. cum in plures.§.locator horrei.¶Ibi,propositum.no.qđ non est necesse ꝙ excipiens dicat excipio:sed sufficit qđ dicat, propono vel allego.¶Item no.qđ allegatio statuti non disponentis de processu, non impedit processum.tene menti. ¶Ibi, sine pręiudicio.simile verbum.ff.qui potio.in pig.hab l.Claudius.in fine.¶Ibi,instantia. not. ꝙ non omnis instantia dicitur ambitio. ¶Ibi, in delegatione sua.non dicit papa,nam qui confirmat non mandat.Si.n.papa mādaret,non posset ꝯueniri.vt C.de testa l.omnium.Item no. qđ isti
13 canonici non potuerunt factum papæ reseruare.¶Item no.ꝙ capitulum dicitur locus in quo fit capitulum. Ex quo datur intelligi, quod capitularia negocia debent fieri ibi, vbi capitulū ꝯsueuit cōgregari.& hoc significat assignatio loci in capitulo:vbi forte canonici ibi tutè ꝯuenire non possunt:nā tunc possunt eligere sibi aliū honestum locum: & forte locus iste non est de substantia: quasi valeant facta in alio loco honesto ēt impedimento cessante: si tñ capitulum sit citatum ad vnum locum, non potest fieri alibi etiā vno absente:vt C.quo.& quando iud.l.si præses. ¶Item si ad vnū diem non potest fieri alia die:quia dies est assignata pro forma vt l.aut qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clam.arg.j.de offic. deleg.c.ꝯsuluit.sed ibi ideo quia iudex qui terminū statuit,potuit de suo pręcepto gratiam facere, & sua benignitate spectando absentem.
14 ¶†Item ibi,in contentioso iudicio ibi esse debuerit. no. casum q non est a ibi,ꝙ licet canonici habeant cōstitutionem de certo numero ꝯfirmato per papam, & ēt iurato cū decreto ꝙ sit irritū & inane si ꝯ ꝯtigerit attentari quod si superexcrescunt facultates,qa iste fuit casus improuisus, nec debuit prouideri:non sunt periuri illi qui prima facie faciunt ꝯ tenorem iuramenti cum iuramētū intelligatur rebus sic se habentib.ff.de ꝯdi.ob causam.l.quod Ser-
15 uius.¶†Et est arg. ꝙ filia quę recepit centū pro integra sua legitima,augmentatis facultatib. patris possit petere legitimam superexcrescentium bonorum. quod est not.dignū.& facit.ff. de vaca. mune.l.his honoribus.§.auctis. ¶Ibi, industriam.no.industriam non prodesse:sed alibi prodest:vt ff.de minoribus. l. intra vtile.§. vendentib.C.de alluuio.& palud.l.j.ff.ad legem falci.l.si hęres.ff.ad Treb.l.debitor.§.fi.C.de bo. quę libe. l.cum oportet.post princi. C.arb.tut.l.si defunctus. ¶Ibi,plures redditus.not. ex quo variari possunt redditus per singulos annos sumitur arg. ꝙ cuiuslibet anni redditus sit per se probandus:quia non pręsumitur ꝯtinuum qđ est natura diuersum.de hoc p Iac.de Are.C.de rei vendic.l.j.¶Ibi, in beneficium assignari. verbum assignari in futurū significans dat intelligere ius ad rem:sed significans in pręsenti,ius in re.¶Ibi,vt esse debuerit.no. ꝙ illud ꝙ de ꝯsuetudinem cōsueuit apponi in instrumento:item illud quod dēt ibi esse appositum,licet nō sit scriptum pro apposito & scripto debet haberi & melior tex.nō repe
a ritur [a] alibi.¶†Item no.ꝙ vbi verba nō sufficiunt;ad mentē recur
16 rendum est ff de pa.t.l.tale pactum.§.fin.& ibi no.ff.communia pręd.l.in venditione.& ibi gl.dicit no. tamē verba & mentē ꝯhen
17 tium inspiciendam non tantum significationem. ¶†No. ꝙ verba Papę ēt ꝓcisa recipiunt tacitam ꝯditionem & interpretationē. sic.ff.de verb sig.l.j.& de verb.ob.l stipulatus sum damā.ff.d vulg. subst.l.ex facto.in prin.sicut illa clausu.a.saluo iure alterius, ꝯ quē expresse non scribitur semper subintelligitur in rescriptis non solum iustitię:sed gratię.vt l.nec auus.C.de emanc.libe.& ff.de in ius voc.l.sed & si hac.§.patronū.ibi prout melius videbitur.vbi datur
18 arbitrium ibi melius prouidendum.¶†Ibi,post motā quęstionē. no. vitium litigiosi incipere à momento quęstionis motę:non tñ per quemlibet actum dr mota:sed per actum iudicialem: quia loquitur de vitio litigiosi.vt C.de peti.hęred l. si post motam.C.de pręscrip.long.temp.l.j.a.iàs largius accipitur:puta si hoc verbum adijciatur ꝯtui,vel vltimę voluntati: vt not.ff. ad Trebel.l. Lucius.§.tres heredes. ¶Itē si quis promiserit alteri se non imbrigaturum:vt no.ff.de proc.l.non solum.§.si status. ¶Opponitur qđ iste agens non potuerit agere pro socijs: quia non erant propriè socij nam canonia cuiusque stat pro se. item & pręb enda. ¶Item vnus pro alio testificari potest.vt in auth. de mona.§. cogitandū. ¶Item non habebat mandatū,& sine actione vel mandato nemo experitur.ff.de neg.gest.l.si pupilli.§. vlt. & ideo quilibet pōt agere de per se sine alijs.vt ff.de secun.tab. l. si post mortem.§.fina. ¶Solu.dicit glos. quod hic habebat mandatum.istud est diuinare. vel hic satisdedit de rato: per quam satisdationem legitimatur agens nomine alieno.vt ff.de dam.infec.l.inter quos.§.alieno. vel hic fuit opposita exceptio in hac forma.Tu debes cauere de rato: in qua forma post litem ꝯte.non pōt excipi nisi post litē ꝯtesta.cōueniretur,seu interueniret de nouo : vt C. de ꝓcor.eiusdem litis.l. 2.Sed sub forma exceptionis falsi procuratoris quandocunq; pōt
b excipi,nisi dominus habeat [b] ratum.C.de proc.l.licet.ff.de excep. rei iud.l.si mater.§.hoc iure. Sed caueat sibi qui opponit exceptionem in forma falsi procuratoris:quia si procurator ꝓduceret mandatum, excipiens teneretur actione iniuriarum ciuili & criminali vt l.si vero.§.j.ff.qui satisd.cog. Vel dic qđ hic ꝯstabat de non mandato:& tantum dēt admitti pro alijs:quia simul egerant eodem libello.Item quia ꝯfratres spūales.Item quia status de quo hic disputatur,eos pariter ꝯtingebat.vnde disputabat de eadem radice. arg. C.de diuer.rescri.l.si libellum. ¶Et no.quod post lit.ꝯtestatā licet non præsumatur mandatum,tamen pōt procedi nō facta fide de mandato vt no.in c.j. de elec.lib.6.¶ Item no. qđ cautio rati non facit quem procuratorem:sed facit eum legitimum gestorem, vt ff.iud.sol l.3.§.sed si forte.¶Item no.ꝙ aliud est esse cōiunctā personam naturaliter, vel spiritualiter:aliud habere mandatum tex.
19 est ibi singularis. ¶†Sed nunquid si sunt duo socij conuentionales,vtrum vnus possit agere nomine alterius sine mandato?dic ꝙ non si sunt pręsentes:sed pro absente bene potest pręsens experiri quia sua interest.arg.ff.de exercitoria l.si tamen plures.¶Item;si essent soc.j ꝯctus:ex quo agitur.dic vt C.de duo.reis.l.fin. & facit. ff.de libe.lega.l.si quis duos.& ff.ad l. falci. l.in lege Falc. hoc obseruandum. sed si esset vnus principalis, alter accessorius, dic vt
20 no.ff.mandati.l.creditor.in prin. ¶†Capio gl.2.paruam,& quęro vtrum contra antiquam ꝯsuetudinem possit arctari numerus prębendarum.respō.sic ex cā.qđ dic vt s.c.proxi.Ber. ¶Capio.3 gl. & vr qđ vna pbenda non potuerat in duas diuidi.vt j. de pben.c. maiorib.ergo hic non potuerunt duo recipi ad eandem pbendā. sol.hic de facto fuerunt recepti,vel non ꝯstabat:vel de hoc nō erat lis.vel dic vt dicit gl. quod recipientes non possunt allegare suam turpitudinem.& per hoc limitatur dictū capitulū maiorib. quod est notabile.Certè hic non tam turpitudo q̃ impossibilitas erat, q̃ per quęcunque allegari pōt:quia de nullitate quilibet obijcere pt vt no.C.de transac.l.vbi pactū.& ideo dic qđ hic non iuris diuisio fuit sed redditū vel culturę vt ff.de leg.2.l.gaius.§.j.vel tpis vt puta alternis dieb.¶Capio.gl.paruam quæ incipit, de quinto.& opponitur qđ malè dicat.sol.quinq; fuerunt uocati,quatuor uero tātum prosequebantur ius suum. sed quis erat iste qui faciebat hāc allegationē.Respon.capitulum, seu receptatores, quia dicebat vos fuistis contenti dimidijs,ergo nō potestis petere integras pręb endas:vt C.de pact l.si creditores.& ff.de usu.l.qui semisses.C.de fur.l.post decisionem.& de transac.l.si quidem. ¶Sol. hanc exceptionem capitulum opponere non poterat: quia erat iuri ꝯriā. Nam licet reperiatur media pbenda.i. mediocris. ff.de au.& ar.le. l.qui lancem. tamen in substantia nō potest diuidi, sicut nec usus. ff.de usu & habi.l. usus pars. quia pbendarius in fine suę uitę efficitur usuarius, & uiuit tanq̃ dns, sed moritur tanq̃ seruus sola uita ꝯtentus.& ſcđm hoc intentio capituli fuit facere uerā diuisionē,
c sed turpiter [c] fecit:qa ꝯ ius fecit. & turpitudinē patentē quā allegare non pōt,cū ei sit annexa nullitas ut hic. & an quis possit allegare turpitudinem sua uide plenè per Bar.tam de turpitudine patenti q̃ latenti.ff.de iureiur.l. aliàs. Illud certum est qđ quis nō pōt allegare dolum suum:ut no in l. & eleganter.in princ. ff. de dolo. nisi ex dolo surgat lex prohibitoria in utrūq; contrahentem ut dicit illa lex notabilis cum sua gl.ff.de ritu nup.l.senatus. ¶Capio
21 gl.quę incipit,hic ergo & opponitur, † qa protestatio rūpit actū, & actus non rūpit ꝓtestationē.contrà.j.quod me.cau c. prelatū. xxxj.q.2.lotharius.ff.de religi.l.at si quis.§ pleriq;. ff. de acqui.hęred.l.qui in aliena. §. Celsus ¶Solu. aut non durat protestatio: & tunc factum pręualet protestationi, ut hic.aut protestatio durat de facto: & tunc aut est factum cum causa; & tunc pręualet protestatio:ut in contrarijs. aut ex iusta uel necessaria causa ueniendi contra protestationem pp ęquitatem superuenietis casus,vt erat hic,

ADDITIONES.

a ¶ Vide quinquaginta dicta in ista materia ad ꝓpositū istius no. relata lōge pleniori stylo q̃ alibi p do.And.Barb.in c.quod translationē. de offi.deleg.

b ¶ Vide aliquid per Lud.Roma.in consi.170. & vide etiam per Alexan. & Mod.in l.j.§.j.col.2.ff.ad trebellianum.

c ¶ Vide ad istam gl.scripta per Iaso. May.in l.iusiuran. quod ex conuentione.§.fin.ff.de iureiur.

hic, propter superexcrescentes redditus: & tunc protestatio non
edidit factum, vt hic. interserit glo. vnum verbum quod interdum
plus operatur protestatio quam appellatio. & adde qđ oīs prote-
statio dēt verificari nisi solo animo verificetur. vt C. de rei vendi.
l. si fundum. ff. de neg. gest. l. Nesennius. ¶ Item adde qđ inhibitio
superioris plus operatur quā protestatio creditoris. vt ff. de leg.
22 commis. si mulier fundos. ¶ † De materia protestationis dic vt
no. Io. Mo. & Ioan. And. in c. generali. de re iud. lib. 6. & Arch. 27.
di. c. diaconus. & Bar. ff. de no. oper. nunc. l. de pupillo. §. si quis ipsi
prætori. & l. non solum. §. morte. ¶ Vltimò subdit gl. qđ ista pro-
testatio prodest quo ad mensam communem. Ego quæro si fru-
ctus excreuerint à casu: puta impetu fluminis, istud incrementum
perijt: nunquid præcedens statutum reintegretur, & redeat ad pri
mos limites & vr̄ quod non reintegretur ipso iure. arg. C. de po-
sth. hæred. insti. l. vxoris abortu. ij. respon. & ff. de ser. rusti. prædi. l.
& Attilicinus. ¶ Et nota qđ licet forma numeri infringatur, tamē
corpus præbendarum non minuitur: & ideo super corpus præbē
23 darum non est necesse aliquid de nouo statuere. ¶ † Capio gl. quæ
incipit, vnde eis. Et quæro quid est canonia, & quid præbenda. re-
spon. canonia est ius quod prouenit ex electione & receptione in
fratrem. præbenda autem est ius qđ prouenit ex assignatione præ
bendæ. primum ius est incorporale: secundum corporale: sic præ
bendæ consistunt in corpore: vt ff. de vsufruc. l. 2. Modo quæro
nunquid impetrans canonicatū dēt facere mentionē de certo nu-
mero p̄bendarū. rñ. sic. ¶ Item impetrans præbēdā dēt facere mē-
tionem de certo numero canonicorū: aľr non valerent literæ tan
quam subrepticiæ: quia Papa semper vr̄ loqui saluis statutis & cō
24 suetudinibus ecclesiæ. vt j. de consti. lib. 6. ¶ † Nota hic qđ rōne
incrementi fit noua dispositio, & alteratur numerus præbendarū.
Quæro ergo si per alluuionem, vel insulam accreuit magnum ter
ræ spacium: verbi gratia, præbenda habebat pro fine fluuium: in il
lo fluuio nata est insula, vel paulatim retro cessit, & facta est allu-
uio: vtrū augeatur illa præbēda, an debeat noua fieri in vsufructu.
dicimus quod alluuio accrescit. Item in emphyteusi. vt ff. de vsu-
fru. l. item si fundi. De proprietate non est dubium quod ei accre-
scit. vt institu. de rerum diui. §. item qđ. & §. insula. In feudo accre
scit domino: sed non feudatario: quia pro illo incremento nō fa-
cit seruitium. Quid ergo in præbenda? & vr̄ qđ non accrescit: quia
taxata est: vt ff. de acqui. rerū dom. l. in agris. ¶ In ꝯrium facit; vt ff.
de act. emp. l. Iulianus. §. si Titius. ¶ Cōsiderandum qđ in nostro.
c. superexcrescentia non accedunt præbendis formatis: sed for-
mandis. Et ideo in quæstione proposita vr̄ quod magna alluuio
pertineat ad capitulum: modica ad præbendam: quia de modicis
non curamus. Et idem vr̄ dicendum de æstimo in communi qđ
maxime fauore reipublicæ debeat augeri propter excrescentiā: si-
25 cut diminui p̄p discrescētiam. ¶ † Quæro vtrum oīs canonicus a
a debeat habere præbendam? rñdeo sic vbi præbendæ sint distin-
ctæ. ¶ Sed nunquid omnis habens præbendam, debeat habere ca-
nonicatū? dicit gl. qđ non. ego supra intellexi hanc gl. de pręben-
da non canonicali & dic vt s. dixi. ¶ Sed Inn. dicit qđ si recepto in
canonicum est assignatum stallū in choro, qđ eo ipso est in poten
tia, & in iure exercendi oēm actum spūalem: puta eligendi & ēt tē
poralem: puta ꝯsentiendi venditionib. & eorū tractatib. dandi vo
cē. qđ forte est verius si est receptus ad plenitudinem iuris canoni
calis. qđ in dubio pręsumitur: quia totum est vnum ius; licet plura
possint: sicut anima vna est & tñ plures potentias hēt: & officium
iudicis vnum est, & multa potest: vt ff. de iuris. om. iud. l. j. & hæres
ēt sine vlla possessione potest omnia quæ pōt hęres: vt l. hæredi-
tas. in prin. ff. de peti. hære. & l. ex facto. in fin. ff. de vulg. subst. oīa
pręedicta pōt: quia non distinguitur vox à voce per potentiā: sed
solum per actum suum. ¶ Item verbū plenitudinis est verbū vni-
uersale & omnia includit etiam tacitè intellectum: vt ff. de acqui.
rer. dom. l. quędā. ff. de ꝯtien. emp. l. in modicis. ff. de arb. l. si cū dies.
§. plenum. ff. ad tertu. l. j. §. si mater. ff. de rei vendi. l. Iulianus. §. fin.
¶ Sed pro Ber. facit; quia sequeretur qđ haberet vocem in colla-
tione prębendarum, sicut in electione canonicorum: quia p̄bēda
tacitè ad illud sequitur: sed hoc vr̄ impossibile: quia nondum est re
ceptus ad ea quæ sunt prębendę. ff. de acqui. rer. dom. l. traditio nā
qui non est inuestitus, non pōt aliū inuestire. & est simile in vasal
lo sub expectatione feudi recepto, qui non hr̄ inter pares curtis:
26 nec hēt vocem inter eos in testificando. ¶ † Ex hoc sequitur qđ
canonici sub expectatione prębēdę recepti non debēt ad electio
nes vocari. qđ dic vt in c. cū qui. de præbē. lib. 6. & Arch. de p̄ben.
c. hi qui. ¶ Quæro, si absenti est collatus canonicatus, & accepta-
uit an præsentatis sibi literis ante istam electionē habeat ius reale
ipsius canonię. dicit Cōpo. qđ sic: quia in spūalib. non requiritur
traditio: sed in prophanis sic. ar. C. de sacrosan. eccl. l. fi. & no. ff. de
27 iureiur. l. labeo. ¶ † Quærit gl. vtrum omnis canonicus habeat vo
cem in capitulo? dicit gl. qđ non: & dēt intelligi de canonico non
recepto ad prębendam: quia nō est receptus ad plenam possessio-
nem vt s. declaraui. ¶ Capio glo. quę incipit, vr̄. & quęro nūquid
per istud pactum sit ꝯmissa simonia? gl. sentit ꝙ sic, si aľs nō erant
facturi: vel hic non fuit pactio sed protestatio. ¶ Capio gl. quę inci
pit, hęc videbatur. & dr̄ qđ diligentia prosit diligenti & nō alijs.
vt C. de alluuio & palu. l. j. sed ibi fuit diligens in re propria. hic in
cōi. vnde nō ꝯpellitur ad cōionem: sed ad diuisionē. & sic nō ob.
28 ff. de ꝯdi. inde. l. si non sortem. §. si centum. ¶ † Capio glo. quę inci
pit, argumentum ex qua no. qđ statuta recipiūt tacitam ꝯdōnem.
¶ Capio gl. quę incipit, per hoc. & quęro nunquid canonicus pos
sit recipi ad vacaturā? & dic qđ sic in genere: sed nō in specie ad ta
lem vacaturam. vt no. in l. 3. ff. pro socio. facit. c. j. qui succe. teneā.
in vsib. Sed remitto te tñ ad casum. c. detestanda. de ꝯces. p̄bend.
29 lib. 6. & ibi plenè per Io. An. in gl. ¶ † Capio gl. quę incipit, hic po
test. Quærit gl. vtrum recepti vltra numerum habeant vocē in ca-
pitulo. gl. dicit ꝙ non, nisi hoc sit de ꝯsuetudine. Alij dicunt ꝯriū:
q̄a nihil hēt cōe vox cum prębenda: siue receptio in canonicū fue-
rit facta per autoritatē papę: siue per capitulum. cōiter gl. seruatur;
quia expectantes non sunt plenariè inuestiti. ¶ Capio gl. quę inci
pit; sed cum canonici. & quęro cum sit renunciatum statuto: er-
go omnes prębendę debent esse pares, & sine aliquo priuilegio.
Respon. antecedens est falsum: quia antiqui canonici nō renuncia
uerunt suis prębendis. ¶ Capio gl. pe & no. qđ illud qđ fit lite pen
dente dēt cassari. ¶ Opp. quia in personali actione vel iudicis offi-
cio non ꝯhitur vitium litigiosi. s. ita qđ res non possit aľr aliena-
ri. vt C. de liti. auth. litigiosa. Sol. hoc ideo: quia istud remediū per
sonale vnitū erat reali in canonicatu iam adepto: & ideo sapit na-
turam realitatis, sicut actio mixta. arg. in l. diuus. ff. de peti. hęred.
Quæro quo iure canonicus petat sibi assignari præbēdam quę de
nouo vacat. respon. officio iudicis in quo summatim proceditur.
sed certè nostrum. c. innuit contrarium: quia hic fuit lis cōtestata.
dic vt j. in rub. de offi. iud. per Inn. ¶ Quæro nunquid papa videt
de se reuocare totum negocium, si incipit de eo cognoscere, vel
alij delegat ex certa scientia. & dicit qđ sic inter easdem personas
non inter alias. Idem ait qđ quando de eadem re litigatur corā plu
ribus iudicib. ad vnum ipsorum debet remissio fieri, si hoc petat
reus: sed si non petit, tenet vterq; processus. tene menti. ¶ Pone. n.
qđ Perusinus commisit homicidium Florentiæ: est accusatus Pe-
rusij & Florentię, potest vbiq; condemnari nisi de se petat ad vnū
remitti qđ etiam per procuratorem petere poterit. quia nō tāgit
crimen, nec excusationem criminis. Et Ia. Bu. malè determinauit
in quęstione de Rauagense: quia exceptio banni in illa quæstione
qualitercunque opposita, & qualitercunque pronunciaretur su-
per ea: in effectu erat absolutoria: & ideo de eneruatione criminis
sub quacunq; figura verborum: imo potius quadam cauillatione
non debuit admitti procurator ad opponendū exceptionem ban
ni: nec fuit admissus per curiam. & ita disputādo determinauit Iac.
de Bel. ¶ Modo quæro quid si contra principalem proceditur Pe-
rusij de homicidio, contra mandatorem proceditur Assisij. Mo-
do principalis petit se remitti ad iudicem Assisij, vel mādator ad
iudicem Perusinum: nunquid ista remissio debet fieri. videtur qđ
sic: quia vnum est delictum in substantia. vt no. Cy. C. si reus vel ac
cu. mor. fue. quia vna est mors, & non plures: sicut si duo inciderēt
vnam arborem: vna est incisio & non plures. Item cōtinentia cāę
non debet diuidi C. de iud. l. nulli. Item per titulum. ff. de quibus
rebus ad eundem iudicem eatur. ¶ In contrarium videtur: quia se-
parata sunt territoria & tribunalia: & vnum non deseruit alteri, nec
habet aliquid cōe cum altero. Sic igitur quęlibet iurisdictio per
se discernitur. ff. de iur. om. iud. l. si familia. in gl. & ff. de manumis.
l. apud eum. Nisi forte sint ciuitates fęderatę: & tunc debet deferri
28 non est seruata. j. de rest. spol. c. pisanis. ¶ †Vnum non omitto quia dicit Bart. in d. l. 2. ff. de publi iudi ꝙ bannitus in pecunia, per formam statuti potest impune offendi, dicitur cōdemnatus de crimine capitali. Nam hoc falsum videtur, quia si hoc esset crimen capitale etiam ante sententiam non posset interuenire procurator, nec deberet relaxari fideiussorib. Nam licet semel comparuisset, tamen in quacunque parte iudicij posset contumax bāniri: quia siue in extremo anteriori iudicio, siue in postremo, siue in medio litis oportet obediri prætori. ¶ Item ista pęna quod posset impune offendi, non pertinet ad officium iudicis principaliter, sed venit in consequentiam lata sententia & non ante. nec potest hoc peti in libello: quia conclusio libelli non potest fundari super eo quod non est. propter quod dico quod crimen nō est capitale: sed euentus bene potest esse capitalis non necessitate. sed permissione: quia per statutum permittitur, sed non iubetur: vt singulariter no. C. quod me cau. l. accusatio. Item extra territorium illius iudicis non posset offendi: quia inde non est proscriptis: sed stat quietus & securus. nec sortitur ibi forum iudicari. tamen propria ciuitas non faciet de hoc punitionem: quia est extra eius protectionem.

ADDITIONES.

a Quādo in aliqua dispositione apponitur tempus nec determinatur de quo tempore in quo tempore verificetur dispositio & adde pulchrum positum per Pe. de Anc. in consi. 331. incip. visis diligenter actis & actitatis in 2. co. ver. 3. aduertendum.

b ¶ Vide omnino Bal. in l. j. in princ. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. do. Iac. in l. 2. in 89. col. in ver. 7. quæro de iure emphy.

CAPIT. XII.

1 *Statutum per quod diuinus cultus sine causa diminuitur, est inualidum. Causam statuti uel ius quando non sit necesse probare.*
2 *Canonia plus habet iuris quam facti: sed præbenda plus habet facti quam iuris.*
3 *Impetrans medio tempore uacaturam facta mentione numeri antiqui et non noui, ualet impetratio.*
4 *Papa cum cassat statutum, accessoriè cassat eius confirmationem.*
5 *Statutum non debet fieri ad propriam utilitatem statuentis, sed ad utilitatem ecclesię.*
6 *Numerus canonicorum uel præbendarum non debet restringi.*
7 *Papa non intendit reuocare collationem præbendarum quæ collatæ sunt.*
8 *Præbenda an sit collatiua sola uoluntate Papę.*
9 *Papa si mandauit per capitulum mihi conferri prębendam, sed capitulum in fraudem meam contulit alteri, an teneat collatio.*
10 *Vitium litigiosi habet principium & terminum.*

11 Nu-

11 *Numerus præbendarum an possit diminui.*
12 *Confirmatio Papæ quando teneat.*
13 *Papa non intelligitur velle contra ius.*
14 *Consilium quod debet requiri, an sit necesse sequi.*

EX parte episcopi. ¶Non valet statutũ per quod diuinus cultus diminuitur sine causa secunda pars ibi, nolentes.
¶Casus. Canonici Eduenses propria commoda diuino cultui præferentes, antiquum numerum præbendarum absq;
eo q. essent diminuti redditus capituli, restrinxerunt. fuit hoc significatum domino Papæ per episcopum Eduensem. Papa nolẽs
diuinum cultum diminui sed potius augeri, mandat antiquum numerum seruari & præbendas quæ tẽpore vltimi statuti vacarunt,
non obstante constitutione canonicorum & confirmatione papæ personis idoneis conferri cum consilio episcopi supradicti.
1 ¶†Ibi, statutum est seruatum. & tunc non est necesse ꝓbare ius
vel causam statuti secundum Vincẽ. quia præsumitur pro factis
antiquis: & ex consequenti pręsumitur antecedens. & ex datio
ne fideiussionis quam facit reus præsumitur debitum principale.
de hoc no. ff. de verb. obl. l. sciendum. accessorium no habet ve
stire sed habet probare: vt ff. de vsu. l. cum de in rem verso. & no.
per Dyn. in regula, possessor. de reg. iur. l. 6. ¶Ibi, diminuti. qđ
esset: quia diminuto numero præbendarum esset diminutus nu
2 merus canonicorum deseruientium in diuinis. ¶†Et no. quod ca
nonia habet plus iuris quam facti. sed præbenda habet plus fa
cti quam iuris: quia est quid corporale. non dico quod præben
da sit seruitus: quia seruitutis esse est subiacentib. corporib. inesse.
¶Item res propria vel quasi nemini seruit. sed in quodam appro
priatur canonicatui. sicut dos est appropriata matrimonio, & se
inuicem significant per modum suppositi & appositi. s. eod. c. cũ
m. Ferrarien. ¶Ibi, authoritate nostra sub hoc verbo tacite conti
3 netur cõfirmatio veterum statutorum. ¶†Ibi, a tempore vltimi
statuti non dicit tempore primi. dic a tempore vltimi statuti, s. in
choantis: quia vltimum statutum non tenuit. quare præbẽdę quæ
interim vacarunt, iterum vacant. & collatio earum erat deuoluta
ad papam. dic ergo quod si medio tempore aliquis impetrauit va
caturam facta mentione numeri antiqui, & non noui, valet im
petratio: quia nouus numerus non est numerus iuris sed facti. de
quo non oportet facere mentionem. Si enim esset numerus de
iure statutus, & facta esset mentio de antiquo numero & non de
nouo, impetratio esset subreptitia: quia id quod vltimum est, in
spicimus. vt l. me'a. §. j. ff. de alimen. lega. & C. ne de statu defun. l.
si mater. sic dicimus quod debet inspici id in quo oratio residet,
4 non id in quo oratio incipit. ff. si cer. pet. l. si tibi. ¶†Ibi, confirma
tione. no cum papa cassat statutum, accessoriè sequitur quod
cassat eius confirmationem. ¶Ibi, cum consilio. No aliquid debe
re fieri cum consilio. sed quid si consiliarius abest. Responsio est ex
pectandus, nisi nolit interesse vel non possit: secundum Io. And.
facit. c. j. ne se. va. lib. 6. ¶Item si statutum disponeret de pręsentia
sufficeret pręsentia sine consensu: vt ff. de arbi. l. sicuti. & si nollet
interesse, sufficeret requisitio etiam vnica, vt in c. vlt. de arbi. li. 6.
¶Aut igitur quis est adiectus ad consilium, aut ad præsentiam.
nam sufficit seruare verba legis vel statuti: vt ff. de condi. & dem.
l. Publius. & ff. de verb. obli. l. quidam cum filium. Dicit hic Vinc.
quod si sine eius consilio ꝓferant non tenet collatio. vt j. de elec.
c. cum in veteri. Et not. quod licet consilium sit de forma tamen
quod persona sit idonea, non est de forma. vt no. in cle. j. de offic.
delega. Et adde quod no. Bar. in l. j. § si plures. ff. de exercito. in suo
commento. & ff. de acquirend. hæred. l. eum qui duobus. §. filius.
5 ¶†Not. quod statutum non debet fieri ad propriam vtilitatem
statuentis, sed ad vtilitatem ecclesiæ: quo casu successor tenetur
habere ratum: quando pro vtilitate ecclesiæ est contractum. te
netur successor soluere debitum. vt no. in c. rationi congruit. de re
6 iudi. lib. 6. ¶†No. q numerus canonicorum vel prębendarum nõ
debet restringi. & si restringatur, præsumitur factum ambitiosè
pro priuata vtilitate: secus si ampliatur: quia ampliatio est fauora
bilis ecclesię: vnde præsumuntur auctæ facultates: quia nemo prę
7 sumitur studere damnis. ff. de proba. l. cum de indebito. ¶†Nota
in isto capitulo, quod tempore secundi statuti præbendæ quæ va
cauerunt, non fuerunt collatæ. nam si fuissent collatæ, Papa non
intendit collationes reuocare: ne authoritate principis qui cõfir
mauit statutum, collatores & receptores decipiantur. ar. C. de his
qui ve. æta. impetrauerunt. l. j. nõ enim est quod imputetur eis an
tequam Papa declaret collationem non valere: cùm nemo alius
8 possit hoc declarare. vt j. de iudi. c. cum venisset. ¶†Quæro an so
la voluntate Papæ præbenda sit collatiua? & videtur q sic: quia
potestas & voluntas dant actibus perfectionem. dic quod volun
tas debet esse concreta actui qui debet perfici abstracta enim vo
luntas, idest separata & per se, quæ reperitur in animo, non perfi
cit actum. verbigratia, si possum adire hęreditatem, & volo, tamẽ
istam voluntatẽ meã non applico alicui actui verbi vel facti, nõ
efficior hęres. vt C. de iure delibe. l. potuit. sic dico in Papa quod
sola voluntate in abstracto non confert prębendam, nisi vltra pro
cedat & transeat ad actum dispositiuum. & adde quod no. in proę
9 mio sexti libri Inno. ¶†Quæro vlterius, Papa mandauit per capi
tulum mihi conferri præbendam: sed capitulum in fraudem meã
contulit alteri: nunquid tenet collatio? & videtur quod sic: quia
potest conferre iure ordinario. licet enim quis sit obligatus, tamẽ
alienare non prohibetur: vt ff. de publiciana. l. siue autem. § si duo
bus. & C. de rei ven. l. quoties. etiam si esset lis mota super officio
iudicis personali. vt not. Innoc. s. eo. cum M. Ferrar. hoc dico pro
tanto, quia est quoddam officium iudicis reale. vt nota. ff. de rei
vend. l. qui restituere. & ff. de eden. l. quædam. §. his autem. & ff. vt
in pos. lega. l. si cui. §. qui in possessionem. sed hoc officium reale
competit receptis, non recipiendis. ¶In contrarium videtur qđ
non valeat collatio capituli, quod tenebatur recipere autoritate
Papæ. & non propria: quia Papa videtur ad autoritatem suam re
uocasse. & quia factum in fraudem rescripti videtur factũ in frau
dem legis: quod non valet ipso iure: vt ff. de iure patr. l. si libertus.
ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 2. §. fi. ¶Item & si esset in frau
dem hominis, quia tamen collatio est gratuita, deberet reuocari.
insti. de act. §. si quis in fraudem. Not enim Inn. in d. c. cum M. qđ
si aliquis mouit litem contra aliquem, intentans iudicis officium
vel actionem similem super aliqua re si reus lite pendente rẽ ipsã
alienet, non incidit in vitium litigiosi: secus autẽ si super ipsa age
retur actione reali & hoc verum tam in causa principali, quàm in
causa appellationis, vt ibi dixi. ¶Item in causa restitutionis in in
teg. vt ff. de min. in inte. resti. l. abstinendi. ¶Idem etiam in criminali.
ff. de admi. tuto. l. chirographis. § j. ff. de dona. l. post contractum.
nisi res esset confiscata ipso facto: quia tunc iudicium sapit natu
ram realitatis & vitium litigiosi contrahitur: vt ff. de publi. l. com
missa. & quod no. per Dyn. in c. possessor malę fidei. de reg. iur. li.
10 vi. ¶† Et not. q vitium litigiosi habet principium & terminum.
vt in c. fi. vt lit. pen. in c. e. vbi ponitur de principio. & in auth. de li
tigiosi. §. omnem. Terminum verò habet dupliciter, scilicet lite
mortua. vt C. de præscrip. lon. temp. l. j. vel per diffinitiuam sopi
11 tam: vt ff. fam. herc. l. in iudicio. ¶†Capio secundam glo. & vide
tur q numerus prębendarum possit diminui. vt j. de vita & hon.
cleric. c. quoniam. Sed illud quando redditus sunt diminuti. vel
propter graue æs alienum soluendum. sed in dubio nõ præsumũ
tur diminuti. & hęc faciunt ad quęstionem quod ęstimẽ debeat
diminui in communi diminutis facultatibus. Item quod potestas
non teneatur habere tot barruarios & residentes tempore famis,
12 quot habere consueuit tempore vbertatis. ¶†Capio tertiam gl.
& quęro nunquid confirmatio papæ teneat? & dicit gl. q nõ si
fuerit impetrata sub forma communi: quia talis confirmatio nil
noui iuris tribuit. ¶Item qui confirmat non dat. ¶Item quia pa
13 pa confirmando non intendit nouum ius tribuere. ¶†Item quia
papa non intelligitur velle contra ius. ¶Quęro ergo ad quid ista
confirmatio occupat membranas. Respondeo confirmatio facit
de aliquo validius, vt non possit reuocari per statuentes. sed de nul
lo non facit aliquod, nisi papa apponeret clausulam non obstan
tium, & ex certa scientia scriberet, vel in contradictorio exami
ne decerneret: vt ff. de ado. l. adoptio non iure facta. & ratio prędi
ctorum est, quia illud quod non est confirmabile de iure, nõ prę
sumitur per iniuriam confirmatum. vt l. 2. §. ne quis a principe. ff.
14 ne quid in loco pub. ¶† Modo quęro nunquid consilium quod
debet requiri sit necesse sequi. Dicit Io. And quod aut consilium
est quærendum de consuetudine, vel statuto vel ex forma man
a dati. Primo casu [a] non oportet ipsum sequi: quia consuetudo &
statutum hoc non dictat. aut ex forma mandati & tũc sic. vt l. Ti
tium & Mæuium. in princ. ff. de admin. tuto. nisi forte consilium
esset prauum, & iuri contrarium: quia non videtur hoc fuisse de
intentione mandantis. arg. ff. quę in frau. cred. l. si pater. Alij quod
aut verba dicunt cum consilio. & sufficit requirit: aut de consilio,
& tunc aut consultor requisitus non vult consulere, & potest pro
cedi ad actum sine consilio. aut consuluit, & tunc oportet ipsum
sequi: quia dictio cum, importat copulam. vt insti. de leg. §. si quis
ancillas. fortius in dictione de: quę importat substantiam. vt l. j. §.
15 nunc videamus. de coniungendis cum emancipa. liberis. ¶†Vel
dic, qđ aut est talis actus in cuius dispositione possit participare
consiliarius: & tunc consilium est sequendum: aut non potest par
ticipare, vt frater minor, vel excommunicatus. & tunc nõ est se
quendum, licet de facto sit requirendum. vt d. l. Titium & Męuiũ.
ff. de admin. tut. & l. quidam decedens. in prin. eo. ti. Et adde quod
no. per Bar. & doc. ff. de hęred. inst. l. illa institutio & c. Bal.

ADDITIO.

a ¶Vide ad istam materiam tex. in c. abba. de verb. sig. gloss. & Car. Alexan. in c. priuilegia. 3. distin.

CA-

CAPIT. XIII.

1 *Statuta libertatis ecclesiæ respiciunt præterita.*
2 *Tempora verborum adaptari debent, & deseruire secundum subiectam materiam.*
3 *Imperator an possit facere statutum quòd malæ fidei possessor præscribat.*
4 *Res publica priuatæ præfertur.*
5 *Lex debet esse certa & non ambigua.*
6 *Statuta & conditiones non recipiunt interpretationem extrinsecam: sed intrinsecam sic.*
7 *Tabellio qui scripsit instrumentum ambiguum, an possit illud declarare dum viuit.*
8 *Statutum nouum si dicat quod homicida puniatur in centum: & quidam ante hoc statutum commisit homicidium: & illo tempore erat pœna mortis, quid iuris si modo velit soluere centum.*
9 *Trahere leges ad præterita est quædam calumnia.*

QVoniam. Constitutio futura respicit non præterita, nisi de præteritis cauetur in ea. Dicit Host. φ constitutio respicit præterita, quando cōcordat cum iure antiquo, quod idem præcipiebat. Sed certè ista non pōt dici noua constitutio nisi interim esset sublata per desuetudinem, & postea renouata. sed nunc non retra-
1 heret sed ad medium temporis innouata.¶†Dicit Inno quod statuta libertatis ecclesiæ respiciunt præterita: quia ista libertas semper esse debuit. Tu dic quod si per adiectionem pęnę cępit esse nouum statutum, quantum ad pęnam non trahitur. ff. de iusti.& iure.l.ius ciuile.nisi hęc pęna cohęsisset à principio, vt poena nullitatis.vt in vulg.auth cassa & irrita.si antiquum statutum puniebat pœna informi.i.arbitraria.& non pœna formi.i. certa.potest dici quod nouum statutū declaret antiquum: & sic trahit ad præterita.arg.ff.de hær.insti.l.asse toto.quasi lege arbitrante loco iudicis.ff.de verb.obl.l.stipulationes commodissimum. ¶Opp. qđ ꝯstitutio trahatur ad præterita.verbi gratia statuto cauetur quod instrumenta mutui mandentur executioni summariè. nam si ante statutum fuit factum instrumentum mutui, & post statutū petatur exequi, trahitur ad illud arg.C.de iuram.calū.l.2.§.pe.Sol.dicit Iac.But. qđ quantū ad præparatoria iudicij trahit ad veteres ꝯtus: quantū ad decisiua nō. Ex hac theorica sequit qđ quātū ad exceptiones peremptorias nō disponit in ꝯtib.præteritis: puta si nouo statuto cauetur, qđ non possit opponi exceptio nisi de qua appareat instrumentum. Nam omnis exceptio peremptoria cōcernit decisionē litis: sed quantū ad modum ꝓcedendi sup exceptione, puta φ debeat probari intra tres dies, vel qđ nō ꝯtestetur lis, trahit ad veteres ꝯtus, de quib. nunc in iudicio quærit. Idē ait qđ si verbū fuerit, vel verbum valuerit, vel similia q̄ possunt adaptari p̄teritis & futuris, inueniuntur in statuto, qđ talia tpa ibi debēat intelligi ſm subiectam materiam. ergo distinguendū an referātur ad præparatoria iudicij, an ad decisionem litis. ita no. ipse.
2 C.eo.l.leges.& sunt verba not.digna. ¶†Ex hoc nota qđ tempora verborū adaptari debēt, & deseruire ſm subiectam materiam. aliàs necesse est qđ ponatur tp̄s pro tpe. quælibet.n.pars orationis debet adaptari materiæ subiacenti. vt no.in l.2.ff. de offi.proconsul.& leg. ¶Casus. Papa Gregorius fecit quandam constitutionem in ecclesiam sanctæ Mariæ maioris de vrbe, in qua dicit, quod presbyteri primum locum obtineant: diaconi secundum: & subdiaconi tertium &c. dubitabatur an ista ꝯstitutio traheret ad prȩterita. Papa prȩmittit qđ ꝯstitutio sedis apostolicę oēs astringit.& qđ nihil dēt obscurum vel ambiguum ꝯtinere. & declarat qđ ipsa ꝯstitutio super prælatione perceptionum, & seruitijs exhibendis non trahatur ad præterita, sed ad futura: quia forma debet dari futuris, nisi de p̄teritis caueatur expresse. ¶Ibi, omnes scilicet subditos. nam si Papa statueret super temporalibus imperij, non valeret statutum Papę nisi forte ratione peccati secundum Ber.
3 ¶†Ego quæro nunquid imperator possit facere statutum quod malæ fidei possessor præscribat. qdam dicunt qđ sic in suo foro: quia licet non possit tollere ius naturale, pōt tollere effectū eius, sed non in foro ecclesiæ. Ideo vero quia mūdi dn̄s. vt l.bene à zenone.C.de quadri.præscrip.& no.ff.de reg.iur.l. id qđ nostrū. & patet.C.de præscrip.xxx.ann. l.si quis emptionis.& idem possunt ciuitates, quæ habent fiscalia, seu regalia: quia in suo territorio vice principis funguntur: vt no.in authent.de defen.ciui.§.nulla.Itē pōt hoc Papa in suo territorio: vt no.Inn.j̄.de iure pa.c.cura.ergo & imperator in suo foro, per regulam generalem quam tradit gl. in c.possessor malæ fidei.in prima gl. & præsertim quia l.ipsi præ
4 scribēti ꝯcedit ius vtilis dominij, qđ pōt ī temporalib.suis. ¶†Itē quia ista ꝯstitutio publicè interfuit.arg.ff.de vsuca.l.iusto.in prin. & res publica priuatæ præfertur. vt l.vtilitas. de primipilo.& no. ff.de hæred.insti.l. testamento domini.& si tu dicis qđ hoc est peccatū. R̄n. nō est peccatū in acquirendo, sed in modo acquirendi. ¶Itē dn̄s qui tanto tpe tacuit, rem silentio ꝯfirmauit. vt l.fi. C.de his qui à nō dn̄o. Item autoritas legis tollit peccatū: vt ff. q satisd. cog.l.qui iurato. ¶Item Iustinianus est approbatus ab ecclesia tā quam catholicus princeps: vs in epistola, inter claras de sum.trin. & fi.catho. ¶Porro ipse fecit d.legē.si quis emptionis.& nō fecisset, nisi facere potuisset. ¶Item mortaliter peccasset fauendo his qui delinquunt.i. malæ fidei possessorib. Nam maius peccatū est in legis cōditore quàm in subdito. ¶Item simplices homines credunt quod statuta valeant: & credere hoc non est hæreticū. ¶Itē hic non est dolus: & mala conscientia nō pōt esse sine dolo. & de primo ad vltimum concludendo sequeretur ex illo quod Iustin. esset damnatus quia mortuus est in peccato mortali. ¶Pręterea Imperator in temporalibus habet plenitudinem potestatis. Vnde prędia aliena dat militib.suis ex ore dei. vt no.in proœmio digestorum. Item ex quo emptor soluit precium, & transtulit dominiū precij, iniquum esset qđ res bona fide empta & tradita, pp superuenientem conscientiam etiam deberet ab eo euelli post longissima tempora: cum interim forte rem auxerit, & meliorationes fecerit.arg ff.de mino.l.intra vtile.§ vendentib. Item non oīs conscientia est obligatoria ad mortale peccatum: quia non omnis est contra legem. ¶Item antequam sanctum sanctorum factum sit dominus imperator liberam iurisdictionem habet: vt ff. vt in pos. leg l.fi. ¶Item prætor facit statutum qđ ex momentanea possessione cum titulo acquiratur pub iciana: ergo & vsucapio. vt ff.de contrahen.emp.l.clauib. ¶Item sufficit bona fides momenti. vt no.ff.de vsucapio.l.cefsus.sed ꝯrium determinatur. j̄. de p̄scri. c. quoniam omne. vt no.in l.j.C.de vsucap. transformanda.& in auth en.vt ecclesia romana.§. fi.quia fides est de iure naturali qđ nō potest tolli: sed certe potest tolli effectus eius.& distinguendo dic vt ibi dicam. Et no.per Dy.in c.malæ fidei possessor. de reg. iur.li.
6. Tamen caue tibi, quia quando Dyn.dicit, quod etiam secundū punctum rōnis qn̄ factum non est perfectū in suo effectu, casus superueniens qui non impedit inchoandum impedit processum eius nondum consummatum. & sic requiritur principium iustū. Ita & terminus & medium quia integritatem desiderat. sed illud est verū, nisi lex statuat ꝯrium expresse, videlicet quod certū tp̄s. quicquid sit de iure ciuili in foro conscientiæ oportet culpā purgare ſm theologos. ¶Sed dices, quod nō est culpa si possidet de iuris licentia dn̄o sciente & patiente: cū in possidendo habuit canonicum ingressum per titulum & bonam fidem & in prosequēdo patientiam domini. vt no.in d.c. possessor. in glo.fin. & quia te patiente absq; tua iniuria possideo rem tuam. lex tamen dicit qđ
a lucrum [a] præscriptionis est cum iniuria dominorum. ff.de fur l.si qs vxori.§.fi.in gl. ¶Item fauore liberationis præscribitur ex titulo.ff.de vsucap.l.sequitur.§. si via.etiam animus iusto possessore.
5 ¶†Vlterius no. φ lex dēt esse certa, & nō ambigua. nam statutū
b quod est ambiguum, [b] non meretur in causis allegari ſm Barto. ¶Vnde sententia lata ꝯ statutum, de cuius intellectu probabiliter dubitatur, non dr̄ ꝯtinere errorem expressum. vt no. Bart ff.
6 de re iudi.l.cum prolatis. ¶†Vlterius no. φ statuta & ꝯstitutiones non recipiunt interpretationem extrinsecam, sed intrinsecam sic, nisi ab earū conditore, ēt loquendo de interpretatione declaratiua, quod verum est generaliter in omnib.causis: sed in cā vertēte in iudicio iudex pōt interpretari non qđ sit interpretatio generalis, sed inter litigatores tantum: vt ff. de legibus.l non possunt.& l. ideoq;. ¶Quæro nunquid tabellio qui scripsit instrumentum ambiguum, possit illud declarare dum viuit? Ioan. An. eleganter tenet hic qđ sic.tn̄ corrigere nō posset, ex quo ipsum redegit in publicā formā nisi iudicis autoritate: vt ff. de statu hominū. l. imperator.per Cy.l.si librarius.ff.de reg.iur. per Bart. sicut iudex & arbiter non pōt corrigere suā diffinitiuam.ff.de arbi.l. qui arbiter.
7 ¶†Quæro, ecce dicit statutum nouum qđ homicida puniatur in centū. Quidam ante hoc statutū commisit homicidium, & illo tēpore erat pœna mortis: mō vult soluere centū: quęrit qd iuris.& vr̄ qđ trahatur retro quia disponit super naturali materia. vt j̄.de vsu.c.cū tu. Et est rō quia ius naturale fuit antēq̄ redigeret in corpus iuris ciuilis vel canonici vt insti.de rerū diui.§.si qs à nō dn̄o. ¶In ꝯrium, qa hęc pœna nō est naturalis sed positiua: qa nō ꝓcedit per semitas naturales.& hęc est vera, vt l.j. ff de pœnis. ¶Idem econuerso, si ex noua lege esset maior pœna quā ex veteri: qa pęnæ habent concomitantiā loci & tēporis: & inde formā & originē sumūt.& adde qđ no.Cy.C.de legi.& ꝯsti.l leges & ꝯstitutiōes. & ff.e.l.cū lex in p̄teritū.ibi ēt vide per Cy.si lex loquat verbis trahibilibus in p̄teritū & futurū, trahit ad illud tp̄s qđ ꝯsonat naturę negotij: vt indulgētia ad p̄terita, pęnę & statuta ad futura. ibi.&c.
8 vide per Cyn. ¶†Vltimò no. qđ trahere leges ad p̄terita est quędā calumnia. vt l.pen.C.de decu lib.x. Et adde quod no.in aut.de filijs ante dotalia instrumenta natis.§.fi. & inde collige qđ nouæ leges & glossę possunt allegari in factis antiquis.

ADDITIONES.

a ¶ Lucrum præscriptionis est cum iniuria dominorum.
b ¶ Vide per Ias.in l.admonendi.in lec.in fi.gl.ij.ver. sed ꝯsidera quomodo. Bar.& doc.ff.de iureiuran.& Alex.consi.8.col.ij.vol.j. Fely.in c.j.col.fin de consti.aliquid in ca.dilecto.col.ij.j̄. tit.j.

¶De

¶ De rescriptis. Rubrica.

1 *Rescriptum propriè concernit ius impetrantis: & ad ius debet referri.*
2 *Collatio beneficij an possit probari per testes.*
3 *Pars an sit citanda in collatione beneficij.*
4 *Legitimatio facta per rescriptum comitis, non citatis agnatis, an valeat.*
5 *Rescriptum non valet vbicunq; prohibetur impetrans ab impetrando.*
6 *Rescriptum si sit suspectum de falsitate non valet.*
7 *Rescriptum quo cauetur quod interpretari non possit, an recipiat aliquam interpretationem.*
8 *Rescriptum quando impetratur, an aliqui sint citandi.*
9 *Episcopus mutus an possit beneficia conferre.*
10 *Impetrans rem illicitam an puniri debeat.*
11 *Stylus in rescriptis qualiter accipiatur.*
12 *Clausula quandoq; dicitur oratio perfecta: quandoq; imperfecta.*
13 *Integrum quid dicatur.*
14 *Rescriptum triplex est.*
15 *Princeps si dedit quandam formam procedendi, & indulgendi super maleficijs commissis in turba: an extendatur ad ea quæ sunt commissa, sed non in turba.*
16 *Ordo rescripti seruandus est.*
17 *Rescriptum vnius principis an recipiat interpretationem à rescripto alterius principis.*
18 *Prærogatiua an tollatur per rescriptum de soluendo creditoribus pro rata: vel de stando maiori parti creditorum.*
19 *Princeps rescribens quod omnibus creditoribus mercatorum fugitiuorum si soluatur pro rata: si inter istos creditores vnus est clericus, an in eo habeat locum lex ciuilis.*
20 *Actio datur ex rescriptis principis.*
21 *Rescriptum propriè quando dicatur.*

1 RESCRIPTUM † Propriè concernit ius impetrãtis: & ad ius dẽt referri. Et idõ verba rescriptorum recipiunt interpretationem legum & canonum: secus in verbis priuilegiorum ne priuilegium reddatur inutile. 2 q. 7. sicut. ꝫ. eo. tit. c. causam. per Inn. & Bern. & tex. c. ¶ Papa interdum rescribit formaliter. ꝫ. eo. cũ dilecta. ꝫ. de restit. spol. pisanis vt qñ dat ordinem substantialem. Interdum causaliter: vt quando considerat radicem causę producẽtis. ꝫ. eo super literis. Forma est obseruantia status saltem in ordine. quandoq: papaliter, & quando apponit illa verba, ex certa scia & de plenitudine ptãtis. quæ tñ verba ꝯ ius naturale nõ valent. vt in cle. pasto. ꝫ. de re iudi. Priuilegia etiam ex superuenienti casu & contraria æquitate mutantur. vt dicit illa l. no. ff. de vulg. substi. l. ex facto. in prin. ¶ Itẽ ab omnibus præceptis vis maior excipitur. ff. de public. l. cęsar. & oẽs leges & rescripta recipiunt interpretationem naturalem necessariam. vt l. 2 de ordi. iu ff de in ius uo. l.
2 quamuis. ff. de execu tuto l. scire oportet. §. sufficit. ¶ † Nunquid collatio beneficij possit probari per testes videtur distinguendũ aut est magnum beneficium, & non possit: aut modicum & tunc possit. & sic distinguimus in matrimonio carnali. vt C. de nupt. auth maximis. Idem ergo videtur dicendum in spirituali. arg. in l.
3 deo nobis. de episco. & cleri. And. de Pisis. ¶ † An in collatione beneficij pars sit citanda Respondeo si beneficia vel rescripta conceduntur ad lites, si præsens est pars aduersa debet requiri: si absens debet citari. C. de iudi. l. obseruandum. Si vero conceditur ad gratiam in alterius præiudicium, si quidem modicum est preiudiciũ potest etiam concedi non tacita parte. vt l. quoties. C. de preci. impe. offe. & l. 2. § si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. cũ simi. Si autem multum alij nocet, debet requiri. vt l. nã ita diuus. ff. de
4 adop. Andr. de Pi. ¶ † Ex hoc videtur qđ legitimatio facta per rescriptum comitis non citatis agnatis nõ valeat: vel saltem debeat rescindi tanquã ambitiosa. vt l. si. de natalibus restituẽdis, per Iac. de Are. Quędam tamen impetrantur etiam sine citatione aduersarij: tamen in prosecutione debent iustificari. vt egregiè not. ff.
5 de bon. pos. l. 3. §. si causa. ¶ † Et not. quod rescriptum non valet vbicunque prohibetur impetrans ab impetrando, siue prohibeatur ratione personæ, siue ratione rei, siue propter turpitudinem finalis causæ, siue quia res impetrata sit publicè, siue aliquali rõne specifica in lege, siue vbicunq; non potest consensu partium roborari. vt C. si nuptiæ ex rescripto petantur. l. j. C. qui militare nõ possunt. l. eis. C. de sacrif. paganorum. l. sicut. C. de peti. bon. subla. l. j. Et vbicunque lex vltra procedit annullãdo. vt l. pręscriptio. de
6 operi. publicis. C. de aquæ ductu. l. omnes. & l. diligẽter. li. xj. ¶ † Itẽ si rescriptum sit suspectum de falsitate. vt ꝫ. eo. c ex parte conuen. quo casu nihil operantur illa verba de plenitudine potestatis: quia per hoc magis suspectum prẽsumitur: quia stylus scribendi preuaricatur. arg. illius singularis gloss. quæ est in l. 6. ff. de condi. insti.
7 ¶ † Quæro nũquid rescriptũ quo cauet qđ interpretari nõ possit,
a recipiat aliquã interpretationẽ. [a] & vr̃ qđ sic. C. de adul. e. l. ita nobis cordi pudor. & ff de in ius voc. l. quãuis. rñ deo hoc tñ est dicere, quantum qđ non recedatur à verbis i. qđ non liceat offendere verba. vt ff. qui & à qui. l. prospexit. & ff. sol. mat l. si vero. §. de viro: tñ bene recipiunt interpretationem fm subiectam materiã. vt ff. loca. l. si vno & ff de vsu. l. si stipulatus. ¶ Itẽ vt aliquid operetur. vt l. j. ff. ad mun. cip & l. si quando. ff. de leg. j. Item sensum attributum verbis ab intellectu & animo significandi recipiunt de necessitate. ff. de lib. & posthu. l. gallus. in §. j. nec dr̃ propriè ista interpretatio, sed intellectus. Nam quod intellectu caret, nihil est. vt
8 s. tit. j. c. fi. ¶ † An quando impetratur rescriptum, aliqui sunt [b] ci-
b tandi. verba Iac. de Are. sic dicunt ff de adop. l. nam ita diuus. aut impetratur rescriptum ad lites vt cum delegatur iudex, & tunc non oportet aduersarium requiri si non sit in curia. vt no. ff. de iudi. l. obseruandum. saluæ. n. sunt exceptiones ꝯ rescriptũ. vt. C. si ꝯ ius vel vti. publ. l. prescriptione. C. de dila. l. si quando. aut impetrat ad ius aliquod obtinendũ, & tunc aut nullũ lędit, vel parũ: & tunc idẽ: quia non est necesse vocari aliquem. vt C. de preci. impe. offe. l quoties. & ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. si quis à principe. & ar. ff. de fideicom. liber. l. ergo. §. illud. aut multum lędit alium. & tunc ille qui principaliter lęditur, & contra quem nominatim hoc rescriptum impetratur, debet requiri. vt l fi. ff. de manu. testa Iac. de Are. ¶ Hoc non est necesse si in rescripto committitur alicui causę cognitio. Nam cum per illum debet fieri citatio, non est necesse qđ fiat per rescribentem: quia satisfacit, qui per alium committit. vt in regula, qui per alium. hoc probatur. ff. de in ius voc. l. libertus aduersus. & per glo. notabilem quę est in l. 3. §. si quis causa cognita. ff. de bonorum pos. & facit. l. j. in fin. ff. de ven. inspicie. vbi dicitur, quod illi qui casu, vel qui in consequentiam lędi põt, non sunt citandi: quia tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem. & quia nondum habent aliquod ius in processu causę arg. ff. de leg. 2. l. si ta. §. si sub conditione: quia nondum habent aliqđ ius aptum pręsenti tempori. ff. qđ cu usq; vniuersi. nomine. l. itẽ corum. & per Cy. C. de distra. pigno. l. creditor. vbi dicitur, quod in executione ꝯtus nemo citandus est. si executio est concessa & aperta: secus si concedenda vel acquirenda. & illa verba etiam ad
9 propositum trahe. ¶ † An epš mutus possit beneficia conferre? & vr̃ quod non. quia collatio est autoritas & plusquam autoritas: ergo debent interuenire verba. vt l. j. ff. de auto. tut. & vbi sunt necessaria verba, non sunt sufficientes actus. ff. de reg. iur. l. vbi non voce. ff. de adopt. l. si pater naturalis. dic ꝯrium: quia potest fieri absenti: ergo non est autoritas vt in cap. si tibi absenti. de prębend. li. 6.
10 ¶ † Quæro nunquid debeat puniri ille qui impetrat rem illicitã. & si quidem lex vltra procedit puniendo, punitur. Sin autem nõ procedit vltra imponendo pęnã, videtur quod satis sit pęna ipsa nullitas. vt ff. de contrahen. emp. l. senatus. & C. de posthu. hęre. instí. l. si in ti. Nam vbi lex vltra non procedit, nec nos debemus vltra procedere: sed contenti esse debemus pœnis lege contentis. vt ff. de verb obl. l. si ita stipulatio facta. ¶ In contrarium videtur, quod eo ipso quod quis attentat prohibita, delinquit. ergo debet puniri pœna arbitraria: vt no. C. de sacros. eccle. l. nemo martyres. vbi est glos. singularis Sed dicas qđ ibi actus prohibitus sapiebat sacrilegium: sed vbi non continet in se delictum, satis est ipsa pœna inualiditas, quę est afflictio intentionis. Nam naturaliter vnusquisq; quod facit vult valere, & de opposito contristatur: ut legit & no. in l. ij. C. de condi. inser. & ff. ad l fal. l. in ratione § cum qđ.
11 & l. 2. ff. de mili. testa ¶ † Quæro qualiter accipitur stylus in rescriptis? Respondeo stylus est forma ritè recteq; scribendi consuetudine romanę curię approbata. qđ dic vt i Spec. de rescrip. pręsentatione. §. ratione formę in princ. & per totum & ibi Speculator tractat notabiliter de quibusdam formis & intellectibus ipsis appropriatis à iure, ut scias quod nulla dictio debet in rescripto vacare. de ma. & obe. c. solitę. ¶ Item quod uerbum iniquitas significat ordinem iudiciarium. de iudi. c exhibita. ¶ Item qđ uerba simpliciter, & de plano significant abbreuiationem dilationum. de accu. c. o'im per Inno. Item quandoq; apponitur clausula sine debito f. in temporalib. aliqñ sine canonico. f. in spũalib. de restit. spoli. c. ꝯquestione. ¶ Item verbum causa in rescripto criminali: lis in ciuili apponitur fm stylum curię: ut ait Spec. per l. causas. C. de transactio. & rescriptum qđ non est fm stylum romanę curię emanans à Roma. curia, est suspectum. de sentẽ. excom. c. ad hoc. fm Inn. & dicitur stylus quasi calamus: quia olim stylo scribebat. Vnde per instrumentum quo aliquid fit, representatur id qđ fit. dicit lex ꝙ liber est stylus testandi, qđ significat testamentum in scriptis, & licitum qđ iterum nõ reddit arbitrium qđ significat testamentum nuncupatiuũ: ut C. de sacros. eccl. l. j. ¶ Itẽ qñ in rescripto est causa implicans ꝯditionem, ut qñ in contentiosis causę cogni-

ADDITIONES.

a ¶ Vide Barba. in consilio 33. colum. 2.
b ¶ Vide Barb. in consi. 43. col. 23. in j. parte. vbi pulchre loquitur circa hoc an in rescripti vel priuilegij concessione pars sit citanda quod ad impugnandum multa rescripta.

cognitione remota istud rescriptum est falsum. vt ĩ. eo. ex parte conuentren. ¶ Sunt & nonnullæ aliæ clausulæ, vt illa, veritati & iustitiæ non præiudicantibus. quæ clausula ẽt tacitè videtur inesse.
12 se.vt ĩ.de confir.vti.vel inuti.c.bonæ. ¶† Dr aũt clausula quandoq; oratio perfecta, quandoq; imperfecta. & tunc est quædam modificatio adiacẽs principali disposito ff.de leg.j.l.talis scriptura.ĩ.de app.c.scdo requiris.Exemplum in clausula, si est ita, quæ nil significat,nisi iungatur cum præmissis. sed iuncta cũ eis,facit ipsam significate.C.si ꝯ ius vel vti. publi.l.fi.facit.ĩ.de verb.signi. c.abbate. & scias qd rescriptum nil operatur nisi integrum ꝓducatur.vt no.in Specu.de rescripti præsentatione.in princ.ver.sed
13 obijcitur.& argu.ff.de legib.l.inciuile.¶†Integrum aũt dr. quod ex omnibus suis partibus ꝯstat, ita qd totum legi possit de verbo ad verbum.C.de preci.impera.offeren.l.fi.& ĩ.de fide instru.c.cũ
14 contingat.¶†Item no qd triplex est rescriptum. s. odiosum, qd restringitur.argu ff.de lib.& posthu.l. cum quidam.gratiosum qd ampliatur.arg.e.tit.l.placet.& mediũ inter hęc duo.arg. ff de ĩ ius voc.l.sed si hac.§.fi.quod nec restringi nec ampliari dẽt, nisi quo ad ea quæ sunt consecutiua rescripti.vt no.ff.de procu.l.qui ꝓcu-
15 ratorem dat.qd dic vt no.Inn.ĩ.de præbend.c.cum olim.¶†Pone, princeps dedit quandam formam procedendi & indulgendi super maleficijs commissis in turba: nunquid extenditur ad ea q̃ sunt cõmissa,sed non in turba.& videtur ꝙ sic:quia duo sunt præcepta scilicet quod cognoscat de maleficijs, & qd cognoscat de maleficijs in turba.arg.ff de arbi.l. celsus.& ff de lega j.l. quidam testamento. in princi.dic contrà:quia turba est quædam qualitas. vt l. prætor.§ docere. ff vi bono. rap. & sæpe punitur mitius vbi multorum salus periclitatur, ne forte propter vnum homicidiũ multa gens pereat.vt l.aut facta. §. fin. ff.de pœnis. Non obstat.l. celsus.ff.de arbi quia ibi est duplex ratio & ꝯsideratio diuersa quarum vna respicit debitum: scilicet obligatio:alia terminum scilicet miseratio.ff.de compensa.l.si cum militi.§.j. ¶Præterea si ibi nõ essent duo præcepta, vitiaretur sententia diffinitiua, & accessorium vitiaret principale: & id quod est appositum ad differendũ veniret ad perimendum quod est absurdum. hanc rationem ponit glo.in c.nemo potest ad impossibile obligari.de reg. iur. lib 6. Si autem sub vna consideratione diceretur impossibile, tempus tunc haberet vitiare:quia ei cohæret. Sed contrarium.ĩ. de do.& contu.c.cum dilecti.vbi etiam sub vna non vitiat. So aut dies habet præcedẽtem obligationem vel dispositionem de per se subsistentem & non vitiat. & ita est ibi. Nam si pręcedat obligatio ad obtemperandum præceptis quandocunque, à qua non liberat tempus incongruum:secus vbi dilatio non haberet seorsum præcedentem obligationem:quia quod vnum est diuidi non potest: & tunc intelligis dictum c.similis consideratio fit.C. de legi.l.qd
16 fauore.per Pet.& Cyn.† ¶Ordo rescripti est seruandus. Est aũt ordo quando principali placet quod si ordo, ẽt si præposteret ordinem solũ: qa ipse rerum formas põt immutare expresse & tacitè. Idem scias quod si princeps ꝯcessit duas literas, & secundæ veniunt in interpretationem primarum, secundæ literæ restringuntur ad primas per relationem restrictiuam: quia relatiuum requirit antecedens.vt in auth. de filijs ante dotalia instrumenta natis.§.fi.vbi hæc singulariter no.facit.ff.de liberatio. leg.l.aurelius.
17 §.testamento. ¶†Sed nũquid rescriptum vnius principis recipit interpretationem à rescripto alterius principis. Respondeo sic: quia sicut promptum est leges legibus cõcordare.vt l.j.C.de inoffi.doti.ita rescripta rescriptis.vt ff.de pact.l.rescriptum.ibi, & re-
18 peto &c.¶†Sed nunquid per rescriptum de soluendo creditoribus pro rata, vel de stando maiori parti creditorum tollitur pręrogatiua siue priuilegium ita quod reducantur ad ius commune? Respondeo sic.tamen non tollitur hypotheca quam hẽt quis ex propria prouidentia. ¶Vnde si princeps rescribit quod omnibꝰ creditoribus mercatorum fugitiuorum soluatur pro rata, cessabunt priuilegia. tñ creditores hypothecarij ꝓferentur chirographarijs tã simplicib. q̃ priuilegiatis.& hoc est qd dr.lex suũ & nõ tuum tibi denegat beneficium.vt no.C.qui po. in pignor.habe.l.
19 assiduis. ¶†Quid si inter istos creditores vnus est clericus? vr ĩ eo non hẽt locũ lex ciuilis:sed ꝯ est:quia tibi clerico lex suum & non tuũ tibi denegat beneficiũ, seu priuilegiũ:qd facere põt:sed tuam ꝓuidẽtiã super hypotheca auferre nõ põt nec vult:quia princeps non intelligit tollere iura realiter acquisita,& radicata.vt d.l.rescri-
20 ptũ.in fi.principij.vbi est tex. no. ¶†Adde qd ex rescriptis principis datur actio:vt ff.de pign.actio.l. eleganter in princip.¶ Item rescripta habent virtutem interpretandi:vt ff.de pecu.lega.l.si peculium.§.sicut aũt ęs alienum. vers.sed huic scribentiæ.quia rescriptum est viua vox principis.& ff.de leg.2.l.vnum ex familia. §. itẽ
21 imperator Marcus.& ff.de leg j.l.licet imperator. ¶†Et no quod rescriptum dr propriè,quando rescribitur absenti. Nã cũ absente loquitur qui scribit epistolam vel mittit nũcium. vt ff.de ꝯsti. pecu.l.& licet.& ff.de acquiren posses.l.qui absenti.gratia autem dicitur siue præsenti siue absenti fiat:vt ff. de iureiur.l. labeo.

CAP. I.

1 *Priuilegio generali secundum ius commune obtento, obstat rescriptum. Clausulæ, appellatione remota; & appellatione concessa,quid operentur.*
2 *Species derogat generi.*
3 *Appellatio est de iure naturali.*
4 *Dictio altera,ponitur inter duos.*
5 *Iure communi concessum non vocatur indulgentia.*
6 *Liberè aduerbium,quandoq; significat libertatem.*
7 *Princeps vno verbo non vult totam machinam iuris subuertere.*
8 *Introductione appellationis præsumitur pro appellante.*
9 *Appellatio quando non debeat admitti per iudicem.*
10 *Species quando euellatur de corpore generis.*
11 *Locutio discreta dicitur species : indiscreta dicitur genus.*
12 *Qualitas an restringat.*
13 *Lex vna an deroget alteri sine clausula non obstante.*
14 *Quando per rescriptum nihil iuris confertur: sed relinquitur rescriptum in dispositione iuris communis:non oportet impetrantem facere mentionem de ipso rescripto.*
15 *Concessio libera appellandi nihil operatur.*
16 *Mentio de statuto municipali an debeat fieri in rescripto contrario iuri communi.*
17 *Princeps qui concessit mihi immunitatem: si postea generali statuto imponit onera;an intelligatur tollere meum priuilegium.*
18 *Quod rescriptum alteri derogat.*
19 *Genus specificatum tantum valet quantum species declarata.*
20 *Protestatio requiritur ad diligentiam ostendendam.*
21 *Appellare an possim si ego impetraui cum clausula , appellatione remota.*
22 *Recurrendum aliquando non est ad generalem prouidentiam nisi prius discussa prouidentia speciali.*

Sicut Romana. Priuilegio generali secun-
a dum ius commune obten
1 to obstat rescriptum a speciale, etiam de illo non faciens mentionem. secunda pars ibi inquisitio. ¶†No. in isto c.duas clausulas contrarias.vna est appellatione concessa, & quid operetur.quod non reperitur alibi quam hic Alia est appellatione remota: & ista est vulgaris formula,quæ vt plurimum apponitur de stylo romanæ curiæ & aliquando apponitur de inferiorum iudicum consuetudine, habentium tamen merum imperium:& nihil operatur nisi quando appellatur ab interlocutoria.& loquor quando ista consuetudo est pręscripta de principis conscientia.de qua habemus vnicam l.tantum.C.de senten.& interlo.l.cum solitum. ibi etiam tractatur de clausula recusatione
2 remota.dic vt ibi dixi in lect.C. ¶†No quod species derogat generi.siue in eadem dispositione siue in diuersis: & siue in eodem rescripto, siue in pluribus ab eodem emanatis. ¶ Casus secundũ Ber.in suffragio sic ponitur. Quidam propter culpam suam quia sępe deliquerat in appellando,priuatus fuit generaliter beneficio appellationis per Papam. Iste postea impetrauit indulgentiam generalem vt liberè sibi liceat appellare. demum quidam alius tacitè de ista indulgentia impetrauit contra istum cum clausula appellatione remota: tandem lata sententia contra istum, qui sententiam meruit, appellauit: quæritur vtrum sue appellationi sit deferendum. & videbatur quod sic ex generali clausula. & quia est primus impetrans.contrarium determinatur:quia specialis ꝓ-
3 hibitio derogat permissioni generali. ¶† Ibi, sublato. hęc verba operantur vt iudex non teneatur appellationem deferre: tamen non eradicant beneficium appellandi: quia appellatio est de iure naturali sicut quælibet alia defensio.quod dic vt ĩ.de appella.c.vt
4 debitus.ĩ.eo.tit.c.j.lib.6.¶†Ibi,altera.hæc dictio, altera, ponitur
5 inter duos.vt no.C.de furtis l.ancillę.¶†Ibi,indultum.malè videtur dicere: quia quod de iure communi conceditur,indulgentia non vocatur:vt in l.j.C.de thesau. lib. x. Solu.patet: quia iste iam erat ab appellando interdictus secũdum Ber. vnde restitutio fuit indulgentia:quia omnis restitutio est indulgentia: licet nõ omnis
6 indulgentia sit restitutio.vt C.de aboli.l.indulgentia. ¶†Ibi, liberè, istud aduerbium liberè, quandoq; significat libertatem etiam in causa ratione,solennitate, & legibus.vt C. de sacrosan. eccl.l.j. & l generali. & aliqñ significat voluntatẽ absolutã: vt qñ nemini pręiudicatur: vt ff. ad Treb. l. quia poterat. hic autem sumitur in primo modo significandi.nec enim per hoc concederetur ei appellare in causa momentaneæ possessionis,nec si esset verus ꝯtumax:quia iurisdictionẽ cõtemnit qui se à prętore facit alienum,
7 nec audiri desiderat.†Itẽ nec ab ĩterlocutoria sine scriptis, nec ꝯ propriam

ADDITIO.

a ¶ De ista materia an per rescriptum speciale tollatur generale licet de eo non fiat mentio & quid in priuilegio vide Aret. in consilio 76.incipien.diligenter visis.

propriam confessionem scienter & sponte factā, nec post x dies, nec ēt ab interlocutoria sine assignatione causæ: quia nō vult princeps vno verbo totam machinam iuris subuertere. C.de inoffi.testa.l.si quando. Non obst.l.j.ff.de testa.mili.quia illud indultū nō
8 continet alteri⁹ detrimentum: al's secus: vt ff.de admi.tut.l.impu-
a beri filio centurio. ¶ † Ibi, deferri. pōdera hoc verbum, & dic pro appellante [a] præsumitur introductione appellationis. nisi sit clausula app. remota. sed in medio causæ appellationis non præsumimus, sed veritatem inquirimus at in finali calculo pro sentētia prę sumimus. vt j.de renuncia.c. in præsentia. nisi ex actis appareat
9 contrarium. vt j.de rest.spol.c.cum ad sedem. ¶ † Ibi, admitti. & quando appellatio non debeat admitti. i. approbari per iudicem à quo, tamen iudex ad quem debet discutere de meritis appella-
10 tionis, & eam introducere: vt ff. de appella recipien.l.si cuius.
¶ † Ibi, speciale. not. quando species euellitur de corpore generis, i. quod separatur ab integritate sui generis. & tunc derogat generi: nec continetur sub eius prędicamēto. sicut si vnus oculus euelleretur de vno corpore, iam non est de corpore. arg. ad istam doctrinam. ff.de pec.lega.l.cum dominus.§.fi.& ff de auro & argen. leg.l.apud. vbi etiam probatur, quod neque genus, neque species, neq; qualitas potest esse sine substantia. Interdum vero non euellitur de corpore, sed remanet ipsi generi iuncta: & tunc nō derogat generi, cū dispositione tamen. Nam aut præmittitur species, & sequitur clausula generalis: & tunc retinet naturam sui generis ampliando. vt si testator dixerit, relinquo Titio talem & talē fundum, & omnes fundos meos. Aut primò præmittitur genus, postea sequuntur species declaratè, & tunc restringitur genus per species limitando: vt ff.de rerum diui.l.si cum fundum. ff. de fundo instruc.l.quæsitum.§.fina.ff.de sup.lega.l. supellectili. ff.de penu leg.l.nam ꝙ liquide.§.si cui.ff.de vino lega.l.fina.§. cui dulcia. vt tamen scias ꝙ coarctata dispositio non suscipit generis ampliationem. ff.de lega.3.l. hæres meus. §. duæ statuæ. Si ponas ꝙ illud verbum duæ, sit verbum testatoris: quia dixit duas lego statuas & omne marmor. Nam verba taxatiua diminutionem important. ff.ad Trebellia.l.Lucius.§.quæ habebat. & non est recedendum à limitibus dispositoris. ff.de nego.gest.l.qui aliena.§.libertos. ¶ Itē indiuidua non prędicantur nisi de seipsis: quia sunt species specialissima. d.§.duæ statuæ. secundum Dyn. aliquando quod videtur
11 limitare ampliat. ff.de vsufruc.l.Proculus. ¶ † Et not. quod discreta locutio dicitur species: indiscreta, dicitur genus: vt ff. ex quib. cau.maio.l.j.ff.de postu.l.j.§.deinde.ff.de verb. oblig.l.stipulationes commodissimum & ff si quis cautionibus. l. sed & si quis. §. quæsitum. ¶ Et ex prædictis apparet quod species anteposita non restringit generis prædicatum: sed postposita restringere consueuit. nam anteposita est principium ordinis: postposita terminus. vt notat Cyn.C.de leg.l.cum quęstio. Ibi, derogat generi. hoc sine dubio est verum quando orationes sunt aduersatiuæ: quia species quæ aduersantur generi, derogant: sed quando orationes nō sunt aduersatiuæ sed sunt disseparatæ & solutæ, & tunc si quidem referatur vna ad vnam personam, & alia ad aliam: specialis oratio derogat generali: vt ff.de ali.leg.l.alimenta.§.basilicæ.& l.Stichus. ff.de leg.ij.l.legatorum.§ si plures ff.fam.erc.l. quoties.ff.de vulg. substitu.l.cohæredi. §. qui discretas. & l. ex facto.§. item quæro. ¶ Si autem circa eandem personam proferantur, si quidem sub diuersis considerationibus, & finalibus demonstrationibus & causis, vtrunque debetur: vt ff de an.lega. l. qui Marco.& l. si seruus communis.de stipu.seruo.& ibi per Bar. & ar.per l.tutorem ff.de his qui.vt indig. Si autem sub eadem consideratione, vel sine contemplatione alicuius cōsiderationis, iam dictum est superius an species restringitur genus. & facit. ff.de probatio.l. quinquaginta. ff.de adimen.leg.l.cum centum.C.de leg.l.filia legatorum. ¶ Ecce dictum est an species restringat generis prędicationem. sed quid de causa. Respondeo aut causa adijcitur certæ quantitati, vel rei determinatę, & nō restringit. ff de adimē.leg.l.Lucius. ff. de leg.2. l.Lucius.la prima secundum Old. Aut adijcitur quantitati incer-
12 tæ, & tunc restringit. ff.de acquir.poss.l. si is qui animo. ¶ † Quid de qualitate an restringat? si quidem inest de necessitate cuilibet de genere, non restringit: aliter sic. ſm Bart.in l.cunctos populos.
b in suo commento. [b] Et prædicta faciunt ad quæstionem, datum est arbitrium potestati generale, & liberum in omnibus delictis tā in procedendo quā in condemnando, reperitur tamen qđ statutum in homicidio, qđ dēt imponi pęna capitis. nam siue hoc contineatur in eodem statuto siue in alio pro homicidio, dēt imponi pęna specificata: vt est tex.no ff.de re mili l.qui cum vno.§ qui post desertionem. Ibi dum dicit, recessum &c. & non hēt locū arbitrium in puniendo: sed bene habet locum in procedendo, & disceptando. & sic poterit procedi de facto, iudiciorum ordine nō seruato; tamen veritate inspecta: quia veritas non est de processu sed iustitia eius: quia statutum speciale nō loquitur de modo procedendi sed de pęna. ergo quantum ad pęnam sumus sub lege arbitrij: quia sola loquitur. sed quantum ad pęnam sumus sub spāli clausula: vt ff.de pę.l.sanctio legum. & licet sint diuersa statuta tū vnum distinguitur per aliud, nisi forte statutum de arbitrio sit postea ꝯditum cū clausula non obstante aliquo alio statuto in ꝯtriū
13 loquente. vt no.C.de testa.aut.hoc inter liberos. ¶ † Dicet aliquis qđ vna lex derogat alteri sine clausula nō obstante. vt in c.j. de cōsti.lib.vj. Respondeo illud verum qn̄ loquitur in eodem casu: vel vtrunq; loquit̄ gn̄aliter. Sed si vnum loquitur gn̄aliter alterū specificè tunc genus non trahitur ad spēm nisi per clausulā nō obstā
14 tium. ¶ † Nunc capio vnum notabile, videlicet qđ qn̄ per rescriptum nihil iuri ꝯfert, sed relinquitur rescriptū in dispositione iuris cōis, non oportet impetrantem facere mentionem de ipso rescripto. super quo vide qđ no. j.c.nonnulli.e.tit.& de capel.mo.c. ex parte & j.eo.ti.c.cum ordinē. vbi patet qđ de priuilegio redacto in corpore iuris dēt fieri mentio: nec sufficit si fiat mētio de priuilegiato. i. de persona puta de Petro non exprimendo qualitatem religionis eius: nisi fiat mentio de eius priuilegio. i. de tenore priuilegij explicitè vel implicitè, puta faciēdo mentionē ordinis, cui priuilegium est ꝯcessum: qa qūocunq; ꝯstet de ꝯscientia principis per quæcunq; verba orationis satis est. vt l.certū.ff.si cer.pet. & si priuilegiū est ꝯcessum clerico, qa vr̄ ꝯcessum ecclesiæ. vt no. C.de sacros.eccl.l.qui sub prætextu. sufficit siue dicatur nō obstāte priuilegio ꝯcesso clerico; siue dicatur nō obstante priuilegio ꝯcesso ecclesiæ ar.ff.de annuis legatis.l.annua in prin §.j. Imo etiā si non est verus clericus sed putatiuus, priuilegium ei ꝯcessum cōtemplatione ecclesię videtur ipsi ecclesię esse collatum. arg. ff. de le.2.l.pero.§.mater. sed in ꝯtrium facit valde. ff. de vsucap. l. iusto
¶Pręterea & si hoc tacitè inesset:tñ expressio multũ operaret:qa
magis astringit expressum quàm tacitum: vt ff. de arbit.l.celsus.
quasi bis repetita iussio:semel facta à lege, & iterũ facta à ministro
legis.¶Sed contrarium determinat Archid. tali ratione, priuile-
gium episcoporum est qđ possint dispensare:ergo tali priuilegio
nõ derogatur per rescriptũ qđ est primitus cõmune:qa vox priui
legiata potior est voce simplici:vt no.ff.de hæred.instit.l.testamẽ-
to dñi.Episcopus igitur poterit dispensare ex causa:causam autẽ
voco rõnem naturalem vel ciuilem:vt in c.j.§.item si delator. quæ
fuit prima causa benefi.ami.leues enim occasiones nõ sunt ad sta
tutum iuris trahendæ.vt ĩ c.obertus de horto.§ si quis.in qui.cau.
feud.amit.in vsib feu.occasio eñ dr̃ leuis ratio,quę mouet affectũ
sed non tribuit effectum.¶Cõcludo ergo cum Archidiacono qđ
dispensatio sublata non est per illam notabilem. l.si hominem.ff.
mand.hoc tenet Arch.in c.licet canon.in fi.de elect.li.vj. Ad illud
autem brocardũ,quòd expressio debet aliquid operari: respõdeo
verũ est si iuris ratio patitur. secus si non patitur. vt quia inest de
necessitate & in quolibet contingenti illius generis.Si iudex dicit,
assigno tibi terminum legis ad petendum Apostolos. iste termi-
nus non est terminus iudicis sed legis.Refert enim legem,sed non
statuit de nouo diem:vt clemen.2.de appella. & sic ista expressio
relatiua legis simpliciter nihil operatur: sed expressio dispositiua
bene operatur.in dicta.l celsus. & hoc ideo quia arbiter poterat
minuere nec lex suppleret in aribtro, licet suppleat in iudice:
vt ff. de arbitris. l. diem proferre. §. stari. quia etiam iniquum ar-
bitrium tenet. Vel dic quòd etiam arbitrium non dico arbitra-
mentum recipit tacitam suppletionem temporis, sententia ve-
rò iudicis suppletur in omissis quæ tacitè insunt:vt.l. iiij §. si quis
condemnatus.ff.de re iudi & facit ad istud brocardum qđ not per
11 Cy.in l.tertia.C.si penden. appella mors interue. ¶† Vtrum ex-
pressa ademptio bonorum in deportatione vel relegatione aliqd
operetur necne. & *cõmuniter* dicimus qđ in relegatione operatur,
quia voluntaria:in deportatione autẽ & damnatione in metallũ
non operatur,qa necessaria.vt ff.de capi.dimi.l.tutellas §. si liber
tate.& C.de sentẽ.pas.l.fi.quicquid dicat glos. in l.si quia militi.§.
j.ff.ex qui.cau.maio. quæ dicit qđ in deportato possunt reseruari
bona.Nam illud non est verũ nisi fieret per principem, vel nisi fie-
12 ret militi condẽnato de militari delicto. ¶† Pręmitte ad euiden-
tiam qđ Cistercieñ.sunt priuilegiati ne soluant decimas possessio-
num ante generale cõcilium acquisitarũ. Itẽ sunt priuilegiati qđ
per literas non possunt trahi ad iudicem,nisi fiat mẽtio de ordine
ipsorum. Cistercienses ergo nõ possunt cõueniri per rescriptũ in
quo non fit mẽtio ipsorũ. ¶Casus Impetratũ fuit contra quendã
abbatẽ,vel priorem ordinis Cistercieñ.super decimis, vel alijs, q̄
sedes apostolica eorum ordini indulsit,nec fuit facta mentio ordi-
nis in rescripto: tandem fuerunt citati vigore rescripti: quæritur
vtrũ teneantur respondere.respondet qđ non.¶Not.qđ suppres-
13 sio dignitatis vel ordinis vitiat rescriptum. ¶† Opponit qđ imo
videtur qđ possint conueniri per tale rescriptum,licet non faciat
mentionem de priuilegio;quia intelligitur concessum saluo priui
legio vt C.de emancipa.liber l.nec auus.& etiam saluo iure com-
muni.vt ff.de vul.substi.l.ex facto.in prin.Solu.hic duplex est pri-
uilegium peremptorium qđ respicit decimas, & exclusorum li-
tis,& disceptationis qđ respicit vacationem,in ius propter primũ
nõ vitiatur rescriptũ: qa non est exclusorium iudicij sed actionis:
quia exceptio peremptoria respicit merita causę nõ merita iuris-
dictionis: sed propter secundum vitiatur rescriptum: quia priuile-
gium est prohibitorium vel confutatorium precum,ne in ius tra

hatur.arg.ff.iudi.solu.l.vir bonus:secundum Inno.¶ Sed pone qđ trahuntur super rebus super quibus non habent priuilegium: nunquid efficax est rescriptum?respondeo sic: quia in eo in quo non sunt priuilegiati, debent vti iure communi. vt ỹ. de deci c.nuper.
a secundum Bern̄. ¶ Vlterius opponitur quòd imò debent comparere.[a] Nam quilibet citatus coram iudice q habet aliquam iurisdictionem debet comparere allegaturus suum priuilegium: vt ff. de iudi.l.si quis ex aliena. & ff si quis in ius vocatus non ierit. l. ex quacunque.¶ Sol.concedo: & ideo si citatus non comparet,tenet sententia contra eum: vt inf. de appel. si duobus. secundum Ber.
14 ¶ †Ex quo sequitur talis conclusio,ꝙ si in rescripto nō fit mentio de priuilegio aduersarij rescriptum est inualidum si compareat & excipiat. alioquin est efficax. & dic quod speciale est in cisterien̄. & alijs habentibus speciale priuilegium fori concessum ipsi religioni.& hoc fauore religionis argu.ff.de vsufruc.l.locum.in prin. ¶ Et ex hoc concluditur quod non solum in Cisterciensibus,sed etiam in similibus est idem obseruandum.argu.de nego.gest. l.ex facto. secundum Barto. ¶ Distingue aut conuentus per literas nō includitur in literis,& hoc constat, & non tenetur comparere. vt ỹ.de priui.ca.fin. C.de manda.principum l.j. C.de iurisf.om.iu.l.in priuatorum.aut includitur in literis:& hoc constat,quod includatur:tamen potest declinare.& tunc tenetur comparere,& excipe. nam si nō excipiat,ius excipiendi perdit.ff.de iudi.l.sed & si susceperit.in prin.aut est dubiū vtrum includat necne;& tunc aut oportet ipsum probare aliquam qualitatem,qua probata non includitur,vt quādo est exemptus.& tunc tenetur comparere,& docere. aut nihil est ab eo probandū coram eo,vt qa clericus citatur à iudice seculari coram quo non oportet probare de clericatu:& tūc processus non tenet siue cōpareat siue non.ỹ.de iudi.c.at si clerici. & error iudicis secularis non facit processum valere.vt C.si à non compe.iudi.l.j.¶ Ex his apparet ꝙ aliud est dicere,non includor, & aliud est dicere sum exemptus, vel habeo declinatoriam fori.
15 ¶ †Item ex p̄dictis habes duas cōclusiones.prima est,quod impetratio facta contra priuilegium fori suppressa dignitate vel ordine non valet.quod est verum si ita dicat tenor priuilegij.alioquin valet,sed obstat exceptio declinatoria fori.Nam quādo in iure reperitur hoc verbū,nō valeat.& nihil vltra cauetur,intelligitur per sententiā:quia cum sup hoc debeat cognosci:ergo & pronūciari. arg.C.de preci. impera. offerē.l.vniuersa.Tamen ad vnum aduerte, qđ iurisdictio q̄ est inualida ope exceptionis lata pro exceptiōe, sentētia efficietur nulla ipso iure:vt ỹ. de offi. dele.c.significātib[9]. & ff. de fideiuss.l. si plures. in prin.per Pet.& Bart.¶ Si autem impetratio facta sit contra priuilegium causæ principalis,tale rescriptum bene tenet: quia nemo agens tenetur facere mentionem de iure aduersarij.arg.ff.de libe.agno.l.j.in princi. ne tanq̄ fatuus impetret contra ipsum.vt C.de lib.cau.sa.l.cū preci.& C.de reuo.dona. l. cum ꝓfitearis. Et vt liqueat dictus articulus an de priuilegio aduersarij mentio sit fienda:distingue, aut impetratur rescriptum scd̄m ius cōmune in vim iustitiæ contra priuilegiatos,aut in vim indulgentię, siue priuilegij.Si in vim iustitię, aut impetratur contra Cistercienses,vel alios religiosos,& tūc necesse est quod de ordine faciat mentionem nō de priuilegio:quia litera dicit,ordinis, non dicit priuilegij. aut impetratur contra alios priuilegiatos vt pone exēplū.ỹ.de priuil.c.ex parte.el primo.& tunc nō est necesse quòd de priuilegio faciat mētionem. & est ratio,quia p rescriptū nihil detrahitur priuilegio.Nam erit iuxta priuilegiū pronunciādum:& rescriptū est ęquale ad iustitiam,& non claudicat:aliter sequeret̄ ꝙ de qualibet peremptoria esset fienda mētio in rescripto. qđ est falsū:qa de peremptoria nō pōt disputari in litis ingressu: sed solū vnà cū principali.vt in l.j.C.de ordine iudiciorū.&;sic nō possent pronunciare se iudicē, vel nō iudicē qđ debet ante omnē aliā
16 ꝓnūciationē fieri.vt no.ff.q satisd.cog. l. arbitro.¶ †Itē ideo non dēt fieri mentio de peremptoria qa aut fieret mētio ad coadunandā peremptoriā,& cōtradiceret sibijpsi:aut ad excludendā;& tūc alia ratione esset rescriptū nullum quòd perimere ius videret̄ alterius vt C.de preci.impe.offe.l.rescripta. Si verò rescriptum impetratur in vim indulgentię,tūc necesse est qđ de priuilegio faciat mētionem in rescripto: quia dicat non obstante tali priuilegio. aliàs ei nō derogaretur.ỹ.eo.c.constitutus.& ỹ.de re iudi.c.inter monasterium f̄m Compost.qđ intelligo,si istud priuilegium est in corpore iuris clausum,al's faciēdo mētionē de ordine, intelligeretur
b obstātino priuilegio[b] derogare,argu.ff.de excu.tuto.l.idem vlpia
17 nus.& ff.de re iudi.l.quidā consulebāt. f̄m Hostiē.¶ †Et prędicta faciunt ad quæstionē: impetraui in feudum castrum tanq̄ emptū per quendam monachū Cisterciensis ordinis nō expresso aliter qđ illud castrum esset acquisitū ordini: nunquid valet impetratio.& videtur ꝙ sic:quia ex quo per monachū de necessitate acquiritur monasterio;& qđ inest necessariò & nō cōtingenter, nō oportet exprimi;qa satis est demōstratū quid,& quale quātumq̄; sit: vt C. de iure delibe.l.cum aliquis.ff.de condi.& demon.l filio.xix q.j.c. statutum.vnde sententiā principis non fefellit:imo plenariè intru

sit.sic igitur volūtas principis adest,& potestas subest.¶ Sed quid dices,impetraui in feudum rem quam tenebam ī emphyteusim, & feci mentionem quod res erat emphyteutica: non tamen expressi quantitatem census.& videtur dicendum quod incerta sit impetratio. & ideo inualida; quia certitudo consistit in substantia, quantitate & qualitate. Nam istę tres distinctiones simul iunctę faciunt rem certam.aliter dicitur icerta & informis.ff.de verb. ob. l. vbi autem. & incertitudo tanquam captiosa frangitur.vt ff. de transac. l. cum aquiliana. nisi forte seruitium esset æquiualens, vel maius quam esset census annus. hoc quoque committitur iudicis arbitrio.arg.ff.de transf. l. cum hi.§.modus.& ff.de annuis lega.l.mequia. §. si.sed certè lex dicit expresse quod fundi templorū emphyteutici non possunt concedi dempto canone consueto. ¶ Sed qđ dices,impetraui iudices super re feudali non facta mentione feudi,an valeat rescriptum.¶ Respondeo sic,si impetraui in forma merę iustitię coram quibus poterit opponi exceptio declinatoria veniens ex natura feudi. vt ỹ. de iudi c. cęterum.quia feuda proprios habēt iudices:dominum,pares curtis,& arbitros.Dominus enim iudicat inter pares curtis pares enim iudicant inter feudatarium & dominum.arbitri iudicant vbi deficiunt pares.his omnibus deficientibus à iurisdictione iudicat ordinarius loci. vt dicam in c.cęterum.ỹ.de iudi. & hoc in omni feudo siue sit nouū feudum,siue recta linea descensum,siue per obliquum.i.transuersale. & si concessum sit tibi & linee tuę, semper intelligitur de linea recta,& non de obliqua: quia obliqua linea est anfracta non in directum producta.arg.ff.si ager vec.vel emphy.pe.l.j.§.qui in per
18 petuum.& ff.de vulga.substi.l.qui liberis.§.hęc verba.¶ † Vt scias quod impetrans super feudo non habet necesse facere mentionē de consuetudinibus feudorum quę in rescripto non comprehenduntur,quia certę sunt:& quod certum est,expressione non indiget vt l.j.in fine.ff.de dote prælega.Sed si esset consuetudo certi loci exorbitans à generali consuetudine recti feudi, tali consuetudini non derogatur per rescriptum, imo nec per priuilegium non faciens mentionem de ipsa:quia consuetudo æquiparatur pacto.& hęc probantur.ỹ.de decimis.ca.ex multiplici.coniunctis his quæ no.C.de decretis decurionū, in rubr.ff.de reg.iur.l. nec ex pręto-
19 rio.¶ † Sed ecce rescriptū non derogat his quæ concernunt causas causę sed nunquid det iurisdictionem implicitam ad derogandum.respondeo sic:quia dat causę cognitionem: ergo & potestatem pronunciandi. Vnde licet rescriptum non deroget pacto vel consuetudini per se, potest tamen derogare sententia mediante quia valet sententia contra priuilegium lata non expresso errore iuris in sententia.si enim esset error expressus non valeret propter vitium & vituperationem pronunciationis. argu.ff. de excu. tuto.l.qui testamento.& C.de iur.& fac.igno.l.j. ibi enim bene valet sententia:sed de iure speciali reseruatur exceptio post senten-
20 tiam.sic.C.quando prouoc. non est neces.l. veteranus.¶ † Quæ-
c ro nūquid certa scientia principis firmet gratiam,quę aliàs esset c nulla?& videtur qđ sic.vt ff.de excu.tu.l.idem. C. de testam̄ militar.l sicut certi.& l.si cū vel in vtero.sic qđ de certa sciētia plenè & clarè fiat mētio in literis.valet rescriptū:aliàs non:qa nō transit in vigorē literarū.Nam Papa non vtitur in literis sua scientia, nisi formaliter seu causaliter faciat mētionem de i, sa;qa extra literas nihil subintelligi potest.ar.ff.de lib & posthu.l. gallus.§.j.ibi dum dicit,ex verbis concipi possit.& C. de fide instrumen. l. contrarius.
21 ¶ † Quærit hic Colectarius, Papa concessit mihi beneficiū cum clausula,qđ ibi deberē facere residentiā.nunquid poterit diœcesanus super residentia dispensare?& videtur quod non:qa fines mādati sunt diligenter custodiendi.vt ỹ.eo.c.cum dilecta.ff.mā.l.diligenter.ff.de verb.obli.l qui romę §.Calimachus.ff.de manmiss. testa.l.mequia.ff de leg.iij.qui concubinam.§.vxori.Archi. dicit ꝙ ex causa superuenienti potest dispensare:nec facit contra mādatū Papæ à quo mādato nouitas causæ semper videtur excepta.argu. optimū ff.mā.l.si hominē.& ff de sol.l.si cū corneli[9]. allego Arch. qui ita no.in c.licet canon.in fin.de elec.lib.vj.Et ratio est,qa posse dispensare priuilegium est episcoporū cui priuilegio nō intelligitur derogatū per rescriptū:dūtamen ista dispensatio fiat cum causæ cognitione:qa qđ deest rescripto,suppletur à lege.argu.ff.de re iudi. l. iiij. §. si quis condemnatus. ¶ Præterea causa de residentia inest

ADDITIONES.

a ¶ Vide Barb.cōsi.l.co.j.volu.primo.& Ale.cōsi. i.col. j.& iij. vol.v.& Ant. de prato in consil. Barba.ad finem. v.col. uol.j.

b ¶ Vide Ale.consil.lxxvij.ii.uo.item uide alium casum quem ponit Ioan.de ana, in consil. xiiii. quod si eps fecerat constitutionem ut non posset aliquis ad beneficia ordinari nisi seruata certa solennitate si ipse episcopus postea ordinat non seruata illa solennitate uidetur dispensare & derogare tali constitutioni quantum ad ualiditatē illius actus.uide que ibi allegat ad propositum doctor Bal. hic:& bene no.istum casum.

c ¶ Vide fely.in c. cum inter priorem. colum.i. cum sequen. ubi latissime.ỹ. de excep.

inest de iure cōmuni in beneficialibus curatis, siue habeant curam spiritualē siue tēporalem alicuius plebis vel populi cū alicuius potestatis vel iurisdictionis exercitio. ergo expressio non auget mandatū. Sed nunquid priuilegio de decimis non prestandis potest renunciari? & videtur quòd non: qa est concessum ordini. ar. ĩ. de fo. compe. c. si diligenti. ¶ Et ideo vnus abbas Cistercień. vel prior cōuētus super decimis, videtur nō posse renunciare huic priuilegio. ¶ In contrarium videtur. C. de his qui sponte munera suscipiunt. l. j. li. x. dic quòd in prȩiudicium ecclesiȩ nō tenet renūciatio: sed in prȩiudicium personȩ ipsius renunciantis tenet. Non ob. c. si diligēti. allegatū, qa non potest valere renūciatio quin prȩiudicaretur dignitati ordinis clericalis. Nam qui tangit vnum clericum, tangit totum clericatū: sicut qui tangit auriculam tangit totum corpus, & propter colligantiam membrorū totū corpus sentit tactū. vt not. ff. de fur. l. vulgaris. in princ. ¶ Item scriptū est, nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. vt no. in auth. de nō alie. §. j. vel aliter ad. c. si diligenti. responde, ꝙ ibi fieret prȩiudicium alterius iurisdictioni: & ideo non tenet consensus. vt not. Io.
22 mona. in c. accusatus. de hȩre. lib. vj. ¶ † Denuo oppono. nam dicitur hic, quòd impetratio ad certam speciem non derogat priuilegio cōmuni ordinis Cistercień. certè imo videtur quòd deroget: qa species derogat generi: vt s. e. c. j. & de off. deleg. c. studuisti. ¶ Sol. illa regula non habet locum in priuilegijs: qa priuilegium eo quod cōtinet ius singulare semper habetur loco speciei specialissimȩ. vt not. ff. de legi. l. ius singulare: & ideo non tollitur nedum per rescriptum; sed nec per constitutionem generalem sequentē. vt sing. no. in l. decurionibus. C. de silentiarijs. lib. xij. Regulariter autem species quȩ euellit de corpore sui generis, minuit genus. s. ei detrahendo, & aliter disponendo ꝗ̃ sit dispositū de genere. & hoc quādo ꝓcedit genus & sequitur species restrictiua: vt ff. de lega. iij. l. hæres meus. §. duȩ statuȩ. vel translatiua: vt ff. de alimen. lega. l. alimenta. §. basilicȩ. & l. Stichus. Sed si ꝓcedat species, & copulatiuè subijciatur genus, hic non euellitur species de corpore generis, sed ex abūdanti exprimitur: vt ff. de suppelle. leg. l. legata suppellectili. & hæc distinctio quid prȩcedat vel quid sequat, habet locū in specie non in genere & indiuiduo: qa indiuiduum ampliationē non recipit. vt d. §. duȩ statuȩ. & ar. ff. de vsucap. l. rerum mixtura. habet enim fines proprios. ff. de lega. ij l. Mȩuius. §. duobus. & no. ff. de lega. j. l. legato
23 generaliter. quibus finibus circūscribitur. ¶ † Sed opponitur, & videtur ꝙ species non deroget generi. Nam appello genus id quod continet plus: speciem verò voco partem illius pluris. vnde dicit lex, ꝙ si testator legat vni fundum, alij vsumfructum eiusdem fundi, quòd legatarius fundi concurrit in eodem vsufructu tanꝗ̃ coniunctus: & sic ei nō derogat species expressa: sed ꝯiunctio facit partem. vt ff. de vsufru. leg. l. si alij. nisi testator dixisset expressè, ꝙ legabat totum vsumfructū. vel hoc probetur ex aliquibus coniecturis,
24 vt ibi patet. † Sol. fundus non est genus, sed est quoddam integrale & materiatum, quod intellectu distinguitur in duas qualitates. s. proprietatem & vsumfructū: quia ergo in eadem integritate corporali vterq; legatarius cōcurrit, cuius integritatis id est fundi nomine vterq; cōtinetur, merito concursu legatarius fundi facit partem legatario vsusfructus formalis. Idem esset si vni legaretur domus alij vsusfructus ipsius: vt ff. de vsufruct. leg. l. Sempronio. & fa
25 cit quod not. ff. de lega. tertio. l. Iulianus. ¶ † Quid si adijciatur ad
a iectiuum substātiuo? Respondeo, aut est interposita copula[a], & habet ampliare, aut nō est interposita; & habet restringere: vt ff. de lega. iij. l. ea tamen adiectio. & inter adiectiuum & substantiuum non cadit punctus qui habeatur pro copula. quod dic vt. ff. de verborum
26 signific. l. alienationis. §. fin. ¶ † Adde dicit Io. mona. quòd quandoque verba sunt generalia: & tamen effectu sunt singularia: vt quia non possunt comprehendere nisi vnum indiuiduum: vt ipse not. in c. si absenti. de prȩben. libr. vj. & ideo statutum cum non potest comprehēdere nisi vnam personam siue quod sumitur ex aliquo, & non ex vniuerso, nō valet: quia statutum debet esse generale verbis & effectu seu adaptatiōe: vt ff. qui & à quibus. l. si priuatus. quæ teneas menti: quia quotidie occurrunt.

ADDITIO.

a ¶ Vide latissime per Fely. in c. ij. in vij. colū. cum seq. s. eo.

CAP. VII.

1 *Prȩsumitur quis memor eorum quȩ fecit.*
2 *Natura nominis collectiui quȩ sit.*
3 *Autoritas capituli an absorbeatur per creationem episcopi.*
4 *Papa si mandauit mihi conferri prȩbendam tanti redditus: licet non sit probatus redditus ad vnguem: iudex estimabit illud.*
5 *Prȩsumitur conuentualis scire ea quȩ fiunt in conuentu.*
6 *Restitui ad famam si impetrant dignitatem non oportet quòd faciant mentionem de defectu antiquo nec de restitutione in integrum.*
7 *Rescripta & literȩ papȩ edendȩ sunt integraliter cum die.*
8 *Represalię si concessę sunt contra Perusinos, & tunc Titius erat de numero Perusinorum: si postea fiat hostis, & desinat esse ciuis, an potuerit capi pro represalijs.*
9 *Literȩ an vitientur eo quod impetrans sit alterius generis quàm cōfratres.*
10 *Collatio si spectet ad episcopum tantum, & sede vacante scribatur capitulo, vt recipiant aliquem in canonicum: an tales literȩ valeant.*
11 *Licitum est arguere de re ad personam.*
12 *Capitulum an possit episcopo creato exequi mandatum quod pertinet ad episcopum.*
13 *Priuilegium non porrigitur ad eum, ad quem verba priuilegij non porriguntur.*
14 *Militibus qui prȩest, non propterea habet priuilegium militum.*
15 *Collatori an debeat scribi quando scribitur ad collationem.*
16 *Mandatum quod dirigitur vniuersis, potest vnus solus episcopus implere.*
17 *Iudicium inchoatum à pupillo cum autoritate tutoris, potest solus tutor perficere.*
18 *Capitulum an poterit inuestire aliquem absente episcopo, si in rescripto mādetur quòd episcopus & capitulum inuestiant.*

EAm te. Not. ꝙ hic nō est mutatio personarum, sed intellectus. arg. ff. de contrahen. emp. l. cum seruo. quia intelligitur episcopus tacitè ex natura rei mandatȩ. ¶ Mandatum factū capitulo sede vacante, episcopus de nouo creatus adimplere tenetur. hoc dicit secundum Inn. Vel sic. Si collatio prȩbēdarum pertinet ad episcopum, & sede vacante scribatur capitulo pro receptione alicuius in canonicū: eṗs postea creatus tenetur prouidere: & valet rescriptum. Primò ponitur mandatum papȩ & eius tenor. secundò allegatoria excusatio capituli. tertiò prȩtēsa excusatio epi. quartò reprehēsio papȩ. quintò remotio cuiusdā tacitȩ oppositionis. secunda ibi, ipsi vero. tertia ibi, cum itaque. quarta ibi, ꝙ nullatenus. quinta ibi, pro eo. ¶ Casus Quidam. P quondam Iudȩus ad fidē cōuersus ecclesia Tornacēsi vacante impetrauit literas ad decanū & capitulū quòd ipsum reciperent in canonicū, & prȩbendā eidē conferre deberēt: tandē anteꝗ̃ mandatum esset adimpletū, archidiaconus dictȩ ecclesiȩ creatus est eṗs. modo dictus Petebat se recipi in canonicū. & prȩbendā sibi conferri: capitulum obijciebat quòd non poterat recipere: qa non pertinebat ad ipsum receptio, sed ad eṗm. Eṗs verò dicebat quòd non tenebatur recipere, nec cōferre: quia mandatum non erat directum ei, cum non esset nominatus in rescripto: & quia tēpore datȩ non erat eṗs: & datū est fundamētū literarū: papa dicit eṗm teneri: nec potest ignorantiam simulare cū tempore datȩ literarū esset vnus de capitulo: & tempus datȩ literarū sit diligēter attendēdū. Deinde rñdet tacitȩ oppositioni, quia posset qs dicere, iste impetrās originaliter est de gente Iudȩorum. vnde eṗs videtur habere iustā causam indignationis: ad hoc respondetur ꝙ ex quo conuersus est ad fidem, non debet indignari eṗs, vel canonici si recipiatur in cōfratrē, & prȩbēda sibi cōferatur. h. d. Et est ratio, quia nemo oritur christianus, sed per baptismū fit: aliter seque
1 retur quòd nemo posset habere ecclesiasticū beneficium. ¶ † Ibi, si
a bene[a] meminimus. prȩsumit quis memor eorū quȩ fecit. sic. C. de cōtrah. & cōmit. stip. l. magnā. & tamē quādoq; quis ignorat factū propriū ad suū tamē dānū, nō alterius. l. is qui vsumfructū. ff. quib. mo. vsusfru. amit. & interdū nec ad suū nec alterius. ff. de acq. pos.
2 l. peregrè. ¶ Ibi, te, qui tūc eras archidiaconus nunc eṗs. ¶ † Ibi, decano. de archidiacono nō fuit nominatim expressum: & ideo prima facie videbatur omissum. ar. ff. de leg. ij. l. Celsus. §. quod alicui. Sed hoc non obstat: qa licet nō nominatim, tñ inter cęteros: sicut dicimus in simili quòd quidā nō nominātur, tñ inter cęteros īcludūtur. ff. de lib. & posth. l. Titius. nā natura nominis collectiui ē sua indiuidua qnq; simul, qnq; seorsum per se significare. vt l. si chor. ff. de leg. iij. & quādoq; significat cōplexiuè, quādoq; distributiuè. vt l. ciuibus. ff. de reb. dub. ff. de lega. j. l. ciuitatibus. C. de iude. l. j. ¶ Ibi, mandatū dedimus, & prȩceptū, hęc verba geminata significant prȩcisam intētionē papȩ. i. prȩcipiēdo mādamus: qa strictius est prȩceptū ꝗ̃ mādatū: vt no. ff. de off. prȩsi. l. sȩpe. ¶ Ibi, de gente. no. ꝙ nomen gentis significat originē. ¶ Ibi, ipsi vero. s. decanus & capitulū. ¶ Ibi, qa donatio. ista allegatio erat vera: qa ex quo trāslatū est mādatū ad eṗm creatū, ergo capitulū est liberatū à mandato.
3 ar. ff. de adi. le. l. trāslatio. ¶ † Ibi, ad te. s. solū. & ideo nō poterat ad impleri per capitulū: vt ĩ. ne sede vacā. c. j. li. vj. & qa ꝑ creationem episcopi

ADDITIO.

a ¶ Vide vnam gl. quȩ docet modestiā loquendi in similibus verbis quam ibi multum notat Decius in l. lecta. alias in l. se. ff. si cer. peta. & ibi adde istum tex. in istis verbis si bene meminimus. item in quibus prȩsumat vel tollatur obliuio vide per Barba. consil. xxxij. colum. pe vo. j. & consil. xxxij. col. ij. e. volu. quanto autem tempore inducatur obliuio vide remisiuè Iac. in l. j. col. fina. C. de fer. fu. Item adde ꝙ in papa nō ꝓsumitur memoria sed bene prȩsumitur obliuio, ca. ex parte. el primo. de off. deleg. qđ not. ad istū tex. q. videtur contrain istis verbis sed est propter multitudinem causarum secundum Barb. ibi quia vt plurimum quis creatur papa in senectute.

epi absorpta est in hoc autoritas capituli: qa capitulū quod funge-
batur sede vacāte loco epi,nunc desijt fungi.ar.optimū.ff.de fideic.
li l.Lucius.& C.de inoff.test.l.fi.in fi vbi mutatio appellatiui vitiat
substātiuū.ff qui.mo. vsusfr.amit.l.si cui.¶Ibi,inde receperas,non
tanq̃ episcopus qa nō eras:nec tāq̃ archidiacon9,qa de archidiaco-
no nō erat facta mentio,sed de capitulo,& decano.arg ff de lega.ij.
l.legatorū.§.qui plures.C.fami.hęr.l.quoties.¶Ibi, si datā.i.mentē
papę in qua consideratur tp̄s datę:quia tūc oritur & initiatur gratia
4 formaliter.argu.ff.de reb. du l.si cognatis.† Si papa mandauit mihi
cōferri p̄bendā tanti redditus: licet nō sit probatus redditus in iudi
cio ad vnguē:tñ iudex ęstimabit illud.ff de leg.ij.l. si qđ ex pāphila.
& qđ ibi per Bar.¶Si rex ꝯcessit mihi vltimā excidētiam,oportet
5 me probare de tēpore.ff ad treb.l.eū qui nouissimus.¶† Ibi,de ca
pitulo, ꝓpter qđ p̄sumitur scire:maximè qa erat archidiacon9.nā
pręsumitur cōuentuales scire ea quę fiunt in conuentu.vt in auth.
de mona.§.cogitandū.& no.j̃.de testi.c.veniēs.C.de repudijs.l.cō-
sensu.& quod no.ff de reg.iu.l.non pōt dolo.¶Ibi canonicus not.
qđ qui potest habere in vna ecclesia dignitatē,canonicatū,& præ-
bendam.qđ verū est ex dispensatione:vt in c.j.de ꝯsue.lib.vj.¶Ibi,
necesses:qa eras tūc canonicus:nec eras tunc ep̄s consecratus.sup-
ple nec confirmatus:qa sola confirmatio dat potestatē cōferēdi:
6 vt j̃.de elec.c.transmissam.Ibi,†extiterit.s.quondā:tñ illud fermē-
tum fuit purgatū ꝑ baptismū:& ideo de eo nō dēt fieri mentio Et
a est bene notandū qđ restitutiᵃ ad famā, si impetrant dignitatē,non
oportet qđ faciāt mētionē de defectu antiquo, nec de restitutiōe ī
integrū:qa beati quorū remissę sūt iniquitates, & quorū tecta sūt
peccata.tene menti.Inanis gloria & memoria pręteriti nō corrū-
7 pit statū de pręsenti.¶†Ibi,si datum not. rescripta & literas papę
edendas integraliter cum die: secus in alijs publicis instrumentis:
qa dies nō dēt edi nisi ad instruendā falsi accusationē:& tūc ita de
mū si petens edi offerat se paratū inscribere ad pęnam talionis C.
de fide instru.l.fi.quod dic vt dicā.j̃.de proba.c.j.qđ no.j̃.de re iu.
in ca.abbate.in nouella. vbi omnino vide.¶Si quis extra iudicium
vtetur instrumento,vti in protestationibus, debet solenniter edere
cum die & consule.ff depositi.l.si qs inficiatus.& no.ff.de ope.no.
8 nun. in rubrica per Bar.quod est no.¶† Itē collige arg. ad quæstio
nē,cōcessę sunt represalię cōtra Perusinos:& tūc Titius erat de nu
mero Perusinorū,postea est factus hostis & desijt esse ciuis.ff.de ca
pi.dimi.l.amissione.§. qui deficiunt. demū captus est pro represa-
lijs:quęritur vtrū potuerit capi? & videt̃ quòd sic attento initio,&
data represaliarū vt hic.& ff de reb.du.l.si cognatis.¶In contrariū
videtur,quia est sortitus aduersatiuum statū:& qa finita est causa fi
nalis,anteq̃ existeret conditio capturę:quia sententia non verifica
tur nisi capiatur prius.vt ff.de acquir.rę.do.l.in laqueum.nec trahi-
tur retro:vt no.j̃.de app.c pręterea requisiti. facit quod no.in cap.
j.ne se.va.lib.vj.in nouel.& j̃.eo.ti.& lib.c. ex parte.Cōditio tūc fin
git retro qñ in ipsius implemento nō reqritur factū nouū cōtrahē
tis,vel disponētis:aliàs non : qa ex pluribus debentibus concurrere
substātialiter,nō sufficit alterū pręuenire in tēpore:qa illud dicitur
prius in tpe quod est prius in concessione diei.& qđ est ꝑfectè cō
summatū.ff.de lega.j.l. quęsitū.§.presenti.qđ est verius: qa cōditio
necessariò subintellecta ex natura rei.s. si capiatur,non potest veri
ficari anteq̃ capiatur: & tanq̃ conditio in ista retro nō fingit.vt ff.
qui po. in pig.ha.l. potior & l.qui balneum.& l.j.§.serui.ff.ad silla.
9 ¶†Redeo ad notabilia & primò quòd literę nō vitiētur eo quòd
impetrās sit alterius gentis q̃ confratres:siue alij canonici vt hic.&
j̃.e.c.si proponente.Nam oēs gentes dei sunt,cuius est terra & ple
nitudo eius.facit.ff.de leg.3.l.fideicōmissa.in prin.& in auth.de quæ
10 store.post prin.& j̃.de iudi.c.cum deputati.¶† Secūdo no.casum
peregrinum,qui non est alibi,qđ si collatio spectat ad epm tātum,
& sede vacā.scribatur capitulo,vt recipiant aliquē in canonicū,&
confratrē ipsorū,quod tales literę valēt: & si non sunt executę va-
cāte sede,ep̄s de nouo creatus tenetur adimplere mādatū.¶Sed ꝯ
b hocᵇ oppo.nā mandatū debet adimpleri autoritate mandantis.ff.
de off.eius cui man.est iurisd.l.j.in §.fi.& in forma ita quòd nec re
cedatur à persona.vnde non est solū cōsiderandū qđ scribitur:sed
cui mādatū dirigitur,& in quē.vt ff.de cōdi.& demon.l.q hæredi.
in prin. Itē vnus pro alio non tenetur implere mandatū nec potest:
qa personalis cōmissio est.ff.de legatis ij l.si alienus.& l.j.in fine.ff.
de legatis.3.quia vbi est inserta persona pro forma,nō debet rece-
di à persona.ar.ff.de curato. furio.l.cum ius bonis.ff. de statu libe.l.
11 seruus si hæredi.¶†Ibi,duo sunt enim &c. & est notabilis hoc pro
bo:quia licitum est arguere de re ad personam. Sed res quæ nō est
in rerum natura,nō includitur in dispositione voluntatis: ergo nec
persona.ar.ff.de contrah.emp.l.rutilia.& l.in lege. & ar.ff. de testa.
tu.l.si quis in te.Sol.aut loquimur quantum ad verba, aut quantū
ad mentē:primo casu certum est quòd non continetur episcopus:
maximè nondum creatus. aut loquimur quantum ad mentem &
interpretationem iuris:& tunc mandatum factum capitulo trans-
fertur in episcopum tanquam in successorem ordinis & honoris.
arg.ff.de fideicom.libert.l.cū quasi.in prin.& ff.de le.3.l.a patre vel
domino. nam vt ait Inn. quando scribitur capitulo super eo quod
pertinet ad episcopum & episcopatus vacat,videtur scriptum ca
pitulo tanq̃ vices gerēti.nec enim alij magis apertè scribi poterat.
vel congruentius mandari.¶Itē ep̄s & capitulū sunt quodāmodo
vnus corpus:vt no Ioan.mo.in c.j.ne se.va.lib.vj. sed istud est verū,
quando inter eos est aliqua iuris communio: sed hic nulla est.ar.ff.
de stip.seruo.l. si cum duorum ¶Item sede vacante capitulum est
sicut mulier pręgnans:qa episcopū parere speratur eligendo.Con-
clusio igitur quòd mens latior est q̃ verba. ¶Itē quod hic est quę-
dā fictio.vt C.de impu.& ali.sub.l.fin.vel verius interpretatio sum-
mi pontificis:vt ff.de verb.signifi.l.neratius & l.iij.C de inoff.test.
12 ¶†No.tamē ꝙ creato episcopo capitulum nō posset exequi istud
mandatum : qa superueniente veritate fictio cessat. vt ff.de libe.&
posthu.l.filio quem.& cùm possumus veritatem amplecti, nō de
bemus inhęrere fictioni.vt ff.de condit.& demon.l Iulianus ait,si
13 hæredi.in ratione literę.¶†Ibi,nā dicit,no.quasi dederit,quia hęc
esset fictio,sed quasi per hæredē stet:& hęc est veritas: & ideo am-
plectenda.De vno opponitur,ad quem casum verba priuilegij nō
porriguntur,nec ipsum priuilegium porrigitur: vt ff.de testa. mili.
14 l. quod constitutum.& ibi gl.¶†No.ꝙ qui pręest militibus, nō ha
bet propterea priuilegium militū.So.in c.nostro hoc est statutum
ne gratia papę vitietur.arg.ff.de fundo instru.l.fundus qui locatus.
& qa sede vacāte plena ecclesia est in capitulo.nam ipsum capitu
lū tunc est caput & mēbra:sed postea reparato pastore capiti debe
tur quod est capitis,& membris quod est membrorum:& plerūq;
plus est in sensu q̃ in voce:vt ff.de leg.iij.l.fideicōmissa.§.plerunq;.
Duo enim sunt sensus.s. sensus intellectus & sensus corporis.pri-
mū ratione concipitur:secundū auditu sentitur : & semper ꝑualet
intellectus:vt ff.de leg.ij.l.cum pater §. cū imperfecta. & de leg.iij.
l.cū filio. & quandoque ex pluribus sufficit vnū significari verbis.
verbi gratia,si princeps significat se scire, videtur etiā vltra proce-
dere obstantijs derogando. vt singulariter no.ff de excu tu.l.idem
Vlpianus.arg.contrà.j̃.eo.c. q̃uis lib.vj. vbi Papa pręsumitur scire
factū propriū: & tamē nō derogat gratię mediatè : sed ratio est ꝑ
l.rescripta.C.de pręci.impera offe.& quod no.ff de lib & post.l.gal
15 lus.§ & quid est si tantum.quia ius erat alteri quæsitum.¶† Vlte-
rius opponitur,quando scribitur ad collationem,debet scribi col
latori:non enim intendit Papa conferre potestatē de nouo in con
ferendo,sed necessitare cōcessam à iure. ¶Sed ita est quòd hic pa
pa scribebat non collatori vt ꝯferret:qa in collatione quę pertinet
ad solū episcopū sede vacāte,non succedit capitulū: qa cōferre est
donare & capitulū non succedit in donando:vt in c j. ne sede vacā
te.lib.vj.& ar.ff.de pac.l.contra iuris.§.fi.& qa quę sunt separata in
potestate,non debent cōiungi in executione potestatis: & qa ex di
uerso capite edicti siue statuti non procedit ius accrescēdi.ff.de bo
c norum poss l.sed cum patrono.Namᶜ ex potestatibus appropria-
tis & pęnitus separatis nulla fit deuolutio nec subrogatio.ff. quib.
mo.vsusfru.amit.l.si sub cōditione. & non debet vnus tangere of
ficiū alterius:vt l.ij.C de execu.& apparitoribus.lib.xij. ¶Tunc vl-
tra si ad capitulum non pertinebat iure proprio: ergo nihil poterit
nisi autoritate papę.vt j̃.eod c.cum aliquibus.libro sexto.quia qui
mandatam iurisdictionē exequitur,proprium nihil habet, sed au-
toritas papę non deuoluitur ad episcopum:quia maior nō deuol-
uitur ad minorem:& quia nulla iuris communio est inter eos:& ex
differentibus genere non fit transitus. ergo malè dicit litera. solue
vt supra:qa hic est speciale inspecta mente papę secundū Inno.&
16 Hosti.¶†Tertiò no.ꝙ mandatū quod dirigitur vniuersis, potest
vnus solus,puta episcopus solus īplere.& facit.ff.ad l.fal.l. qui fun-
dum.§.si tu ex parte.& ff.de leg.j.l.si duobus §.hęres.& ff.de hære.
insti.l.quo loco.§.iam mortuo.& c.fi.de testa. lib. vj. ¶Sed contra
hoc oppo.qa quando scribitur vniuersis, scribitur vniuersitati:sed
vnus solus non est vniuersus,nec vniuersitas, nec cōgregatio.vt ff.
de vsuc.l.rerū mixtura.& no.in l.sicut.ff. quod cuiusq; vniuer.no.
& aliud quo ad essentiam & quo ad efficiētiam:quia in appellatio-
ne & designatione est diuersitas.ff.de vsufr.l.quid ergo.§.sed quod
dicitur.vnde aliud est dicere,lego vsumfructum gregis: aliud est di
cere lego vsumfructum decem ouium:& aliud sunt singuli,& aliud
vniuersi:& quod debetur vniuersis,non debetur singulis:vt l.in tā-
tum.§ vniuersitatis.ff.de rerum diui.ff.de ser. rust. prędi.l. per fun-
dum.ff.communia prędiorum.l.receptum.qa natura generis diui-
sa non

ADDITIONES.

a Vide And.de Iser. in tit.quæ fuit prima causa beneficij amit.in vsi. feu.& vi
de extense de isto dicto Bald. hic quæ scripsi in consilio per me edito in fa-
uorem nobiliū de Folpartis & sup testō quondam bonę memorię magnifici
militis doc.Ardenghi de Folpartis.& de restitutione facta per principem hę
redibus suis &c.Fran.pa.

b ¶ Vide Barba.in consilio xliiij.col.iij.in primo vo.secūdo aliquid per Iaso.
in l.non solum.pen.col.ff.solu.matri.

c ¶ Ex potestatibus appropriatis & penitus separatis nulla fit deuolutio nec
subrogatio sic.alibi in simili habemus quod ex separatis non fit bona illatio.
l.Papinianus exuli.ff.de mino.

si non est genus, sed est differentia. j. de ele. c. in Genesi. ff. de verbo rũ obligatio. l. scire debemus. ¶ Sol. hic episcopus non tenetur implere mandatum de simplici natura verborum, sed de natura intellectus, & interpretationis sumptę ex ipsius rei natura, q̃ est optima verborum interpres. ff. de verbo. oblig. l. in illa stipulatione. §. sabinus. ¶ Itẽ non est nouũ quod vnus nominetur, & alius intelligatur qui inclusus est in litera. ff. de le. iij. l. fideicommissa. §. plerunq;. hinc est ꝙ nomen proprium aliquando sonat in appellatiuo. ff. de no. ope. nun. l. j. §. nũciatio. per Bar. Item facit. ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. donationis. ¶ Quartò no. quòd id quod quis debet facere, tenetur facere ipse solus si potest: & sic ambulatorium est mandatũ & potestas: & mouetur motu intellectus. facit. ff. de sti. ser si seruus communis meuij & castrensis peculij. in §. fi. ¶ Item dicit gloss. collige argumentũ vt dixi, quòd si aliquid mandatur capitulo, cuilibet de capitulo cui potest secũdũ subiacentẽ materiã mandatũ adaptari: id est ei qui illud facere põt, intelligitur esse mãdatũ. hoc nõ placet Inn. & Cõpo. nisi dirigatur mandatum tanq̃ singularibus. Tale est mandatũ de recipiendo inuestitum à Papa. nam tunc quilibet põt singulariter recipere talẽ. argu. ff. de acquir. pos. l. prędia. & ff. si cer. pe. l. eius qui. in fi. ff. commodati. l. iij. §. hæres. ¶ Ibi, certe restitutio rei commodatę in facto consistit, & ideo ille qui habet facultatem restituendi, potest, & debet restituere etiã alijs inuitis. sicut dicimus econtra. ff. de solu. l. si stipulatus. §. si lancem. Istud sicut dicitur, isti sunt duo rei debendi: ita dicere possumus; isti sunt plures rei obediendi etiam si capitulum contradicat: quia iussio confertur in inuito: quia hęc receptio cõsistit in facto, nec tribuit ius. facit de immu. eccle. c. decet. libr. vj. secus si mandaretur capitulo vt talem eligeret: quia tunc quilibet insolidum non eliget, cum ex tali receptione ius quęratur: nec debet sic fieri. j. de elec. c. qa propter. & c. in Genesi. & lxiij. dis. c. j. & ij. Itẽ electio pertinet ad ius, receptio ad factũ, secundum Io. And. & est differentia, qa receptio solius facti nemini pręiudicat: & ideo facilius fieri potest: & quia non est data ei certa forma à iure, quã oportet sequi. & qa est negocium omniũ ipso gestu debet haberi ratum: argu. ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. si fundum. & ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. & ff. quemadmo. ser. amit. l. quęsitum. ibidem dicitur quòd naturaliter fit, repręsen-
17 tat hominis factum. ¶ † In executiõe ergo quilibet videtur assumptus: vt facilior sit exec. quod est no. ergo quod vnus cępit, alter ꝑficere potest. dicit lex quòd iudicium inchoatũ à pupillo cum autoritate tutoris, potest ꝑficere solus tutor. ff. de euict. l. si ideo. ver. vt puta. nec est alibi. ¶ Item vbicunq; fit relatio ad factum, continet indiuiduum, & ideo non habet locũ relatio ad partem: vt ff. de vsu & habi. l. vsus pars. ¶ Item non refert à quo fiat: sed propter quid, & qualiter fiat. ff. de verb. obl. l. cum seruus. ¶ Sed nunquid si mãdatur ciuitati, quilibet de ciuitate potest capi pro debito: respõdeo tota ciuitas & vnum capitulũ est vnus reus debendi, & nõ plures rei: & ideo singuli ad soluendum non compelluntur. tamen cogẽtur facere collectam, ut no. i l j. §. j. ff. quod cuius. vni. no. & . l. iiij.
18 §. actor. de re iudi. per Bar. ¶ † Sed quid si mandatum est episcopo & capitulo quòd inuestiat aliquem nunquid capitulum absente episcopo poterit inuestire? argu ꝙ non: vt. ff. de arbi. l. sicut. sed eo præsente & contradicente sic. ut not. in c j. li. vj. ¶ Not. per hoc ꝙ procedit inuestitura quæ dicitur collatio: sed in illa quæ est possessionis traditio, iam prouisio in absentia alterius non impedit inuestituram. Ioan an. ad idem facit. ff. man l. creditor. in. §. duobus. ff. de cura. furio. l. consilio. §. fi. ff. de offic consu. l. j. ff. de exer. l. ij. §. si plures ff. de arbi. l. pedius. ¶ Pone, capitulum fuit in mora, & ideo fuit deuoluta potestas capituli ad episcopum deinde episcopus est in mora: vtrum de nouo deuoluatur ad capitulum? Respondeo nõ: qa per moram episcopi non purgatur mora capituli: & quia ius accrescendi semel abolitum nunq̃ resurgit. ff. quib. mo. vsusfru. amit. l. si cũ in annos. versi. neq; enim. ¶ Item opponit, mãdatũ fuit directũ decano & ecclesię. i. capitulo: ergo mediam vocẽ habet decanus mediam capitulũ. i. capitulũ in integrum, vel maior pars, adeo ꝙ decanus cum media parte capituli nihil posset ordinare: vt ff. de vsufru. accres. l. si qs Titio & cõsueuit notari. C. de epis. & cle. auth. causa que fit cum monacho. Tũc arguo sic. ista forma nõ est de iure communi: sed de speciali mandato: ergo in ea nõ succedit episcopus. Sol. verum est ex natura sermonis: sed mens loquentis prævalet: vt ff. de ver. sig. l. quisquis mihi. & l. nepos Proculo. & l. Neratius. ff. de reg. iur. Et conclude in ista materia, quòd aut sede vacante sunt directę literę ipsi ecclesię seu capitulo: & si receptio ptinebat ad eos, valent literę, & tenentur adimplere mandatum quãdo cunq;: sed si non pertinebat ad eos, sed ad episcopũ: & in literis non est facta mentio vacationis, episcopus creatus, ad quẽ solum tunc pertinet de iure, implebit mandatum: sed si papa ignorabat sedem vacare, lrę non valerẽt, qa subreptitię: vel qa ineptę cũ nõ possint adaptari ei cui scribitur. & quod nullum est impetrationem nõ recipit: qa quod caret essentia, caret intellectu: vt C. de proba. l. cum pręcibus. & ff. de vsufru. lega. l. cum plures. in fin. ¶ Si autem sedes non vacat tempore datę literarum, aut scribitur ecclesię & Itelligitur scribi episcopo: qa ei soli potest adaptari mandatum: ex quo ad eum solũ pertinet receptio. Si verò scribitur capitulo, non valet litterę. Si autẽ expressè scribitur episcopo, ipse tenetur adimplere: & si moritur interim expectatur successor qui implebit: vt ff. de ac qui. pos. l. fundi. §. itẽ si amicus. & no. ff. de iurisdi. om. iudi. l. & quia. Capitulum enim non posset implere mandatũ quod nõ est sibi directum. Item nec expirat istud mãdatũ morte episcopi: quia directum est dignitati quę non moritur. ff. de le. ij. l. quod principi. ff. de annu. lega. l. annua. §. fi. & argumẽtum. ff. si cer. pe. l. eius qui in prouinciam. §. quod si stipulatus. nec etiam vicarius generalis posset hęc supplere: qa nõ intelligitur constitutus ad beneficiorum collationem. vt in c. vlti de offi. vica. lib. vj. ¶ Deinde not. hic fuit mutatus status, & officium: qa hic Archidiaconus fuit factus eps, & tñ non finitur: imo de nouo incipit mandatum. sed cõtra. ff. de solu. l. sed cum Cornelius. & d. l. eius qui solu. hic superuenit causa cõfirmans, ibi infirmans. Item quando mutatio status non facit pro vel contra, similiter non finitur mandatum. arg. ff de condi. & demõ. l. falsa. §. j. ¶ Itẽ not. inspicimus tẽpus datę, quod est verum vt sciamus de intentione scribentis: sed quantũ ad executionem intentionis, inspicimus tẽpus præsentatiõis: vt j. de appel. c. vt debitus nec enim semper inspicimus principiũ sed terminũ. vt ff. de le. j. l. cætera, §. j. & ff. de le. pręstan. l. interuenit. & tamẽ aliter dicitur ꝙ dignitas accrescens iudicij ante sentẽtiam facit quòd sententia est maioris autoritatis. C. de appel. l. præcipimus. §. sanè. ¶ Vltimo scias ꝙ plurimę quæstiones possunt huic. cap. adaptari quæ sunt vtiles valde, quas vide. j. de conces. præben. c quia cunctis. lib. vj. in nouella. ¶ Et an per literas facultatis imponatur necessitas: est argumentum quòd non. ff. de le. j. l. nam nec emancipatus. quod dic: vt j. eo. c. cum aliquibus. libro sexto. & facit. ff. qui & à quo appella. §. fin. si scis inducere cum intellectu.

CAP. VIII.

1 *Rescriptum ad beneficium in quo tacetur dignitas impetrantis, non valet.*

2 *Principis intentio est quòd nemo grauetur, vel patiatur iniuriam, etiam si in rescripto apponatur clausula, motu proprio.*

3 *Pluralitas in beneficijs reprobatur.*

4 *Pauper ecclesia quando dicatur.*

5 *Relegatus potest per amicum impetrare restitutionem.*

1 AD aures. † Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, in quo tacetur dignitas impetrantis. Secunda ibi, cõsultationi tuæ. ¶ Casus. Quidam habentes dignitates vel personatum impetrant literas ad beneficia minora non facta mẽtione de sua dignitate: quæritur an valeant literę? & respondetur quòd non: quia non est intentionis papæ quòd habentes dignitates vel personatum pauperes clericos inquietent. ¶ In text. ibi, decani. not. decanatus, archidiaconatus, præcantoria & similes prælationes vocantur dignitates: & sic no. dignitatem sumi pro personatu secũdum Colle. ¶ Super minoribus, scilicet maximè. Ibi. supprimunt, id est tacent. ¶ Ibi, dignitatis. istud nomen prout refertur ad dignitatem ecclesiasticam, significat honorem cum administrationis gradu. aliter ponitur pro quadam excellentia status: quæ cadit etiam in seruum. ff. de vsufructu. l. & si quis versi. sufficienter. Ibi. & simplici. i. sine qualitate. ¶ Ibi, tanquam non habeant. nota quòd ille qui non dicit, intelligitur negare. C. vnde liberi. l. qui se patris. & iste sunt dictiones quæ important aliquid non esse seu priuationem: tamen ex ipsis resultat aliquid esse, id est malus habitus mẽtis: puta dolus, fraus, & ambitio. ¶ Ibi, aliquem personarum, quem suprà vocauit
2 dignitatem. ¶ † Ibi, intentionis nostræ. not. ad principis intentio-
a nem [a] recurrendum, quæ talis esse præsumitur, ꝙ alius nõ grauet, nec iniuriã patiatur. Sed quid si est clausula motu proprio. Rñdeo ista gratia similis est testõ, quod semper, vel saltem vt plurimum fit motu proprio: & tñ testator non præsumit velle iniuriam facere: vt ff. de admi. tu. l. impuberi. ¶ Ibi, sup minoribus: multo fortius
3 super maioribus, cùm maior fraus ibi ꝑmittatur. ¶ † Et not. ꝙ beneficia ecclesiastica non debẽt cumulari: & quòd in beneficijs pluralitas reprobatur. simile est in vltimis voluntatibus, vel taxantur plures causæ lucratiuæ: vt ff. de lega. ij. l. Meuius. §. duobus nisi ratio diuersitatis sit euidens. ff. de adi. leg. l. qui Marco. & not. in authen. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. illud. ¶ Ibi, pauperes clericos: id est

ADDITIO.

a ¶ Ad intentionem principis recurrendum quæ talis esse præsumitur quod alius non grauetur nec iniuriam patiatur. vide eundem Bald. & moder. in l. ex facto. per illum tex. ff. de vulg. & pupil.

4 eſt pauperes eccleſias, in quibus ſunt pauperes clerici. Inn. ¶ † Et
nota pauperibus eccleſijs per pauperes clericos deſeruiri: & pro-
batur quòd eccleſia ſit pauper: quia forte ſacerdos nõ habet ad co
medendum niſi de pane millij, vel de alio vili pane: nec ad bibẽdum
niſi aquam. ff. de lega. iij. l. ſeruis vrbanis. in principio. Ibi, autor: id
eſt Imperator. Ibi, ſupprimit, id eſt celat: quia celans verum non ha
bet animum rectum: Ibi, volumus. quod verbum volumus, ſignifi
cat ipſo iure id eſt volumus: licet interdum ſignificet quoddã me-
dium: vt l. j. §. ſcientiam. ff. de tributoria. Ber. ¶ In ſuffragio. hic col-
ligit duo notabilia. primum eſt quòd ad intentionem mandantis
eſt recurrendum. ff. de fundo inſtruc. l. cum de lanionis. §. aſinam.
ff. de teſtamentaria tutela. l. ſi quis ita. ¶ Secundò not. quòd poſte-
riores literę non valent ad beneficia, ſed priores. ¶ Contra hoc op
ponitur de. ca. gratia. de reſcriptis in clementin. Solutio, ibi prima
gratia erat pendens & non erat ſortita effectum: & ideo videtur ei
tacitè renunciatum: ſed hic gratia prima erat fundata: & ius radi-
catum in re erat quęſitum. ex ea enim facilius tollitur quòd in ſu-
ſpenſo retinetur, quã illud quod radicaliter eſt firmatum: vt l. rece
ptum. ff. communia prędiorum. & dic vt j̃. eodem ca. ad audientiã.
per Innocen. & in d. c. gratię. per Guil. de monte lau. Item plus vi-
detur quòd expectans eo ipſo quod ſupplicat ſup nouo beneficio,
licet non obtineat: quia Papa noluit condere, amittat expectatum
argumentum. ff. de diuor. l. quod ait lex. tamen in contrarium vi-
detur: quia actus inutilis non derogat actui efficaci: vt ff. de auro &
argen. lega. l. medico. § fi. & ff. de lega. iij. l. ſi iure teſtamẽto facto. ni
ſi eſſet deuẽtum ad eius executionem: vt ff. de pecu. legato. l. cũ do-
a minus. § fin. nam interdum ex nullo ſequitur[a] aliquid: id eſt adem-
ptio: vt ff. de teſtamen. milit. l. militis codicil. §. veteranus. & ff. de
adimen lèga. l. & ideo. & C. de donatio. inter virum & vxor. l. ſi ma
ritus. ¶ Sed quæro nunquid ad impetrandum beneficia requira-
tur ſpeciale mandatum? gloſſ. dicit hic quòd non, ſed ſufficit gene-
rale mandatum ad impetrandum beneficium eccleſiaſticum alibi
ſicut generale mandatum ad negocia: vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §.
5 procurator. & ff. ad municipales l. Titio cum eſſet. † Item habemus
quod relegatus poteſt impetrare reſtitutionẽ per amicum ſuum.
ff. de reb. dub. l. quidam relegatus. quæ lex eſt notabilis ad hoc.

ADDITIO.

a ¶ Ex nullo aliquando aliquid ſequitur: adde tex. not. in l. ſi. ff. de reb. eorum.
arc. in l. diuor. in iiij. col. ff. ſolu. ma. relegatus poteſt impetrare reſtitutionem
per amicum ſuum.

CAP. IX.

1 *Citatio prima trahit reum ad iudicium.*
2 *Copia iudicis vbi horis congruis abſuerit, proteſtandum eſt.*
3 *Tutor finita tutela an poſſit petere refutationem generalem ſibi fieri.*

SI autem aliquis. Excipit reus contra reſcriptum quod de ſuo primitus ab eo impetrato non fecit mentionẽ, niſi reus per dolum vel negligentiam ſuo reſcripto priori nõ fuerit vſus. ſecunda pars ibi, ſi autem. ¶ Caſus, aliquis impetrauit literas contra aduerſarium ſuum ſuper aliqua cauſa: poſtmodum aduerſarius ille ſuper eadem cauſa ad alios iudices literas impetrauit, in quibus de prioribus literis mentio non fiebat: & cępit conuenire aduerſarium: quęritur quid iuris? reſpondetur quòd ſecundę literę poſſunt elidi, niſi prior impetrans fuerit in dolo, vel negligentia: quia tunc poſſet conueniri per poſteriores. Non autem dicitur negligere qui delegati iudicis copiam non potuit habere.
1 ¶ † Ibi, tractus. not. ꝙ etiam per primam citationem dicitur quis
trahi ad iudicium. ¶ Ibi, negligentia. not. quòd ſibi imputet qui ius
ſuum proponere negligit. C. de his qui à non domino manumittũ
2 tur. l. final. ¶ Ibi, excuſari à damno. ¶ † Ibi, copiam. not. quòd non
ſemper habetur copia iudicis: & ſuper hoc eſt proteſtandum & cõ
gruis horis. C. de anna. excep. l. vt perfectiuus. ff. de no ope. nun. l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi. C. de tempo. appel. l. ſi. §. illud. ¶ Et not. argu.
quòd terminus banni non currit ei qui legitima hora comparuit
ad ſe excuſandum: ſed iudex noluit intereſſe. ff. quando appel. ſit. l.
j. §. quid ergo. ¶ Sed quid ſi non comparuit; tamẽ ſi comparuiſſet,
copiam iudicis nequiuiſſet habere. videtur quòd non currat termi-
nus. ff. de nautico fęnore. l. Labeo. Quid enim obfuit reipublicę ne-
gligentia, ſi diligentia non habuiſſet effectum: vt ff. ſi quis in ius
voc. non ierit. l. ex quacunq;. in fi. dic non excuſari. niſi proteſtetur:
quia ſaltem debuit comparere apud tribunal: licet tribunal ſit mor-
tuum perſona ibi non prędente. Omne enim quod non audit, in-
exorabile eſt: vt l. temperent. C. de veſtibus olòboris. ¶ Nota in ca.
iſto ꝙ dolus & negligentia ſunt paria. ¶ Opponitur quòd reſcri-
ptum perpetuò durat: vt C. de diuer. reſcri. l. falſa. ſolu. iſtud eſt ve-
rum, niſi duo cõcurrant in contrarium: ſcilicet nouella impetratio,
& anni curſus. ¶ Opponitur quòd non durat vltra triennium: vt
C. de iudic. l. properandum. Solutio, illa nihil facit: quia ibi loqui-
tur de ętate iudicij, non de ętate reſcripti: ſic & compromiſſũ per-
petuum eſt, niſi ad iudicium ſit ventum: quia tunc finitur triennio
etiam de iure canonico, cùm non inueniatur coram arbitro corre
ctum ius ciuile: vt notatur. ff. de arbi. l. ſed ſi compromiſſum. & l. itẽ
ſi vnus. & §. ſi multo poſt. & tene menti. ¶ Opp. nam ſi reus impe-
trat, ergo ad excipiendum impetrat: & quę annua ſunt ad agẽdum,
perpetua ſunt ad excipiendum: vt l. plure. in fin. ff. de excep. doli. &
C. de tempo. in integ. reſti. l. petendæ. & C. de excep l. licet. Sol. quæ
dam exceptiones ſunt perpetuę: quædam temporales: vt inſtit. de
excep. §. tẽporales. ff. de inoffic. teſt. l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de iu-
reiuran. l. nam poſtea. § minor. poſtq̃ actio eſt in iudiciũ deducta,
omnis exceptio eſt temporalis. C. ſenten. reſcin. nõ poſſ. l. perẽpto
rias. ¶ Item vbicunque excipiens poteſt ad iudicium principaliter
prouocare. vel dic quòd iſtud. c. intelligitur quando reus impetrat
in reali iudicio, vel in duplicibus iudicijs, vel in interdicto vti poſſi
detis. ¶ In ſimplicibus enim iudicijs non poteſt reus trahere acto-
rem ad cauſam, niſi ipſe reus primò eſſet tractus fortè coram ordi
nario, vel forte niſi controuerſiam extra iudiciam pateretur, ſuper
qua poteſt petere imponi ſilentium diffamatori. vt C. de ingenuis
& manumiſſ. l. diffamari. & gloſſ. ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. cẽtum.
ſuper receptiõe etiam teſtium poteſt reus impetrare. j̃. de teſti. c. ſi
3 gnificauit. ¶ † Et prędicta faciunt ad quęſtionem de tutore, qui fi-
nita tutela petit ſibi fieri refutationem generalem. nam hoc nõ po
teſt neq; tanq̃ actor: quia debitor rationum reddendarum: neque
tanq̃ reus: quia nullum iudicium incipit à reo: niſi dicas quòd mo-
dus eſt iſte, quòd reus offerat ſe paratum reddere rationem de vni
uerſis: quia reddita petit declarari ſe vlterius nõ teneri: quia in gene-
ralibus iudicijs procedit ſententia tam condemnatoria quã abſo-
lutoria. generaliter tamen vt fiat ibi confeſſio, vel pactũ, nõ poteſt
petere, de ſolutis: vt l. quid ergo. verſ & nemo dixit. ff. de contrario
iudi. act. tutelę & no. per Bar. ff. de tranſac. l. cum aquiliana. quia ne-
a mo cogitur[a] in nube. i. in obſcuritate contrahere vel diſtrahere. vt
de noua forma fidelitatis. cap j. ¶ Dic ꝙ iudex debet dare calcula
torem qui reuideat rationẽ. C. de vſuris pup. l. ſi. & adde quod ple-
nè dixi in d. l. diffamari. in lectura. ¶ Item Petrus & Cyn. C. de non
nu. pecu. auth. hanc querelam. dicunt ꝙ exceptio nõ poteſt princi-
paliter intentari, niſi datur exceptio ex eo: quia ſibi cõpetit actio
vt in exceptione nõ numeratę pecunię, & non numeratę dotis. &
bñ dicũt per id qđ no. in l. iij. C. de dotis ꝓmiſ. & illa nõ eſt propriè
exceptio ſed q̃rela: & q̃rela eſt nomen cõueniens vtriq; parti. ff. de
inoff. teſta. l. papinianus. §. ſi filius ff. de mino. l. p̃ſes. ſic enim lex eã
vocat: & creditor ꝗ recipit cõfeſſionẽ ſpe futurę numerationis, na
turaliter eſt obligatus ex tacita conuentione ꝙ aut numeret, aut
liberet. facit. ff. ſi cer. pe l. qui pecuniã. & quod no. per Cy. C. ſi cert.
pe. l. ſi non ſinguli. dic vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ¶ Vide tex. & ibi Bal. multum no. in l. iij. §. per contrarium. ff. de contra. iud.
tute. & Roma. conſi. clv. Fel. in c. ſignificauit. j̃. de teſtament.

CAP. X.

1 *Reſcriptum impetratum ad iudices incertos non valet.*

AD hæc ſumus. Non valet reſcriptum per qđ incerti iudices dant, vel per qđ futura negocia ꝯmittunt. ſecunda pars ibi, nos igit. ¶ Caſus. Quidã impetrabant literas à ſede apoſtolica, in ꝗbus continebantur omnia negocia ipſorũ tam p̃ſentia q̃ futura: & quidam impetrabant iudices: papa decernit has literas carcere viribus tribus rationibus: prima, quia eneruant examen ordinarij: ſecũda, quia dant materiam impetrandi ſuſpectos: & tertia eſt interdictio generis ſeu alternationis. ¶ Nota ꝙ generalitas reprobat: quia parit
a confuſionem[a] alibi; aut approbamus ſiue agamus de iuriſdictione
cõferenda, ſiue denegãda. ff. de alcatoribus. l. i. §. quod aũt. ſed ibi iõ
eſt, ꝗa natura legis eſt generaliter determinare. ¶ Adde ꝙ quęcun-
que cauſę cognitionem deſiderant, etiam voluntariã, nõ extendũ
tur ad futuras cauſas. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. l. item
eorum. §. ſi decuriones. ꝗa futura non poſſunt cognoſci per ſuas
cauſas: quia nondum ſunt in rerum natura. ¶ Ibi, de cãcellaria no.
quòd cancellaria nõ dat vires literis inualidis. ¶ † Ibi, cancellaria ne
gocia. ſuper hoc etiam vocabulo negotia continentur: vt ff. de in-
iur. l. ſed ſi vnius. §. procuratorẽ. ¶ Ibi, elegerunt. quẽdo plures ſunt
1 impetrantes exiſtentes in curia: idem ſi vnus. ¶ † Et nota, ſicut non
valet

ADDITIO.

a ¶ Alex. conſi. lxviij. vl. col. in v. vol. Barb. conſil. xvj. ij. col. ſecundo lib.

valet rescriptum impetratum ad iudices incertos: ita non valet si
impetrator est incertus. ¶ Opponitur quòd vniuersitas causarum
bene potest delegari. vt ff. de iurisdi. om. iudi. l. solet. & l. prætor.
¶ Sol. hoc est verum nisi generalitas sit nimia: vt quia cõtinet præ
sentia & futura, & separata: qa futura nunc intelligi non possunt q
nondum sunt. argumẽ. ff. de tutelis. l. quod dicitur. & ff. de iure fisci.
l. ita fisci. & c. literas. de rescrip. in clemen. ¶ Aliquãdo habemus ꝙ
consensus super præsentibus excludit eadem futura. vt C. de remis.
pigno. l. solita. quia vnum & idem non potest censeri tanq̃ præsens
& futurũ: nec tanq̃ extinctum & resuscitatum. ff. de sol. l. qui res. §.
aream. Quæro, quid si papa ex certa scientia facit istam commissio
nem: nunquid valet, dicit glo. quòd sic. quia papa habet plenitudi-
nem potestatis: & certa scientia supplet omnem defectum proce-
dendum & interpretatione legum, vel ex iuris apicibus hanc glos.
tene menti perpetuò.

CAP. XI.

1 *Latinitas falsa vitiat rescriptum.*
2 *Literæ apostolicæ debent esse omni vitio purgatæ.*
3 *Grammaticalis defectus non debet esse in literis apostolicis.*
4 *Et quid si non est defectus in constructione; sed deficit litera.*
5 *Statuta terrarum an vitientur propter malam latinitatem.*
6 *Tabellio si erret, an vitietur contractus, testamentum, siue scriptura.*
7 *Error notarij qualiter probetur.*
8 *Error incertæ grammaticæ an sit error iuris vel facti.*
9 *Error in geometria vel mensura non vitiat scripturam.*
10 *Grammatica falsa an vitiet rescriptum continens plura capitula separata in quorum vno continetur falsa grammatica.*
11 *Vitiato accessorio an vitietur principale.*
12 *Masculinum an concipiat femininum.*

1 AD audientiam. †Falsa latinitas vitiat rescri
ptum Papæ. secunda pars
ibi, quibus. ¶ Casus. Quidam impetrauit literas super
sua absolutione ad ordinarium: modo ordinarius inue
nit in literis malam grammaticam: quæritur quid iuris? responde-
2 tur literas non valere. ¶ †Not. quòd literæ apostolicæ debent esse
omni vitio purgatæ. & deficiendo in figura literarum deficiunt in
figura substantiæ. arg. eorum quæ notantur. ff. de actio. & obliga. l.
3 non figura. ¶ †Not. quòd in literis apostolicis non debet esse gram
maticalis defectus: & sic scribæ cancellariæ debent esse valde peri-
ti in arte grammaticæ. ¶ Sed quid si potest esse defectus & non de-
fectus. respondeo verba in dubio debent sic intelligi quòd non sit
in constructione peccatum: vt ff. de auro & argento legat. l. plau-
cius. vbi est text. not. quia ordo conuersus non vitiat rescriptum,
sed reducitur ad iuris ordinem: vt ĩ. eodem tit. c. causam. argumen.
ff. de pec. leg. l. quidam. Nam ordo verborum reducitur ad ordinẽ
intellectus & rationis. ff. de hære. institu. l. talem. ¶ †Sed quid si non
4 est defectus in constructione, sed deficit quædam litera? videtur nõ
nocere: vt ff. de manumi. testa. l. qui habebat. Contrarium est verũ,
si ex hoc surgit notabilis defectus in arte scribendi: quia grammati
ca est ars rectè loquendi rectèque scribendi. Not. in Spe. de rescrip.
præsentatione. §. j. igitur. ¶ Sed quid si est superfluitas in vna litera,
vel in vna syllaba, vel verborum inculcatio. dic non vitiari rescri-
ptum: vt ff. de aur. & arg. lega. l. pediculis. §. Neratius. ff. de pecu. leg.
l. si peculium. §. j. siue sermo excedat naturam actus, siue natura ex-
cedat sermonem, non debet attendi: quia potentissima est, & in om
ni re obtinet principatum. ff. de vsu. l. si stipulatus. ¶ Quæro nunqd
testamentum, vel alia instrumenta vitientur propter malam latini
tatem? dic quòd non vt C. formulis l. j. & C de test. l. quoniam indi-
gnũ. ¶ Itẽ potest testamẽtũ ꝑ parte fieri in literali sermone, & pro
alia parte in vulgari loquela: nec ꝑ hoc vitiatur. Itẽ ꝑ pte in græco,
pro parte in latino. ff. de excusa. tuto. l. j. ¶ †Quæro nunquid statuta
5 terrarũ vitientur propter malã latinitatem? videtur ꝙ sic: quia sta-
tuta & rescripta sunt paria: nisi forte essent statuta rusticorum, qui
non cognoscunt literas. arg. C. de testa. l. fin. Mala grammatica non
vitiat dispositionem legalem, si post per figuram saluari. C. de fidei-
6 com. l. eã quã. C. familiæ herci. l. filium. ¶ †An autem error tabellio-
a nis [a] vitiet contractũ scripturam, vel testamentum. dic quòd si scri-
ptura caret solennitatibus, non valet scriptura. si contractus caret
substantialibus, non valet contractus. si acta iudicij vel registri ca-
rent debita forma, similiter non valẽt. licet ex imperitia tabellionis
vitium natũ sit: quia nonnunq̃ imperitia vitiare consueuit. ĩ. eod. c.
super literis. ff. de iurisdi. om. iudic. l. si per errorem ff. de appella. l. j.
§. ij. Sed propter malam grammaticã non vitiatur processus. ff. de
re iudic. l. actorum verba. qa ius nostrum vadit ad realitatem. C. de
testa. l. ambiguitatem. per Cy. Per imperitiam impeditur ne res pro
ducatur in esse de nouo. sed non resoluitur quod productum est. ff.
fami. her. l. si filia. ¶ Sed quare institutio hæredis si deficit solenni-
tas assertoria testium, non valet vllo modo, & legatũ valet natura-
liter? Respondeo legatum est obligare valẽs sed non hæredis insti
tutio. l. quintus. §. j. ff. de an. leg. Item quia vbi maius periculum so-
lennius est agendũ. dixi. C. de iuris & fact. igno. l si post diuisionem.
7 ¶ †Quæro qualiter probetur error [b] notarij? respondeo per testes
b legitimos & numeri sufficientis, dicentes rem aliter se habere, red-
dendo causam scientiæ. nõ enim sufficit ad reprobandũ tabellionẽ
testimoniũ sine causæ redditione: vt l. optimam in fi. C. de contrah.
& commit. stip. & si error supponit aliam dispositionem i. alterius
incõpatibilis formæ tot testes requirũtur in probãdo errore, quot
exiguntur in probãda dispositione. de leg. ij. l. cum quæritur. Si au-
tem non implicat aduersatiuã dispositionem, sed simpliciter negat
quod scriptũ est verum, tũc loquitur. l. j. in fi. ff. quemadmodũ test.
8 ape. & ĩ. de fid. instru. c. cum Ioannes. ¶ †Quæro an error incertæ
grammaticæ sit error facti vel iuris. neuter est. sed potius æquipol-
let iuri qa deprehenditur error sine adminiculo alterius probatio-
nis. ¶ Vnde omnis regula cuiuscunque artis etiam mecanicę potest
appellari ius: vt l. j. C. de errore calculi. quia ius nostrum approbat
scientias omnes veras. ff. de iniur. l. Item apud. § si quis astrologus.
9 ¶ †Quid si est error in re naturali, vt in boue & asino. respondeo vi
tiat. vt ff. de leg. j. l. si quis in fundi vocabulo. sed error in geometria
vel mensura nõ vitiat scripturã sed reduci debet ad bonũ & æquũ.
ff de actio. emp. l. Iulianus. §. Titius. integra præbenda nõ continet
dimidiam præbendã: quia non sunt hic totum & pars, sed omnino
disseparata: vt ff. de aur. & argen leg. l. qui lancẽ. & ĩ. c. cui de non sa
cerdotali. de pręb. lib. vj. ¶ Quęro nunquid vnus & idẽ contractus,
seu vnũ intellectuale: vt no. in l. j. ff. de testa. possunt fieri in scriptis.
dicit Iaco. de Arena ꝙ sic, vt C. de testa. l. hac consultissima. § si per
10 Cy. ¶ †Sed quid si rescriptum continet plura capitula separata, &
falsa grammatica est in vno capitulo, an aliud vitietur? & videtur
quòd non: quia vtile per inutile non vitiatur. sed illud est verum
quãdo vtile stat per se in essentia & fide veritatis. sed hic deficit au
toritas & fides: ideo non valet: quia fides eiusdẽ scripturæ est indi
uisibilis ĩ litera. hic dicit fidem volumus adhibere ad hoc. ix. dist. c.
11 si ad sacras. & c. pura & simplex. ¶ †Ex his cõcludit quòd licet vi-
tiato accessorio non vitietur principale: quia stat per se, tamẽ ecõ
tra vitiatur vtrumq;. Idem vbi deest forma quæ concernit totum
dispositum. l. pedius. de arbi. de vsu & habitatione. l. per seruum. ff.
si vsusfru. peta. l. j. ¶ Si stipulor hoc modo, promittis mihi omnes
seruos tuos. & tu respõdes promitto omnes pręter talem, in nullo
valet stipulatio. Sed si nominatim dico, ꝓmitto duos, puta Damã
& Erotẽ: & tu dicis, promitto Damã nõ Erotem: bene valet in Da-
ma. vt eleganter no. ff. de ver. obli. l. j. §. cum adijcit. detractio ergo
particularis quandoq; totum vitiat: vt ff. qui & à qui. l. si optio qa
12 cum iuris rationibus non concordat. ¶ †Quæro nunquid in priui-
c legijs masculinum [c] concipit fęmininum. & videtur quòd non: qa
non est omnino congrua grammatica quę fit per figurã conceptio
nis generum. nec naturalis significatio sermonis: quia si esset natu-
ralis, semper idem significaret quod falsum est l j §. quare. ff de vẽ.
in poss. mit. ¶ In contrarium videtur: quia vsu veterum masculi-
num cõcipit fęmininum si potest adaptari. ff. de leg. iij. l. Lucius. §.
quasitũ. ff. de pact. l. tres fratres. ¶ Adde si neutri generis supponit
pro vtroque sexu, non est mala grammatica si adaptari potest. vt
no. in l. j. C. si seruus extero. ¶ Sane in officijs masculinum nõ con
cipit fęmininũ vnde si testator dixit relinquo fratres meos executo
res mei testamẽti, nõ intelligitur de sororibus. ff. de cur. fur. l cuius
bonis. qa fęmina habet inualidũ consilium. sicut nec de pupillo qui
habet consilium imperfectum: vt l. si C. de legitima tute. ¶ Mulie-
res præeminentiam gradus in administratione non habent. quod
dic vt not. Ioan. An. in no. de pęn. & remiss. c. noua quædam. Bald.

ADDITIONES.

a ¶ Vide omnino scripta latissime per insignem doctorem. d. vitalẽ gãbanis olim regni Siciliæ vice prothonotarium in suo solenni tractatu clausularum folio. xxxvij. & xxxviij.

b ¶ Vide eundem Bal. in l. cum proponeret. ff. de le. ij. & oĩo scripta profunde per. d. vitalem in tractatu clausularum foli. xxxix. ij. colum. in fin. cum se. in ver. restat videndum qualiter error notarij probetur.

c ¶ Vide scripta per. d. Baptistam de Sancto Seuerino in l. si quis id quod. ff. de iuri. om. iud.

CAP. XII.

1 *Taciturnitas primi rescripti quod impetrauit appellans non facta mentione de sua appellatione, non potest opponi contra rescriptum secundum.*
2 *Restituendum ecclesiæ potest restitui prælato.*
3 *Positio quando fit de facto aduersarij, potest alternatiuè fieri: secus si de facto proprio.*
4 *Et procedit positio alternatiua quando contractus est alternatiuus.*
5 *Positiones & articuli assumi debent de corpore libelli, & fieri debent post litem contestatam.*

6 *Appellatione*

6 *Appellatione pendente si per innouantem aliquid innouetur absque eo quòd aliud probetur, reuocatur in irritum.*
7 *Appellationem deserens condemnatur in expensis.*
8 *Expensæ ratione appellationis desertæ qua actione veniant.*
9 *Renunciare an videatur qui sententiæ pro se latæ non defert.*
10 *Appellationi propriæ an teneatur quis deferre.*
11 *Appellatione deserta non oportet super desertione expresse pronunciari.*
12 *Appellationem non prosequens debet condemnari in expensis.*
13 *Sententia appellationis desertæ est diffinitiua processus: sed respectu principalis est interlocutoria.*
14 *Renunciari appellationi an possit sub conditione vel modo.*
15 *Renunciari appellationi an possit procurator.*

1 EX parte.S. † Non potest contra secundum rescriptum opponi taciturnitas primi quod impetrauit appellans de sua appellatione mentione non facta. ¶ Et sunt tres partes. In prima tangit quæstionem, diffinitionem, appellationem & impetrationem. In secunda vnius partis prosecutionem. & alterius negligentiam & dolositatem. ¶ In tertia finalem determinationem. secunda ibi, cunque. tertia ibi, ideoque. ¶ Casus, præmitte quòd capella de Ebeton subderat matrici ecclesiæ de Tarente. ¶ Item quòd Stephanus erat persona. id est rector dictæ matricis ecclesiæ qui in dicta capella tenebat capellanum. ¶ Item quòd Otto diaconus egit coram ordinario ad dictam capellam: & cum succumberet, appellauit, & iudices impetrauit de sua appellatione mentione non facta. Ioan. An. Et demum spoliauit dictum Stephanum, & dictum capellanum: & tandem stetit per biennium quòd dictam appellationem non fuit prosecutus. Post impetrationem autem dicti Ottonis dictus Stephanus alios iudices impetrauit, coram quibus petebatur innouata rescindi, & capellam sibi restitui. Sed Otto dicebat quòd istæ secundæ literæ non valebant: quia non faciebant mentionem de primis literis impetratis ab ipso Ottone. Papa mandat dictis iudicibus impetratis per dictum Stephanum quòd faciant dictam capellam restitui matrici ecclesiæ, & dictum Ottonem condemnent in expensis. non enim oportuit fieri mentionem de primis literis dolo & negligentia ipsius Ottonis nõ prosecutis. ¶ Ibi, ex parte. s. Stephani. Ibi, personæ. i. rectoris: quia quilibet rector potest dici persona ecclesiæ largo modo. aliter sumitur. s. eo. c. ad aures. s. pro dignitate. & dicitur persona. i. per se sonans, i. præeminens, siue regens.
2 † Dicit Io. An. in c. sciant cuncti. de elec. li. vj. in nouel. quòd illud quod est restituendum ecclesiæ potest restitui personæ siue prælato. minister est enim vt ff. de eui. l. si ideo. in §. j. ff. de annu. le. l. annua. §. j. ¶ Ibi, prædictam ecclesiam. scilicet de Tarente. ¶ Ibi. o. i. Ottonem. ¶ Ibi, iã. i. nunc amoto capellano. ¶ Ibi, nomine ipsius. S. vnde ipse. S. per dictum capellanum ministrabat. s. quondam. ¶ Ibi, quam. s. appellationem. Ibi, prosecutus. s. plebanus id est rector matricis ecclesiæ. ¶ Et sic not. superiorem agere de expulsione inferioris. Nimirum, quia eius nomine possederat. C. si per vim vel alio modo. l. j. ff. de acquir. poss. l. si quis vi. §. differentia. ¶ Item nota super appellatione deserta appellatum impetrare posse. & quod sit officium iudicis ponitur hic. appellans autem non posset impetrare appellatione deserta: quia exceptio appellationis desertæ est exceptio rei finitæ nisi esset dubium. ff. de condi. indeb. l. eleganter. §. si post. ¶ Ibi, non curauit. s. coram iudicibus à se impetratis: quia non erat eis vsusfructus. i. suffultus possessione facti cogitans, quasi frustra peteret quod intus habet: vt institu. de leg. §. si res. & l. j. §. interdum. ff. vti possi. Ibi prædictorum iudicum. s. secundorum. ¶ Ibi vocatus. s. Otto. ¶ Ibi, vsque inclusiue vel exclusiue non est vis. ¶ Ibi, dicit, excipiendo verbotenus. & sic declinatoriam posse opponi sine scriptis. ¶ Ibi, dolo vel negligentia. ista erant verba Stephani vel sui capellani contra Ottonem. Et no. quòd dolus & negligentia quantum ad refectionem expensarum idem operantur. nec prodest iuramentum calumniæ desertori. ¶ Et no. posse sumi argumentum ex præsumptione alternatiua.
3 ¶ † Item no. ar. quòd positio potest fieri alternatiuè cùm quis ponit de facto aduersarij: secus si de suo proprio. concor. j. de restit. in integ. c. constituts. & j. de consti. c. audi. secundum Inno.
4 ¶ † Adde quòd procedit positio alternatiua, quando contractus est alternatiuus: quia sumitur de eius corpore, nisi actor teneatur eligere. vt no. ff. de tributo. l. quod in hæredem. §. eligere. ¶ Item adde quòd articulus dubius debet declarari vt no. ff. de iureiur. l. iusiurandum & ad pecunias. §. pe.
5 ¶ † Positiones & articuli debent assumi de corpore [a] libelli, vel de conferentibus ei. Sed interrogationes non oportet oriri de corpore petitionis: quia plerũque fiunt non oblato libello: & ideo positiones debent fieri post litem contestatam: interrogationes ante sententiam & vbicunque locorum. ¶ Ibi, cum biennium. no. moram & dolum præsumi ex
6 temporis lapsu. Item no. quòd biennium dicitur diu. ¶ † Ibi, reuocatis. not. innouata per appellantem appellatione pendente absque eo quòd aliud probetur, in irritum reuocari siue appelletur à diffinitiua, siue à grauamine, vt patet in prima glo. & est ratio: quia ex quo est appellatum, appellatio est communis quasi vterque appellet quatenus sua interest alterutro appellante: vt C. de appel. l. amp iorem. in prin. & argum. C. de temp. in integr. restitut. l. petendæ. ¶ Ibi, constiterit quod probatur solo cursu biennij: vt no. Hostien. j. de renunc. c. in præsentia. statim quòd est elapsum biennium absque alia causæ cognitione debet fieri executio: [b] & præsumitur pro sententia secundum Hostien. & Io. And. ¶ Item not. quòd non est necesse quòd super desertione appellationis pronuncietur, ex quo constat de cursu biennij, vel de tacita renunciatione. arg. C. de pac. l. postquam liti. C. de fide instru. l. iii. facit quod not. C. de appella. l. eos. in prin. & ff. de exc. tuto. l. scire oportet. §. consequens. ff. de mino. l. intra vtile tempus. & argu. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. Seiæ egressæ. Item not. quòd super libello rectoris fertur sententia pro ecclesia, & valet absque commemoratione rectoris in verbo ecclesiæ. ¶ Ibi, restituere. id est restitui facere vel quod iudex potest restituere inuito detentore: vt ff. de acquir. posse. l. qui vniuersas. §. item cum prætor.
7 ¶ † Ibi, in expensis not. quòd ille qui non prosequitur appellationem propriam sed eam deserit, condemnetur in expensis etiam si est deserta temporis cursu, & sic remanet officium iudicis in accessorio. i. cum expensis: licet finitum sit in principali. & est ratio, quia accessorium erat iam deductum in iudicium & perpetuatum. argu. ff. de rei vendi. l. vtique. non ob. C. de fruc. & litis expen. l. terminato. quia ibi iudex erat omnimodo functus officio suo plenè per diffinitiuam, hic non. & sic not. quòd temporis cursus
8 non habet vim diffinitiuæ ¶ † Sed Hostien. dicit quòd expensæ ratione appellationis desertę veniunt per condictionem ex canone: quia ius dicenti non est obtemperatum. & ideo possunt peti de per se, iuxta not. in auth. de iudic. §. oportet. & ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. l. j. §. fin. No. in isto. c. quòd maior siue minor ecclesia potest defendere & agere pro capellis suis. dic vt j. de iudi. c. cũ deputati. Item not. quòd ille qui extra iudicium appellationi suæ
9 non defert, videtur appellationi renunciare. ¶ † Quæro de eo qui nõ defert sententiæ pro se latæ vtrũ videat renunciare sñiæ. Rñdeo non si iusta est. tex. est vnicus in iure. ff. de au. & ar. le. l. Ticiæ amicæ. No. ex cursu temporis dolum præsumi & negligentiam vere probari: & sic surgunt duo sub quadam alternatione. s. præsumptio doli, vel probatio culpæ. ¶ Not. quòd in omnino negligente semper præsumitur dolus. ¶ Not. in causa appellationis venire refectionẽ expensarum ratione appellationis desertæ. nec distinguo vtrũ appellans habeat iustam causam appellandi necne: quia cõtumax semper debet condemnari in expensis. C. de iudi. l. properandum. §. si autem. & l. sancimus. & C. de fruc. & lit. expen. l. non ignorat. Si autem appellans succumbit: quia non potest iustificare appellationẽ, tunc cõdemnatur in expensis quia frustratoriè appellauit, & iniustè. idem in cã nullitatis. & adde quod no. in c. præsumitur. de regul. iu. lib. vj. & quod dixi in l. generaliter. §. si & iudex. C. de rebus credi. in lec. mea solenni. ¶ Not. insuper quòd de appellatione frustratoria, vel cui est renũciatum non oportet quòd in contrarium impetrãs faciat mentionem: quia talis appellatio non potest nec rationabiliter mouere principem ad scribendum: nec dicitur supprimi illud quod nõ est necesse exprimi: quia suppressio vitium notat. & hic est vitiũ. j. de resti. spolia. c. ex conquestione. secundũ Ber. ¶ Quærit prima glo. super quo appellatum fuit. respõdet super diffinitiua vel interlocutoria lata super aliquo articulo. olim poterat appellari à motiuo iudicis comminato vel patenti: hodie non nisi instet periculũ,
10 puta torturæ, vel maius eo. C. de ap. l. si quis prouocatione. ¶ † Secũda glo. quærit an teneatur quis deferre propriæ appellationi. & dicit quòd sic. alioquin videtur renunciare appellationi. & eo ipso iudex à quo põt procedere & dicit quòd raro hoc alibi inuenies nisi hic. Ber. Sed imo videtur casus in l. chirographis. §. j. de admi. tuto. vbi si appellans alienet pendente sua appellatione reuocatur, licet non per viam attentati, sed in fin. causæ. sed ibi appellatio fouebat alienationem, hic non arg. ff. de infa. l. furti. §. j. & facit. ff. de mino. l. si filius. quia contrarietas siue incompatibilitas sui officit appellationi: sed non officit illud quod appellationem non habet impugnare. ¶ Tertia glossa quærit super quo fuerunt literæ impetratę? & demum dicit quod appellatio ab initio præsumitur frustratoria si nõ est prosecuta. quod est notandum. ¶ Quarta glossa dicit, & ponit quasi formam libelli. & subdit quòd literæ impetratæ in forma cõmuni non impediũt restitutionẽ spoliati. ¶ Alia glossa dicit quòd qui appellat, si impetrat, debet facere mentionem de sua appellatione & aduersarius eodem modo. de hoc etiam no. j. de appel. c. oblatæ. in fi. & facit in aut. j. medio litis nõ fieri sacras formas. & in aut. vt cum de app. cogno. in prin. sed ibi nõ loquitur in impetratione iudicis

ADDITIONES.

a ¶ Vide scripta per Franciscum Curtium in tract. suo positionum post tit. C. de iura. calum.

b ¶ Adde Bar. & quæ ibi scribuntur in l. j. in fine. ff. nil no. appel. pen.

iudicis ſed in nouo iure promulgato.¶Alia gloſſ. dicit, ꝙ qui non
proſequitur appellationem vllo modo,niſi habeat iuſtum impedi-
mẽtum,reputatur deſertor elapſo anno: a iãs requiritur biẽnium.
11 ¶†Item colige hic quòd deſerta appellatione non oportet ſuper
deſertione expreſsè pronunciari quãdo patet ex actis iudicis. vide
Barto in l.cum querebatur. ff.de re iud.demum. ĩ.'ſubdit quòd an-
nus & biennium ad proſequendum appellationem ſtatuitur fauore
appellantis non appellati: quod eſt verum dum pendet. ſed poſt
eius lapſum eſt fauor appellati: qa pendentia termini & lapſus eius
ſunt cõtraria effectiuè.ff de leg ij.l.ſtatulibe § Stichum.& interdũ
terminus iudiciorum eſt deciſiuus ſiue diffinitiuus: & tunc ꝑpter
rigorem iudiciorum ſeruandorum irremediabiliter clauſa eſt iudi-
ciorum copia.interdum habet vim interlocutoriæ & tũc re integra
& ſaluo intereſſe aduerſarij auditur quis poſt terminum: aliter nõ.
quia nõ eſt ei clauſa iudiciorum copia qui lege permittente purgat
moram. C.de iud.l.ſancimus.de conſtitu. c.ex literis. & ff.de optio-
ne legata.l.mancipiorũ.& ibi melior tex.de hoc qui ſit in iure.¶De
mum opponit quòd poſt lapſum biennũ neuter poſſet appellatio
nem proſequi quia debent ambo eodem iure vti. Soluit quòd nõ
vi appellationis ſed vi ſpoliationis.tu dic quòd vi appellationis quã
appellatus poteſt proſequi etiam elapſo biennio,licet appellans nõ
poſſit proſequi: quia iſte terminus concludit appellanti,non appel
12 lato.argu.C de in integ.reſt.l.petendæ.¶†Vltima gloſ. dicit quòd
ille qui non proſequitur appellationem,debet condemnari in ex-
pẽſis,quia impediuit iudicis officium primi proceſſus vt C.de fruc.
13 & lit.expen.l.litigator.& ibi per Cyn.¶†Sentẽtia appellationis de-
ſertæ eſt diffinitiua ꝑceſſus: ſed reſpectu cauſæ principalis eſt inter
locutoria & pediſſequa ſeu mercenaria: quia non fertur directè ſu
per libello cauſæ ſed ſuper proceſſibus.C.quomodo & quãdo iu.l.
ſi præſes.quaſi nec de per ſe libellum requirit vt no.ff.de inter.acti.
in rubrica ¶Item tempus fungitur vice arbitri.ff.de ex cuſ.tut.l.ſci
re oportet.§.conſequens.illud eſt certum quòd non debet claudi iu
diciorum copia ei qui negligens non fuit.C.de appel.l.præſes ¶Itẽ
not.quòd deciſum tacitè ſolo temporis curſu adhuc deciditur ex-
preſſe per ſententiam declarantem.Simile no.ff.ad Treb.l apud Iu-
lianum.§ j.¶Item no.ꝙ hic fit condemnatio expenſarum,& tamẽ
non apparet quod fuerit petitum hoc in iudicio. de hoc in l. iiij.§.
hoc iudicium.de dam.infe.per Dy.quia poſt litem conteſtatam ſu-
mus ſed ante litem conteſtatam non veniunt expenſæ niſi petãtur
expreſsè.de dam.infe.l.ſi quis miſſum.§.iudex.& ſi non ſunt ad vn
guem probatæ expreſsè,iudex taxabit eas ꝓprio motu.ff.de leg.ij.
14 l.ſi quod ex Pamphila.& quod ibi no.per Bar.¶†Quæro nunquid
poſſit renunciari appellationi ſub conditione vel modo.reſpõdeo
ſic.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit. ¶Quæro an impedi-
tus in vna die anni primi habeat ſecundum annum integrũ: an ve-
rò habeat ſolam reſtaurationem deperditi temporis: ſicut quando
quis de iure ſpeciali iuuatur per reſtitu.in inte.ff.de mino.l.'fin.Sol.
aut fuit diligẽs in principio,& negligens in fine,aut econtrà.Primo
caſu ſi non profuit ei diligentia propter caſum impedientem,& tã
dem fuit in mora quia reſtabat idoneum tempus ad totum explicã
dum.& dicunt quidam ꝙ ſibi imputet: quia non qui incæperit,ſed
qui ꝑſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. & quia tempus negli
gentiæ corrodit tẽpus impedimenti quod fuerat.ff.ex qui.cau.ma.
l. non enim negligentibus. & quia vltima mora cuilibet eſt nociua.
ff.de acti.emp.l.ſi ſterilis.§. cum per venditorem. & ff. de peric. &
cõmod.rei vẽd.l.ſi per emptorẽ.ff.de arb.l.celſus.ff.de ope.no.nũ.
l.pretor.§.ſi aliquando.& omnis laus & blaſmum in fine canitur,&
facit.ff.de lib.agno.l.j.§.eleganter.Si autem non reſtabat idoneum
tempus explicandæ litis,totus ſecundus annus datur.C de tempo.
appel auth.ei qui.& argumen.in l.ij.ff.de annu.leg.ff.de verb. obli.
l.& ideo hæſitatur.¶Secundo autem caſu quando in principio ne-
gligens,in fine diligens fuit, tunc ſecundus annus integrè datur in-
diſtinctè pro ſecundo: & vltimo tali.ĩ.de appellationi.c.ex ratione.
15 per Innocen. ¶†Sed an procurator poteſt renunciare appellatio-
ni.dic ꝙ ſic tacitè curſu temporis.C.de vſu.l.aduerſus & argum.C.
de his qui vt indig.l.Polla. & iſtud eſt verum vbi tenetur proſequi:
ſecus ſi non tenetur proſequi.C.de proc.l.inuitus.expreſsè aũt po
teſt renunciare appellationi à ſe interpoſitæ,ſed non interpoſitæ ꝑ
dominum.ff.de no.ope.nun.l.procurator.¶Tu dic cum cauſa poſ
ſe,ſed abſque cauſa non poſſe: quia eſt domino ius quæſitum.ff.de
procura l.ignorantis.ff.de contra tabu.l.ſi poſt mortem.in fi.ff.mã-
da.l.ſi hominem,

CAP. XIII.

1 *Clauſula quòd ſi non potuerint intereſſe, de qua impotentia intelliga-
tur.*
2 *Impotentia duplex.*
3 *Meritus præſumitur niſi probetur offenſa.*
4 *Infamis ſi ſit delegatus,an poterit ſe excuſare allegando ſe infamem.*
5 *Verbum ſi non poterit,importat conditionem.*
6 *Verbum nolo,ſignificat liberum arbitrium.*
7 *Infamia ſuperueniens iudici poſt litem conteſtatam,an ſuſpendat proceſſum:
& an valeat proceſſus ſi non eſt oppoſita exceptio infamiæ.*
8 *Exceptio,tu es homicida,vel adulter,an poſſit opponi ordinario.*
9 *Degradatus ab officio ſemper repellitur.*
10 *Subſtitutio vulgaris expreſſa poteſt fieri filio præterito.*

SCiſcitatus. Reſcriptum quo ſcribitur pluri-
bus cum clauſula,ꝙ ſi duo vel tres
quibus literæ diriguntur,ipſis exequẽdis ſimul nequie-
uerunt intereſſe,reliqui exequantur intelligitur tam de
impotentia iuris q̃ facti.& antequã procedatur debent hoc canoni
ſtæ notificare collegis,ſi notificari poteſt: alioquin procedere non
poſſunt.Item ſi quis eorũ non vult intereſſe & prætendit impoten
a tiã,[a] nõ excuſatur imò punitur niſi in reſcripto poſitum ſit verbũ
1 noluerint.vide Barto.in l.ſi vni.ff.de re iudic. Caſus patet. ¶†Quæ-
ritur enim de qua impotẽtia intelligitur cũ apponitur illa clauſula
nequiuerunt intereſſe.& reſpondetur de impotentia iuris,vel facti.
de iure eſt exemplum quando non eſt capax iuriſdictionis: vt quia
ſeruus, infamis, vel excõmunicatus de facto. ponitur exemplũ cũ
eſt impeditus morbo vel neceſſitate alterius caſus.¶Secundò quæ
ritur vtrũ reliqui poſſint procedere ſi eis non notificatur excuſatio
abſentis.Reſpondetur quòd nõ ſi notificari poteſt,& ſi nolit notifi
care nõ excuſatur niſi in reſcripto ſit verbũ noluerit appoſitũ. An
proceſſus ſit ipſo iure nullus? & videtur quòd non ff.de acq.hære.
l.ſi quis extraneus §.ſciendũ.in fi.text.notabilis.dicit Cyn.quòd de
iure canonico non quæritur iuriſdictio ignoranti,ſed tunc cũ literę
ſunt præſentatę: ſed de iure ciuili nõ requiritur ſciẽtia. C.mãdati.l.
mandatum in iij.q Cy. ¶Ibi, petitorio. id eſt ſcriptura qa interro-
2 gans.Ibi aut plures.ſ alij † Ibi,tam de iure quàm de facto.no.ꝙ du-
plex eſt impotentia. ſ.de iure, de natura, & de facto ſecundum bo-
nos mores. Item de officio. ¶Item eſt impotentia demeriti, vt in
3 iuribus allegatis in glo.¶†Nota tamen[b] quòd quilibet præſumitur
b meritus,niſi probetur offenſa.ff.de le.ij l.cum pater.§.rogo filia.&
ſic in inſtrumentis donationum accipiuntur illa verba, pro bonis
meritis & ſeruitijs: nec eſt donatio falſa licet merita non interuene
rint.ff.de condi.& demon.l.demonſtratio falſa. tamen certam qua
litatem meritorum verba generalia non probant,ſed ſpecialia pro
bant.ff.de dona l. Aquilius.& l ſi pater C.de colla. l. ſi donatione.ff.
c de caſtren.pecu.l.ſi forte.¶So.concedo,& quando verbum[c] poteſt,
profertur præmiſſa negatiua,ponitur neceſſariò.i. præciſè.vt not.
in c.j.de reg.iur.lib.vj.& ff.de condi. inſti.l. filius. ſed ſi profertur
affirmatiuè quandoque intelligitur.i. poſſibile erit.quandoque. i.re
bus ſic ſe habentibus: vt ff.de condic.ob cauſam. l. quod Seruius.
quandoque.i.habile & facile fuerit.ff.de hære. inſtit. l.ſuus.§. puto.
de verb.ſig.l.nepos Proculo. quandoque verbum poterit, ſignifi-
catum actum perfectum.i.fiet.ff.de ſtatulib.l. ſtatuliberos. § ſi qs.
¶Item aliquando quod non poteſt fieri de iure, debet fieri de fa-
cto,non tamen contra ius ſed præter ius vt ff. de condi. & demon.
l.meuius.ff.de verb.ob.l.quidam cum filium.& adde.l. penul. ff.de
condi.inſti,& l.j.ff.de iniuſto teſt.¶Ibi,ſeruum, niſi publicè pro li-
bero habeatur,& reputetur vt C.de ſen.& interlocu. om. iudi. l.ij.
¶Ibi,infamem.hoc intelligitur quando eſt publica vox & fama ꝙ
eſt infamis: vt no.ff.de teſta. l.cum lege. vbi eſt optima gl.difficile
4 cognoſcitur infamis à contrario.ff.de interro.actio.l.qa.¶†Quæro
ſi infamis ſit delegatus,an ipſe poſſit ſe excuſare allegando ſe infa-
mem.dicit Inno.quòd non.Sed contrà videtur: quia eſt ei infeſtum
comparere in publicum.ff.de excu.tu.l.ſed & milites.§ ſed ignomi
nia.ff.de infa.l.j.de ſenato.l.caſſius.C. ſi ſeruus vel libertus ad decu-
rionatum aſpirauerit.l.j.& ij.li.x.¶Solu.ſi habet collegas q poſſunt
procedere abſque eo,poteſt ſe excuſare:aliter non.quia non eſt co
ram quo poſſit allegare hoc.vt l.ij.de ſtip.ſeruo.¶Ibi,impedimen-
to.vt quando aliàs eſt remotus à iudicando. vt ff. de ſenatoribus. l.
caſſius. vel exautoratus ab aliqua militia: quia exautoratus ab vna
militia vel dignitate,intelligitur exautoratus ab omni,ac ſi nomina
tim ab omni dignitate eſſet degradatus. vt ff.de infamibus.l.ij.§.mi
les.¶Ibi,neceſſitatis,vt quia in vinculis detinetur à latronibus vt ff.
de neg.geſt.l.nam & Seruius.in prin.qui tex.non eſt alibi.vel eſt ita
malè veſtitus, quòd non audet in publicum comparere. vt not. ff.
quibus ex cau.maio.l.in eadem.vel eſt omnino illiteratus & natura
cauſæ requirit peritiorem.Si autem ſit habitus peritus & diſcretus,
bene poteſt eſſe iudex: quia debet inquirere ab alijs quid & qualiter
cum loqui oportet.vt not.in l.ij.C.de ſen.ex periculo recitan.ſecun
dum

ADDITIONES.

a ¶Vide Panor.in c.prudentiam col.iiij.de offic.delega.& in conſi.xxxiij.col.
iij.in ij.dub.vo.ij.

b ¶Quilibet præſumitur meritus niſi probetur offenſa vide Ia. i l. j.C.de ſer-
uis.fugit.& vide Bedam in omilia ſuper illo luce eſtote miſericordes.

c ¶Adde Barto.& ibi plene ſcribentes in l.gallus.in princi.ff.de lib.& poſthu.

dum Bar.¶Et no.hic quòd cum sapientibus iuris debet haberi consilium,si iudex indiget:aliàs non oportet.ff.de his quæ in test.delen.l.proximè.non tamen à suspectis & inimicis.vt no.in auth.de triẽ.& semis.& quod sæpe.facit quod no.ff.de hære.insti.l.illa institutio.
a & no.verba præceptiua [a] directa in alicuius fauorem,sapere consilium,& non mandatum.ff.de lega.ij.l.cum pater.§.mando.ubi de
b hoc.Item not.ꝙ iudex debet eligere sapientiorem [b].C.de inge.&
5 manu.l.si auiam.¶†Ibi,destinare.& est ratio,quia verbum si non poterit,importat conditionem de cuius existentia iudex debet esse certus:aliter non tenet processus vt no.Bar.ff.de condi.& demõ.l.multum interest.Ius etiam facto explicari potest:sed factum potestatiuum nõ potest explicari facto.oportet enim scire ea quæ sunt fundamenti.¶Ibi,excusari.not.non excusari eum qui prætendit ex
6 cusationem quam re vera non habet.¶†Ibi,noluerint.not.quòd verbum nolo,significat liberum arbitrium.ff.de leg.iij.l.fideicommissa.§.quamquam.ff.de hære.insti.l.Cornelius.& l.iam dubitari.ff.de lega.j.l.si ita legatum.§.illi si volet.Or prima glossa est recitata.
7 ¶†Capio gl.super verbo,infamẽ.& quæro nunquid infamia superueniẽs iudici post lit.cõt.suspẽdat processum?gl.dicit ꝙ sic:tamẽ si restituatur ad famã,redit ad eum iurisdictio in eo statu.¶Sed contra hoc opponitur.ff.de cõdi.& demõst.l.intercidit.vbi irritũ factũ per restitutionẽ nõ recõualescit:sed illa lex intelligit de indulgẽtia nõ restitutiõe plena.vt ff.de manu.test.l.aristo.qa in indulgẽtia remanẽt reliquiæ cõdẽnatiõis & infamiæ.¶Quæro an valeat processus,si nõ est opposita exceptio infamiæ post lit.cõt.rñdeo sic vt ff.
8 de proc.l.filiusfamilias.§.veterani.¶†Quæro an ordinario possit opponi exceptio ꝙ est homicida,vel adulter?respõdeo nõ secũdũ Inno.qa autoritas ordinarij officij non excluditur per solã infamiã facti superueniẽtẽ officio iã radicato:sed si esset ad officiũ ꝓmouẽdus & nõ promotus,bene repelleretur ꝓpter infamiã facti.vt d.l.
9 cassius.¶†Degradatus aũt ab officio semper repellitur:vt dicto §.miles & l.iudices.C.de dignitatibus.li.xij.nec potest de nouo assumi ad idẽ officiũ vel aliud publicæ autoritatis.vt not.in auth.de armis.§.fi.colla.vj.Reliquas gl.vt iacẽt expone per teipsum.¶Extra opponitur,hic dicitur quòd clausula de impotentia nõ includit voluntatẽ.cõtrà.C.de hære.insti.l.cũ proponas.Sol.aliud est in substitutionibus quæ sunt fauorabiles:aliud in rescriptis quæ debent restringi.& facit.C.de insti.& substit.l.fi.¶Itẽ si hæredibus ex perpetua volũtate adeũdi statim sequitur impotẽtia adeundi,vt C.de repu.hære.l.sicut secus in rescriptis:qa nolẽs fieri iudex cogitur.ff.de iuri.om.iu.l.eũ qui.arg.ff.ad treb.l.facta.§ si quis.& C.ad trebe.l.nõ iustam.¶Quæro an per potentiã pendentis cõditionis innouetur obligatio pura?respõdeo nõ:sed interdũ suspẽditur interim si sunt eiusdẽ generis vt duo cõtractus circa idẽ,ita quod vltimus fit contractus stipulationis.Nã per nullũ aliũ ɔtractũ fit nouatio ipso iure
c nisi per contractũ [c] stipulationis vt C.si cer.pet.l.si ex precio.ff.de pactis.l.si vnus.§.pactus.& ff.pro socio.l.duo.dico ergo ꝙ in suspẽso retinetur interim:sed existẽte ɔditiõe fit perfecta nouatio.vt ff.si cer.pet.l.pecuniam.nec ob.ff.de ɔdi.& demon.l.nõ ad ea.vbi sunt eiusdẽ generis.& tamen nõ fit nouatio.ibi enim vtraq; erat vltima voluntas & sic eodem genere dispositionis.Solu.ibi erat implicita dispositio ad vlteriorẽ prouidentiã,vt ibi nota.si autẽ nõ sunt eiusdẽ generis vltima voluntas & contractus,pendente cõditione non fit suspensio.vt l.purè.in prin.ff.de excep.doli.¶Quæro vtrum ex possibili de facto sequatur necessariũ de iure.hic volet intellectus extra capitulũ.Respondeo videtur quòd sic.nã si testator instituit in primo testamẽto hæredem purè,i secũdo testamẽto sub ɔditiõe possibili,necessariò sequitur quòd primũ testamentũ est sublatũ:vt ff.de iniusto testa.l.cũ in secũdo.dicit ibi gl.dũmodo sit possibile in cõditionis euentu adiri hæreditatẽ de iure ciuili.nõ enim sufficit,si possit bono.poss.peti.& verũ dicit si talis bonorũ possessio sit apta rescindi per querimoniã seu impugnationẽ filij præteriti vt ff.de liber & posthu.l.si filius qui in potestate.cõiuncta.l.filio præterito.de iniusto testa.declaro;qa si præteritus.j.annũ non irritat testamẽtũ,potest institutus elapso anno petere bonorũ possessionẽ secũdũ tabulas si dubiũ erat de statu.i.an præteritus esset filius necne.vt ff.ad carbonia.l.si impubes.§.quæsitũ.qui tex.nõ est alibi.Tamẽ constito postea quòd est filius,& ꝙ dicit nullum,illa bonorũ possessio secundũ tab.euanescit.¶Porro ius dicendi nullũ est perpetuũ:quia ciuile remediũ est.C.de iure delib.l.suũ hęredem.& suus hęres illud transmittit etiã nondũ agnitũ propter existentiã sui hęredis ab intestato.vt C.de posthu.hęred.institut.l.vxoris abortu.¶Existentia enim sui hęredis parit nullitatẽ:ergo prẽcedit eam sicut causa præcedit effectũ etiã concretũ sibi in eodem instãti.de liber.& posthu.l.in suis.Nunc intelligis illã legẽ.¶Itẽ dicta gl.quę est in d.l.cum in secundo,quæ est no.valde nõ intelligitur,nisi in secũdo testamẽto sint instituti venientes ab intestato:qa tũc primũ testamentũ rumpitur omnino.ff.de contratab.l.si duobus.§.prius.vel ibi loquitur in defectũ testiũ non in defectũ præteritionis:qa ibi loquit in filio emãcipato prẽterito,cuius præterito nõ reddit testamẽtũ nullũ iure veteri:vt ff.de iniusto testa.l.posthumus.versi.idem & circa.¶Et fauore venientium ab intestato etiam statuitur aliud ꝙ secundum testamentum carens debito numero testium rumpit primum:licet istud vltimum non dicatur propriè testamentum.sed generali etiã innominato vocabulo dicatur vltima voluntas.nec succedit ex ea hæres secundus tanquam ex testamento vt C.de testa.l.hac consul
10 tissima.§.pe.ff.de iniusto testa.l.ij.¶†Adde quòd substitutio vulgaris expressa potest fieri filio præterito:quia non dicitur præteritus cum sit prælatus,& habet ius anteferri.vnde non est passus iniuriã,sed tacitam prouidentiam.ff.de lib.& posthu.l.gallus.in prin.& secus esset in tacita vulgari,quæ vitiatur propter præteritionem.l.si quis eum.fin.& l.ij.§.prius.de vul.sub.vel dic quòd semper præteritus iniuriam patitur,id est non plenam prouidentiam patris:quia
d præteritus non habet secundum tab.¶Item non habet [d] beneficiũ legis de edicto diui Adri.tol.& ideo etiam expressa vulgaris non potest fieri præterito.ff.de lib.& posth.l.gallus.§.in omnibus.& ita tenet Accur.¶Ex quibus concluditur quòd interdum ex possibili in terim sequitur necessarium propter incompatibilitatem actuum.¶Item ex duobus possibilibus aliquando sequitur necessarium:vt in illa propositione prolata in vno & eodem contractu,siue nauis ex Asia venerit,siue nõ,promitto.ita quòd vnus actus verbi determinet complexiuè totam orationem.nam obligatio est pura vt ff.de conditio.indebi.l.Iulianus.§.j.secus si diceretur sic:promitto si nauis ex asia venerit.¶Item promitto si non venerit:qa sunt duo verba:& quodlibet regit suam orationem conditionaliter,nõ est obligatio pura:quia quælibet oratio habet suum determinabile argument.ff.de hæredibus instituend.l.liber homo.§.Titius.¶Sed contra prius dicta de.l.Iulianus.videtur obstare.ff.quando dies legati cedat.l.huiusmodi.So.aliud est in contractu,aliud in vltima voluntate,quia verba conditionalia de futuro indistinctè suspẽdunt:quia non cedit dies conditione pendente,cum non transmittatur ad hæredem.vnde si testator dicit,lego siue nauis ex Asia venerit,siue nõ venerit:futuri tẽporis oratio semper cõditionẽ sapit,licet necesse sit alterũ futurũ:qa tamen tunc pro tunc nõ est certũ,conditio est primo ad transmissionem:quod etiam in cõtractibus non transmissibilibus haberet locum.ff.quando dies vsusfruct.legati cedat.l.j.in fi.qui tex.non est alibi.Quapropter in vltima volũtate omnis incertitudo cõditionẽ sapit:& sufficit hoc dixisse quãtũ pertinet ad legistas:qa puri canonistę non possunt hoc studere.

ADDITIONES.

a ¶Verba præceptiua directa in alicuius fauorem sapere consilium & non mandatum vide omnino decium in l.age.cum geminiano.C.de transactio.& vide apostillam quam scripsi super Panormi.in c.quanto in iiij.colum.j.de consue.& vide etiam aliquid per Fely.in c.si pro debilitate prima colum.j.de off.dele.& adde etiam quæ scripsi super Paulum de Castro in l.Pau.ff.quod iussu.Franciscus Parona.

b ¶Iudex debet eligere sapientiorem addo singulare dictum Ang.in l.plagij C.ad l.plag.de plagiar.ꝙ iudex qui consuluit doctorem qui non erat de peritioribus ciuitatis non excusatur & extollit Iaso.may.in l.iuris ignorantia in vlt.col.C.qui admitti.dicens se alibi non legisse & tu poteris addere ista verba Baldi hic.

c ¶Vide diffuse scripta per Alex.& Iaf.May.in l.singularia.ff.si cert.pet.

d ¶Filius præteritus non habet remedium.l.fi.C.de edicto di.Adri.tol.

CAP. XIIII.

1 *Causæ dubiæ debent compromitti.*
2 *Testes deponere debent de rebus sensatis.*
3 *Quæstio iuris per leges dirimitur.*
4 *Iudices qui cognoscunt ex delatione an sint ordinarij,vel delegati.*
5 *Iudices simul procedentes an possint vnus alteri deferre:& an ab eorum delatione possit appellari.*
6 *Iudices diuersorum rescriptorum non faciunt vnum corpus.*
7 *Imperium est patronus ecclesiæ.*
8 *Ius non potest mutari consensu iudicum.*
9 *Dubitans de iurisdictione delegati an possit citare partes.*
10 *Iudices an possint inuicem deferre inuitis impetrantibus.*
11 *Plures iudices ordinarij procedunt criminaliter:& dant diuersas sententias.*

PAstoralis. In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros,si iudices ipsorum rescriptorum sibi nõ deferunt,nec inuicẽ concordãt.hoc primò.Secũdò dicit,quòd per generalem clausulã positã in rescripto,videlicet quosdã alios,& quibusdã alijs rebus,delegatus ante expressionẽ personarum vel rerũ in eos iurisdictionẽ non exercet.Tertiò dicit quòd,valet etiã speciale rescriptum quod ante expressionẽ prædictã conueniendus per clausulam generalẽ eo tacito impetrauit.& sunt duæ partes principales.secunda ibi,quoniam autem.& illa secunda pars subdiuiditur in duas quæstiones & responsitiones.secunda a scdę ibi,nos igit.¶Ca

ſus. Quæritur quando eſt cõcertatio de reuocatione literarũ, vtrũ
iudices primæ datę vel primæ præſentationis an ſecũdę debeãt an
teferri:& an per ſecũdas literas ſint primę literę reuocatæ. Papa re
ſpondet ꝙ niſi poſteriores iudices deferant prioribus, vel ecõtra,
quòd vtriq; cognoſcãt cuius ſit iuriſdictio. Iuſtat quærens quid ſi
non concordant in vnã ſentẽtiã interlocutoriã ſuper iuriſdictio-
ne. reſpondetur ꝙ debẽt eligi arbitri à partibus q̃uis ſint plures iu-
dices numero dati in vno reſcripto q̃ in altero. hoc dicit vſq; ibi,
quoniam autem. ¶ Expediã primò iſtam primã partem. ¶ In text.
ibi, de reuocatione. qa primus impetrans reſcriptũ fecit citari ad-
uerſariũ coram iudicibus: & ſecũdus impetrans fecit ecõtra cita-
ri primũ corã alijs iudicibus à ſe impetratis vigore ſuarũ literarũ.
Vnde occurrit quęſtio ſuper reuocatione reſcripti,& per ꝯſequẽs
ſuper iuriſdictione: videlicet quorũ ſit iuriſdictio. ¶ Ibi, ambigi-
tur. ad intelligentiã huius verbi ſcias quòd quando eſt quæſtio fa-
cti, quæ probationibus mediantibus debet dirimi. vt ff. de ſta. ho.
l. aretuſa. in fi. cũ l. ſe. & ff. de pec. le. l. vxori. quæſtio facti recipit ꝓba
tiones hincinde: ſed quæſtio iuris non. textus eſt ibi valde notabi-
lis. ¶ Sane vbicunq; cadit error, ibi poteſt cadere dubitatio. Et ſic
duplex eſt error. ſ. iuris & facti. & ita duplex eſt dubitatio qua loqui
1 tur litera noſtra ſecundũ Inno. ¶ † Et facit ad ſtatutum quo caue-
a tur, quòd cauſæ dubiæ [a] debeant compromitti. Nam dubium in-
telligitur ſiue ſit inter peritos, ſiue inter imperitos, dũtamen impe-
2 ritia nõ fingatur, nec ſit ſupina. vt not. ff. de tranſac. l. poſt rẽ. ¶ † Te-
ſtes autẽ habent deponere de rebus ſenſatis, nõ de cõſcientia ani-
mi, vt in c. j. §. fi. de cõſue. recti feudi. in vſib. feud. facit. c. cũ cãm. ĩ.
3 de teſti. † Quædã eſt quæſtio iuris, quę dirimitur per ll. vel ꝯſtitu-
tiones quæ poteſt eſſe dubia propter obſcuritatẽ legis, vel cõſtitu
tionis, vel propter diuerſas opi. doctorũ, vel propter imperitiã, ſe-
cundũ Inn. inſti. de ob. quæ ex quaſi maleficio. in prin. vel quia forte
eſt extrauagans vt ff. de ori. iu. l. 2. §. deinde. ff. de re iud. l. cũ prola-
tis. Quędã eſt quęſtio quæ à principio eſt facti: ſed in fine eſt iuris:
vt q̃ſtio de cõſuetudine. quoniã an ſit cõſuetudo inducta factis &
temporibus indiget probationibus facti, ſed poſtq̃ hoc eſt ꝓbatũ,
ſi dicitur cõſuetudinẽ nõ valere, iſta eſt quæſtio iuris, vt in c. j. de ꝯ-
ſti. lib. vj. & l. 3. §. diuus ff. de ſepul. vio. ¶ Et no. ꝙ hic aſſumo ius pro
iure legis vel conſuetudinis. vt inſti. de iure naturali. §. ex non ſcri-
pto. alibi ſumitur pro iure obligationis prouenientis ex contractu
vel quaſi. vt inſti. de obligat. §. ſequens & l. fin. ff. de iureiu. ¶ Itẽ pa-
b ctum dicitur duobus modis [b]. ſ. pactũ nudũ, vt ff. de pac. l. ſi vnus.
§. pactus ne peteret. ¶ Itẽ ſtipulatio ex qua non reſultat ius. etiam
facit. ff. de tutori. & cur. da. ab his. l. tutor ſi petitus. ff. de excu. tut. l.
qui teſtamento. in prin. & ff. de verb. obli. l. quidam cum filiũ. ¶ Ibi,
debebãt. ſ. de articulo reuocationis, ſiue de iuribus reſcriptorum.
¶ Ibi, reuocare. ſ. per ſecundas. ¶ Ibi, poſteriores id eſt poſterio-
rum literarum iudices. ¶ Ibi, deferendum. ſ. in cognoſcendo cuius
ſit iuriſdictio, nam ſi certũ eſſet cuius ſit iuriſdictio, in principali
4 cauſa non poſſunt ſibi deferre. ¶ † Quæritur ſecundum Innoc. an
iſti cognoſcẽtes ex delatione ſint ordinarij an delegati. & dicit qđ
ſunt ordinarij, licet ad vnã ſpeciem ſiue articulum tantũ: qa habẽt
iuriſdictionẽ à canone, ſecundũ Innoc. nã aliud eſt delegare, aliud
b cendo nõ [b] obstante tali.l vt in auth q.mo.na.effi.sui.§.si.col.vij & est bene notandũ & verũ, vbicũq; nominatim & specialiter lex ꝓhibet impetrari: & tamen dicunt doctores q̃d sufficeret certa sciẽtia Papæ.q̃d est notatu dignũ.de hoc in cap.j.de consti.lib.vj.per Ioan. An.& Archi.¶Ibi,speciali mãdato.hoc casu tamẽ non sufficit cautio rati nisi in cõiuncta persona.ff.de mino.l.q̃d si de speciali.& l.patri pro filio.& dic q̃d ratihabitio non trahit retro,vbi requirit mandatum ab initio:qa præposteratur ordo,vt hic:& ff.de infamibus.l. quid ergo.& ff.mandati.l.si vero non remunerãdi. §. inter credita. ff.de

ADDITIONES.

a ¶ De materia vide tex.in l.non solum in prin.vbi Bald.Albe.& Iason.May. ff.de op.no.nun.
b ¶ Vide glo.& ibi no.in l.causas.C.de trans.

ff.de acqui.hære.l.si quis mihi bona.§.iussum. secus si requirit sim-
plex cõsensus siue assensus.vt C.ad macedo.l.fi.¶Ibi de illis perso
nis.s.legitimis.Nam spurij non continentur siue sint ascendentes si
ue descen.siue collaterales,secundum Inno.& ff.de ritu nup. l.lege
Iulia.§.nec distinguitur.licet in materia mere naturali vt in pœna.l.
pom.de paricidijs,contineantur spurij: quia natura communis est.
vt ff.de accu.l.hos accusare.§.omnibus.secundum Cy.in d.§.nec di
stinguitur. in additionibus.tene menti, quia natura à suo naturato
nunquã recedit vt ff.de capi.dimi.l.tutelas.& per Barto. in l.ij.ff.de
accusa.vbi videas.¶Quid in pœnis statutorum? videtur quòd si sta
tutum dicat, quòd si quis occiderit fratrem, puniatur: qđ intelliga-
tur de fratre etiam naturali tantum non de spurio,per id quod dicit
hic Inno.quia spurius aut patrem demonstrare non potest aut non
licet allegare,vt nefarius: aut nõ decet,qa ignominia est vt natus ex
concubina non indubitata. In contrarium, quia istud statutum iuri
naturali deseruit augendo pœnã vulgaris,& communis homicidij.
5 ¶† Sed an spurij contineantur appellatione domus vel casatæ.re-
spondeo non: quia non sequunt domiciliũ: vt l.fi.ff.ad munici.Vn
de in illis verbis fiat eius domus deserta, & nõ sit qui habitet in ea.
xxiij.dist.c.In nomine domini.nõ includunt spurij. C.ad.l. Iuliam
maiestatis.l.quisquis.per Cyñ.xxiiij.q.iij.cap. si habes.¶Matrimo-
a nium [a] est principium & fundamentum humani generis.dicit gl.in
auth.de nupt.collat.iiij. In principio tamen aliquando naturalis.i.
iniustus filius cõtinetur nomine filij.ff.ad Trebel.l.hæredibus. §.fi.
in materia successiua bona gratia non continẽtur spurij: quia indi
gni per sentẽtiam legis.C. de his quibus vt indignis. l. hæreditas. in
glo.quod dic vt no.per Cy vbi ponit intellectum legis,si deportati
seruo.ff.de le.iij.¶Dic ꝙ si relinquitur deportato,acquiritur fisco,
vt notatur.C.de hæred.institu.l.j. Sed banniti nostri temporis non
acquirunt fisco,sed sibi.de cond.& demon.l.non ad ea.in glo.¶Ab
intestato autem fisco nihil acquiritur,nec sibi.ff.de lib.& posthu.l.
gallus.§.& qđ si tñ.nec per cõtra tabulas, quæ reducit testamentũ
ad cãm quasi intestati.l.j.in fi.de contratabulas.Sed in materia pro-
hibitoria quæ vocatur mala gratia,includuntur.de filijs presbyt.ca.
Michael.ne pl⁹ habeat castitate luxuria,& ne honesta interpretatio
6 inhonestum quæstũ afferat.ff.de pe. hæredi. l.si possessor.¶†Quæ-
ro vsque ad quem gradum dicatur coniuncta persona, vel affinis?
respõdeo in odiosis vsque ad quartum gradum.ff.de iniurijs. l.lex
cornelia.in prin,vide ibi per Bar.In alijs vsque ad.vij.C. ad turpil.l.
si fęmina.imo semper vsque ad septimum.Si alij graduales non ex
tant priores per similitudinem successionis secundum Innoc.hic,
vel testimonij non vrgendi,ẜm Accur.& sic non curo an alij extẽt
gradu priores vt l.ij.ff. de accusa.q̃ lex est singularis ad hoc. vel dic
vt l.j.in fi. ff. de postu. ꝙ omnes personæ quæ ibi enumerantur, &
ff.de procu.l.sed hæ ꝑsonæ.in prin.& in transuersalibus fit mentio
ibi solũ de fratre.ff.ad l. Pompeiam de parricidijs.l.j.& l. sed scien-
dum.& ff.de iuris.om.iudi.l.qui iurisdictioni.& l.j.C.si quacunq; p̃-
ditus potestate.& ff.in ius vocati vt eant.l.ij.& l.j.ff.de lib.cau.¶Si
aliqs est vulneratus & vult se probare vulneratũ per aliquẽ de sua
casata non potest: qã de offensa sua esset testis.dicit Barto.in d.l.lex
cornelia.de iniurijs.in principio,vel affectionem cõsiderari vt not.
ff de iusti. & iur.l.vt vim.¶Idem videtur ĩ socio itineris simili rõne.
Nunqd ille q impetrat iudicẽ & vltra nõ ꝓcedit dicatur agere? dic
qđ nõ.ff.de in ius vocã.l.libertus aduersus.vbi tex.notabilis. ¶No-
ta,si qs impetrat tanq̃ procurator,an valeat impetratio.& videt qđ
sic qa sufficit alterũ.ar.in l.iij ff.de mili. testa. ¶In contrarium vide-
tur qa allegando mandatũ se facit à legis ꝓuidentia alienum: vt C.
de ꝓcu.l.maritus.¶Quæro vtrũ res publica habeat aliquã coniun-
ctã personã? respondeo nõ: qa nemo ei succedere põt.l.j.in fi.ff.de
collegijs illicitis.licet ipsa alteri succedere possit aliqñ iure fisci,aliqñ
vt curia.vt C.de bo.vacã.l.j.lib.x.C. de hęredibus decurionum per
totũ.¶Quæro vtrum mandatũ ad vnam speciem tollat ius coniũ-
ctorũ ad aliam speciem vel eandem: alio tamen modo.Respondeo
7 sic,vt d.l.maritus. per glo. & Cy. ¶†Quæro an coniuncta persona
possit impetrare ꝙ sibi soluatur coniunctorio nomine. Respõdeo
non,etiã si velit cauere de rato.C.de procu.l.exigẽdi per Cy.¶ No
ta ꝙ illud quod est factum contra legem,non potest haberi ratum,
scilicet ad alicuius act⁹ firmitatẽ vt hic:nec ad deformitatẽ.ff.de in
fami.l.quid ergo.in prin.¶Id autẽ qđ fit p̃ter legẽ, põt ratũ haberi.
C.in qui.cau.in integ.resti.non est neces.l.si tutor.adde quod not.in
c.rati.ꝑ glo.& Dyñ.& l.fi.ff.rem ra.ha quæ non est alibi.¶Ad actus
vero pęnalitatẽ,potest qs ratũ habere qđ perperã actũ est, si pœna
stat in ficto: secus si in facto.l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi ar. vñ in nul-
lo peccato carnis habet locũ ratificatio:qa stat in facto,nõ in ficto.
8 ¶†In gl.nũquid.quæro quomodo accipiet dieta? rñdeo breuiter
illa quę in regione frequẽtat: sed si hoc nõ apparet,intelligit de vi-
9 ginti miliaribus qualibet die: vt l.j.ff.si quis cautionibus.¶†Quærit
glo.qs nõ possit trahi vltra duas dietas.Ecce qđ iudex vult accede-
re ad locũ minus distãtẽ: quæro cuius expẽsis accedet? dicit glo.no
tabiliter ꝙ expẽsis actoris.ad hoc.C.de testibus. l. qñ liberi.qđ te-
ne mẽti.Et idẽ dico si accusator petit malefactorẽ remitti ad locũ
delicti: qa fiet remissio expeñ.petẽtis.& de hoc fuit à me quęsitũ ꝑ
iustitiarium Apuleæ.¶Capio gl.vt si ita ibi.& sic patet.ex quo no.
ꝙ rescriptũ debet facere mentionem constitutionis obstantiæ: ali-
ter rescriptum tale tollitur per ius commune Deinde capio gl.ma
gnam,& quæro quare non sufficit hic ratihabitio. Respondet glo.
quia literæ reputantur falsæ, & nõ solũ est defectus in cõsensu rati-
ficantis: sed etiã in cõsensu rescribẽtis.& ratificatio non operat in
10 his quę nõ dependent à ratificãte. ¶†Quæro an negatiua mandati
sit ꝓbanda per negantẽ? glo. dicit ꝙ ista negatiua non põt ꝓbari ꝑ
naturã i.per naturalem sensum humanum.¶Itẽ nec oportet ꝓbari
mandatũ: quia ex quo Papa facit mentionẽ de ꝓcuratorio, præsu-
mitur ipsum vidisse.¶Itẽ debet istud procuratoriũ exhiberi in ini-
tio in iudicio & præsumunt oĩa solenniter acta.veritas est ꝙ dũ su-
mus in iudicio contradictorio,oportet probari de mandato ꝑ ori
ginale instrumentum mandati.vt no.Cy.C.de fideicom.l.instrumẽ
ta.facit qđ no.Iac.de Are.C.de contrahen. & commit. stip.l.opti-
mam.vbi not. ꝙ non sufficit ꝙ in instrumento contineatur,talis ꝓ-
curator,nisi constet de mandato.& no.bene.& vide quod no.in c.
j.de elect.lib.vj.& ĩ.eo.ex parte.per Ber.¶Sed pone,Papa dicit,cõ
questus est nobis talis: cùm ille non fuerit in curia,nunquid ista scri
ptura est falsa? & videtur ꝙ sic.vt d.l.optimam.in fi.glo.dicit nota-
biliter ꝙ ista scriptura est vera, si probetur ꝙ procurator qui erat,
impetrauit sub hac forma quia tanquam nuncius potuit concipere
verba in personam domini,tene menti glo.¶Sed an in procurato
re in rem suam requiratur speciale mandatum? respondeo nõ:qa
vtilem actionem habet nomine proprio.C.de procur.l.qui stipen-
dia.& nemo est procurator suijpsius: & ideo nec de mandato tenet
facere fidẽ ante litẽ à se ꝯtestãdã:vt no.Archi.lxij.dist.quiescamus.
vbi omnino vide.¶Aliquando tamen cessionarius non habet vtilẽ
actionem suo nomine proprio, sed procuratorio nomine sic. vt
ff.de iure do.l.si mulier.§.ex asse. & quod ibi dicit, ꝙ cessionario.i.
fideicõmissario vtiliter nõ p̃t fieri restitutio ex trebelliano, dẽt in-
telligi noĩe ꝓprio,sed ꝓcuratorio noĩe sic.ff.ad Trebel. qui ita.ẜm
Rayneriũ de Forliuio.& ita bene intelligit glo.q̃ declarat dictũ.§.ex
asse.qui nõ est alibi in iure.¶Item notandũ est, ꝙ non p̃sumit fraus
vel simulatio qñ cessio fit cõiunctæ ꝑsonę: vt Cy.in d. l.qui stipen-
dia.& põt sumi ar.ex nostro.c.& ff.de excu.tu.l.tutor petitus.§.q̃ tu
toribus qđ verũ est rõne ꝑsonæ: vt qa dicat potẽtior,sed rõne cau
sæ vel formę sic.vt C.mã.l.ꝑ diuersas.& l.ab Anastasio.& no.ĩ l.j.C.
ne lice.potẽ.Itẽ no.ꝙ in emissione verbi qs põt cõstitui ꝓcurator:
sed nõ in emissione animi: vt ff.de acq.hære.l.paulus rñdit, ꝑ ꝓcu-
ratorem.quæ lex vulgaris est,tñ alibi non reperit.¶Deinde scias ꝙ
cũ dubitatur de mandato,vel est cauendũ de rato, vel quod produ-
catur instrumẽtũ originale mãdati: & sufficit qđ alternariuè cauea
tur de vno vel reliquo: vt ff.de dã.infec.l.p̃tor.§.si controuersia. &
colligit ex notatis per Cyn in d.l.instrumẽta.& ff.de admi.tu.l.vul-
11 go.¶†Extra quæro,qa in c.statutũ.fit mẽtio de iuramento perhor-
rescentiæ: vtrum illud iuramentũ possit reprobari.Io. An.ĩ.e.c.sta
tutũ.lib.vj.dicit ꝙ sic qa nõ disponit lex,ꝙ debeat ei stari,licet dispo
nat quòd sufficit ad probandũ ¶Ista enim sunt valde diuersa. & sic
non ob.qđ no.Cy.in l.j.C.si aduer.libertatem.& Iacob. Bu.in l.j.C.
de re iudi.¶Item quæro à quo loco dicitur reus trahi.Rñdeo pro-
priè à loco domicilij.vt no.in d.c.statutũ.§.cum autẽ.vbi est glo.so
lennis.¶Contingit tamẽ quãdoq; ꝙ quis est sine domicilio.vt not.
12 ff.ad Trebel.l.cũ hæreditas. & l. iiij.de dam.infect. ¶†Quæro vtrũ
aduena possit conueniri in loco delicti, si ibi nõ reperitur. dicit hic
Inno.ꝙ non,sicut nec ex cõtractu:sed hodie prouisum est per statu
ta terrarum:qa cum de cõsuetudine non fiant remissiones, vt no.in
c.pastoralis.de re iud. in cle.statuta prouident vtiliter & necessariò,
ne delicta remaneant impunita, qđ tales delinquentes debent for-
banniri.& ita seruatur in Italia.de istis bannitis eleganter not.inst.
qui.mo.ius pa.pote.sol.§.relegati.vide Bart.in l. diuus ff.de custod.
reo.Et vtrum vsus iudiciorum sit eis interdictus.no.ff.ex quib.cau.
in pos.ea.l.ad cognitionem.& per Cyn.C.de hęre.insti.l.j. in vlt.q.
vbi omnino vide. ¶†Circa materiã istã à quo loco diœcesis cõpu-
13 tari debeãt dietę:sic distingue.qa aut est actio realis, aut personalis,
aut criminalis. ¶Primo casu in optione actoris est à quo loco dieta
debeat computari : vel à fine diœcesis, in qua res posita est, vel in
qua reus habet domiciliũ:vt ĩ.de foro compe c.sanę.& C. vbi in rẽ
actio.l.ij.& de pręscrip.longi tempo.l.vlt.non ob istud. cap.vt in lo
co domicilij in reali non possit cognosci:quia hoc statuitur hic pro
pter odiũ ad extraordinariũ iudiciũ trahẽtium.aliàs enĩ rei vendica-
tione conueniri potest vbi domicilium habet secundum Inno. in se
cundo casu quãdo est actio personalis subdistingue: quia aut est pu
ra personalis,sicut est actio ex mutuo & tunc computatur dieta à fi
ne diœcesis,in qua reus habet domicilium : & si plura domicilia ha
beat,

ADDITIO.

a ¶Matrimonium est principium & fundamentum humani generis.vide per
doc.insti.de pa.pot.post glo.ibi & in §.j.Institu.de nup.

beat,attenditur principalius ſm Hoſtien.& ſic intelligit.c.ꝓxi.ſ. eo.
Aut eſt perſonalis ſcripta in rem, vt in interdicto vnde vi, & tunc
idem eſt quod in actione reali. exemplũ habes infra de foro cõpe.
c.ex parte.& ff.de interdictis.l.j.§.vlt.¶In tertio caſu ſi eſt crimina
lis diſtingue: quia aut agimus de minoribus criminibus,& tunc de-
bet cõputari à fine diœceſis,in qua accuſatus habet domicilium,&
non à fine diœceſis in qua delictũ eſt cõmiſſum. ratio eſt; quia de
minori crimine reſpondendum eſt coram ordinario,& nõ corã iu
dice in cuius iuriſdictione eſt cõmiſſum delictum, niſi ibi inuenia-
tur.de foro compe.romana.& in c.pluri.li.vj.Et quia in minori cri
mine non habet locũ remiſſio: vt no.ĩ.de foro comp.c.poſtulaſti.
aut agitur de maiori crimine,& tunc cõputatur dieta à fine diœce-
ſis in qua crimẽ eſt cõmiſſũ.& eſt ratio,q̃a de maiori crimine nõ de
bet cognoſcere ordinarius,ſed ille in cuius iuriſdi. crimen eſt com
miſſum: quia ad illum locũ eſt remiſſio faciẽda.vt no.ĩ.de fo. cõp.
c.vlti.¶Ex his apparet ꝙ non dicitur quis trahi, niſi quando trahi-
tur à loco in quo inuitus poteſt coram ordinario conueniri indi-
ſtinctè,ſiue ibi reperiatur ſiue non. nam trahere eſt ab inuito ꝯpa-
ritionem exigere.C.de iuriſ.om.iudi.l.in criminali. & locus fori li-
mitatur fauore rei, vt no.e.ti.l.iuris ordinem. ¶Quid ſi reus muta-
uit domicilium? dic vt ibi ꝑ Cy.& no.ff.de leg.j.l.nemo poteſt.vbi
glo.ſing.& text.ibi in d.l.iuris ordinem.& dic, aut mutauit domici-
lium bona fide anteq̃ poſſet in ius vocari vt quia erat debitum cõ-
ditionale: & tunc inſpicitur nouũ domicilium.ĩ.de appel.c.prętere-
ea requiſiſti.per Ber.c.ij.de conſti.per Archi.aut poſtquã potuit in
ius trahi,& tũc q̃a erat acquiſitum ius fori,etiã in veteri foro poteſt
conueniri.¶Si autẽ in fraudem mutauit domicilium,hoc ſibi non
14 prodeſt.vt in c.j.de obli.ad ratiocinia. ¶† An hypothecaria poſſit
quis coram ordinario conueniri alibi q̃ in loco contractus? dic ꝙ
etiam vbi res tenetur.in auth.vt omnes obediãt iudicibus prouin-
ciarũ.in §.j in glo.vt ſi res.quæ gloſ.non eſt alibi. quod intellige cũ
limitatione Inno.ſi ibi reperiatur, aliàs non q̃a ibi non plus opera
tur,poſſidere ſolũmodo q̃ cõtrahere.dicet aliquis ꝙ ibi præſens eſt
animo cum poſſideat animo, ſed hoc nõ ſufficit. ¶Item animus à
proprio corpore localiter non diſtinguitur,& animum habet ad lo
cum ſed non in loco ſeparato à ſe.¶Nũc capio quod dicit hic Col
lec.& dico primo ꝙ de impetratione non curatur vtrum vltra die
tam vel non impetretur, dum tamen vltra pars nõ trahatur:vt d.c.
ſtatutum.& ibi per Io.An.in nouella.qđ intellige dũmodo iudex ci
uitatem nõ exeat,vel diœceſim in quibus fuit deputatus: vt d.c.§.
in nullo.niſi de conſenſu partium vt hic: & tũc cognoſcendo nõ ꝑ
cõmiſſionem q̃a non eſt in hoc conſenſu.de quo pauci aduertũt ſe
15 cundũ Io.An.ff.de offi.procon.& legati.l.ij.¶†Quid ſi papa com-
mittat ex certa ſcientia extra dietam:vt ſi cauſam Peruſinorũ com
miſerit epiſcopo Florentino,valet cõmiſſio:q̃a aliter non põt intel
ligi propter diſtantiam loci.¶Sed nunquid actor poteſt trahi vl-
a tra [a]dietam Inno.ſentit qđ ſic.q̃a impetrãdo ſe ſubijcit loco.argu.
ff.de iud.l.ij.§.ſed ſi agant. q̃a nunquã reus dicitur trahere actorem.
tex.eſt notabilis.ff.de in ius voc.l.ſi libertus.¶Item in his quæ ſunt
modici præiudicij, certa ſcientia principis habetur pro derogato-
ria.¶Sed ecce epiſcopus poteſt impetrare extra diœceſim contra
ſubditum, nunquid idem conceditur capitulo cathedrali. videtur
quòd ſic.arg.C.de diuer.præſcri.l.j.In contrarium,quia de capitulo
non eſt lege cautum: & eſt quaſi altera perſona.& ſtatutũ legis mu-
tatione perſonæ non debet alterari.argu.contra.ff.quod me. cau.l.
metum.§.notandum.¶Animaduertendum tamen,quod nomine
capituli continetur prior capituli, & decanus: quia in toto pars cõ
tinetur.vt no.Archix.lv.diſt.ſed illud.& literæ citatoriæ præſentã-
tur maiori de capitulo.vt not.Archid. xliiij.diſtin.comeſſationes.
16 ¶†Quærò quis dicatur locus inſignis.Reſpondeo vbi eſt copia pe
ritorum, & multorum prætorum. & ita bonus vir debet arbitrari:
quia debet cõſiderare vtilitatem & facultatem partium. argu. ff.de
ſol.l.cum Stichus.& l.j.ff.ſi quis cautionibus.& C.vbi de ratiocinijs
agi opor.l.j.& non ſalum partium,ſed etiam teſtium.ar.ff.quemad.
teſta.ape.l.ſed ſi q̃s ex ſignatoribus.& ff.de teſti.l.iij.§.fi.vñ puto ꝙ
teſtes non ſunt trahẽdi vltra vnã dietã à finibus eorũ diœceſis,niſi
conſentiant,ſicut proprias ferias poſſunt allegare: vt not. in l. j. in
17 prin.ff.de fer.argu.C.de teſti.l.ſi quando.in ratione literæ. ¶†Quæ
rit tandem circa ſecundam partem iſtius. c. nunquid in cauſa vbi
requiritur ſpeciale mandatum,admittatur coniuncta perſona ſine
mandato.Innocen.& Ber.dicunt quòd non.ĩ.de reſti.in integ.c.co
ram.Pau.de Leaza.dicit contrarium per. l. quod ſi de ſpeciali. & l.
patri pro filio.ff.de mino. niſi dicas quòd ibi eſt ſpeciale in patre:
quia cenſetur eadem perſona cum filio.¶Idem econtra vt C.de ꝓ-
cu.l.exigendi.vbi de hoc in gl.& eſt tex.in d.l.patri. verſic. ex quo
18 apparet qui tex.nõ eſt alibi.¶†Sed an ꝓ ꝓdigo vel furioſo admit
tatur coniuncta perſona.gl.ibi dicit, ꝙ nõ, niſi habeat inſtrumen-
tum curię.tamen gl.loquitur vbi requiritur ſpeciale mandatum ſi
ad tex.referat.ſed ego generaliter intelligo:quia iſti exilio mentis
laborantes ratificare nõ poſſunt per ſe.vide Cy. in d. l. exigendi.in
vij.q. & gl.in l.tutores qui.in prin.ff.de admi.tut.¶ Sed nunquid ꝑ
cautionẽ rati excluditur ꝓbatio falſi procuratoris? rñdeo nõ:tamẽ
in dubio legitimat ꝑſonã ſatiſdantis,vt no.Cy.in l.j.C. de ꝓcu. vbi
19 videas.¶†Sed nunq̃d cõiuncta perſona poſſit cõſtituere ꝓcurato
rẽ ꝓ cõiuncta.Ber.dicit ꝙ ſic.ĩ.de ſyndico,in gl.fi.qđ eſt verũ ſi fa
ctus ſit dñs litis ꝑ conte.aliàs nõ. q̃a nullus facit ꝓcuratorẽ ad lites
niſi ſit dñs litis vel cauſę:vt ff.de iniur.l.ſed ſi vnius.§.procuratorẽ.
20 & ff.de app.l.ab accuſatore.§.fi.†Demũ q̃rit Coll.nunq̃d ꝓcurator
ad appellandũ poſſit impetrare ſuꝑ appellatione rñdet ꝙ ſic; quia
eſt ſuꝑ ꝓſecutione appellationis,& in ordinẽ appellatorij iudicij.
& hoc ſi põt ꝓſequi appellationẽ:ſecus ſi nõ põt ꝓſequi.C. de ꝓ
cu.l.inuitus.dubiũ facit,q̃a in extraordinariũ iudicẽ ꝯſentit in quo
videbat̃ req̃ri ſpãle mãdatũ. ꝓ prima opinione facit.ff.de ꝓcu.l. q
ꝓcuratorẽ dat.& q̃a cũ vnũ ꝯcedit,& id vr̃ ꝯcedi qđ ſequit̃ ad illud
ff.de ſer.vr.pdi.l.ſeruitutes.§.ſi domo.licet ꝯpromittere nõ poſſit
ſine ſpãli mãdato q̃a ibi agit̃ de magno p̃iudicio.Nã periculoſa res
eſt & pęnalis cõpromittere in arbitrũ: vt no.ff. de miñ.l.ſed ſi em-
ptione.§.minores.ff.de arb.l.non diſtinguemus.§. ſi domini.

ADDITIO.

a ¶ Vide Are.conſil.lviij.incipiente diligenter.

CAP. XXIX.

1 *Dietæ computantur à fine diœceſis, vbi res eſt ſita, quando agitur reali.*
2 *Beneficia plura poteſt quis habere, dummodo ſint compatibilia, & non requirant reſidentiam.*
3 *Domicilia quatuor poteſt quis habere: & an & quando poſſit ad quolibet citari.6.*
4 *Cauſam appellationis ſi papa ex certa ſcientia committat: ſtatim ſuſpenditur iuriſdictio priorum iudicum.*
5 *Iudex ſuperior an poſſit inhibere inferiori.*
7 *Forum nouum an contrahatur in loco ſolutionis.*
8 *Iudex impetratus ſuper nullitate contractus emptionis, an poſſit cogere ad ad reſtitutionem precij.*

1 Dilectus filius.I.†Qñ agitur reali cõputant̃ diete à fine diœceſis, vbi
res ſita eſt.hoc primò, & de meritis appellationis non
a iudex à quo ſed iudex ad quẽ cognoſcere [a] debet. hoc
ſecudo.¶Caſus. Iordanus clericus Dalmanẽſis impetrauit literas
contra Ioannẽ ſarracenũ ſuꝑ eccleſia ſancti Nicolai dalmañ.quam
dictus Iordanus vẽdicabat à dicto Ioanne:dictus Ioannes excipie
bat contra dictas literas dicens ꝙ autoritate literarum non poterat
cõueniri ea ratione,ꝙ vltra duas dietas à diœceſi vbi erat dicta ec-
cleſia conſtituta.agebatur contra ſtatuta concilij generalis de quo
concilio in dictis literis non fiebat mentio. Sed cõtra iſtam exce-
ptionẽ fuit replicatum, ꝙ ideo dictæ literæ erant validæ:quia di-
ctus Ioan. in conſonẽſi & clienſi diœceſi obtinebat beneficia: &
ex hoc ibi habebat beneficiũ qđ nõ diſtabat à iudicibus vltra duas
dietas:iudices auditis hincinde allegationibus procedebant in cau
ſa quã dictus Ioan.ſentiens ſe grauatũ appellauit ad ſedẽ apoſtoli
cã.Papa conceſſit iudices ſuper appellatione:ſed primi iudices in-
hibuerunt ipſius ne procederẽt:vnde oriebatur duplex qõ,primò
an teneret appellatio:ſecũdò ad quẽ pertineret cognitio an eſſet
ꝓcedendũ necne:papa mandat primis iudicibus qđ debeant ſuper
ſedere.& dicit qđ ſecundi iudices habent cognoſcere ad quos ꝑ-
tineat iuriſdictio.¶Ibi.I.puta Ioannes. Ibi, ſarracenus cognomen
eſt non nomẽ ſectę.vel dic ſarracenus quondã nũc clericus. ¶Ibi,
qđ autoritate literarũ.not. formã exceptionis pronomen de me-
lius q̃nã reperiat̃ alibi ¶ Ibi.eo.i.ex eo, ſeu ea ratione. ¶ Ibi, men-
tio.ſ.cap.proximo.¶Ibi,vel expreſſum &c.Ibi diœceſes.quæ diœ
ceſes nõ diſtabãt vltra duas dietas à diœceſis, vbi erat dicta res,id
eſt eccleſia ſituata.¶Ibi,denegantes.nota à denegatione exceptio
nis declinatoriæ appellari.¶Ibi, proſecutus:no.ꝙ proſecutus ap-
b pellationẽ [b] dicitur ille qui ſuper appellatione impetrat reſcriptũ:
vt ſ.eo.c.ex parte.¶ Attamen reſcriptum non inducit litis pen-
dentiam.Sed appellatio interpoſita, vel citatio ſubſecuta.ff.de in
ius vo.l.libertus.C.de tempo.ap.l. fi.§. illud.¶ Domicilium non
põt eſſe clandeſtinũ:ſed origo põt eſſe in obſcurum.¶Ibi, vos. ſ.
primi iudices cauſæ principalis.¶ Ibi, inhibens. ſ. perperam, quia
iudex

ADDITIONES.

a ¶ Extende hoc vt per Bar.poſt gloſſ.in l.j.in §.j.ff.nil no.app.penden.
b ¶ Contrarium videtur probare text.in vna copula in c.fi.in fi.de excep.contrarium etiam probat tex.in c.ex parte.ſ.e. cogita & vide do. Andream Poma.reſpondentem in d.c.ex parte.in ſuis ſcriptis.

iudex à quo est inferior:& ideo non potest exhibere iudici appella
tionis q est superior. ¶ Ibi, supersedeatis s. vos primi iudices. hoc
dicit quia si Ioan. succumberet in appellatione, causa remitteretur
ad priores iudices tam de iure canonico quàm de iure ciuili: vt ff.
de mino. l. intra vtile. secus quando appellatur à diffinitiua: vt C. de
app. l. eos. in princi. ¶ Ibi, nō vos. s. à quibus fuit appellatum. ¶ Ibi,
sed dicti iudices. scilicet appellationis. not. quod de quæstionibus
incidentibus super iurisdictione iudicis appellationis ipse debet co
gnoscere non iudex primæ causæ. ¶ Adde quod no. C. de ap. l. prę-
2 ses. per Iac. de Are. & Cy. no. quod dixi in summario. ¶ † Item no.
quòd quis potest habere plura beneficia dummodo sint compati-
bilia, & non requirant residentiam. j̃. de electio. dudum. & in cle.
gratię. de rescri. & tamen per hoc non dicitur habere plura domi-
cilia: quia domicilium habet solum in principaliori vbi residet: vt
ff. ad municipal. l. eius. §. Celsus. & locus principalis dicitꝰ vbi habet
larem, & vbi facit residentiam continuam, vel quasi: vt l. 2. C. vbi se
3 natores vel clarissi. ¶ † Item potest quis habere quatuor domicilia
secundum quatuor tempora anni. ar. ff. de acqui. pos. l. 3. §. saltus hy
bernos. ¶ Vel saltim duo: vnum in æstate; aliud in hyeme quod fa
ciunt nobiles propter malitiam aeris euitādā: vt ff. de aqua quo. &
æsti. l. prima. §. ęstate. & incipit æstas in ęquinoctio veris, & finitur
in ęquinoctio autumni vt ibi not. Et no. ꝙ hodie potius inspicitur
locus domicilij quam locus vbi est res. Intellige, nisi reperiretur in
loco vbi res est. vt dixi. c. proxi. Item no. ꝙ in reali forma est reale,
in personali personale. ar. ff. de neg. gest. l. qui aliena. § fi. & C. de p̄-
4 scri. longi temp. l. vlt. ¶ † Accipe gloss. quæ incipit, ex hoc. & recita
prout iacet. accipe gl. quæ incipit, & malè. Et no. diligenter ꝙ post-
quam Papa causam appellationis commisit ex certa sciētia, statim
iurisdictio priorum iudicum est suspensa: de hoc per Inn. in c. pa-
5 storalis. §. pręterea. j̃. de off. deleg. ¶ † Quæro nunquid iudex supior
possit inhibere inferiori? respondeo sic si ad superiorem est deuo-
luta eadem iurisdictio, vel de eodem: aliàs non. vt not. Arch. xj. q. j.
6 de persona. ¶ † Quæro an si quis habet plures habitationes possit
citari ad quamlibet? Respondeo citari potest si personaliter inue-
niatur, vel latitat. Sed si non inueniatur, vel non latitat, debet citari.
ibi vbi communiter habitare consueuit. vt not. in cle. causam. j̃. de
elect. ¶ Quid in exulibus qui non habent domicilium? dic vt dixi c.
proximo. & not. per Barto. in l. 4. ff. de dam. infec. ¶ Quæro quid
in actionibus personalibus in rem scriptis, id est quæ sequūtur fun-
dum. Id enim quod non sequitur fundum personale est. ff. de cōtra
hen. emp l. fi. §. fin. Respondeo idem quod in realibus quo ad forū
secundum Inn. quod tene menti perpetuò. ¶ Quęro vbi dicitꝰ esse
res mobilis vel se mouens. respondeo: vt ff. de hęre. insti. l. ex facto.
7 §. rerum autem. & ff. de pigno. l debitor. ¶ † Extra, quæro, vtrum in
loco solutionis contrahatur nouum forum? & dic ꝙ non vt dicit
8 illa. l. no. ff. de cōdi. inde. l. qui certo loco. ¶ † Item quæro vtrum iu
dex impetratus super nullitate contractus emptionis possit coge-
re ad restitutionem pręcij. arg. ꝙ sic. ff. de contrahē. emp. l. senatus,
nā ista duo habent se consecutiuè seu illatiuè. tex. est ibi notabilis.

CAP. XXX.

1 *Tempus datę inspicitur in literis gratiosis ex quibus immediatè sequitur ius: sed in rescriptis ad exercitium siue ad lites inspicitur tempus pręsentationis.*
2 *Eadem die duo impetrauerunt à Papa potestariam: neuter admittitur ad ingressum officij: sed si vnus est in possessione, alter non, præsumitur pro possessore.*
3 *Excommunicatus si præstat cautionem de parendo iuri, debet absolui.*
4 *Actio eadem cedi non potest diuersis insolidum.*
5 *Opponi an & quando possit de iure tertij.*
6 *Semel excommunicatus siue bannitus potest iterum excommunicari siue bāniri.*
7 *Pœna corporalis non recipit actualiter duas executiones.*
8 *Perfectum dicitur aliquid esse tribus modis.*
9 *Ordo quandoque inducit pręrogatiuam.*
10 *Mora non purgatur post lapsum tempus in quo debebat mora purgari.*
11 *Futura non habentia præcedentem ordinationem causæ efficientis non pertinent ad iudicem.*

a CApitulum [a] sanctæ. Istud capitulum le-
gitur duobus mo-
dis: & sunt lecturę cōtrariæ. vna est vt illa dictio, prius,
ponatꝰ aduerbialiter, & significet tēpus p̄sentationis: &
verbum reportauit exponatur. i. præsentauit. nam ante præsenta-
tionem literę sunt in pendenti: vt ff. de acqui. poss. l. qui absenti. &
secundum hoc expressè habetur hic, ꝙ si plures impetrant literas
circa idem beneficium, ꝙ prius oblatę executoribus habent vim,
& non prius impetratæ: nisi & illæ prius offerantur. & hanc lect. te-
nent Bar. & Gof. vt patet in summa. §. item tollentur. & not. s̄. eo. c.
j. & secundum hoc idem est in literis ad beneficia quod in rescri-
ptis ad lites. Alia lectura est, quòd dictio prius, sit nomen. i. primū,
siue primarium mandatum vt sit sensus, ꝙ si plures impetrant in
eadem ecclesia, stemus datæ vt prius impetrans pręferatur & solus
recipiatur. Et in prima parte factum narrat perplexitatem conti-
nens querelantis. in secunda ponitur commissio diffinitionis per-
1 plexitatem tollens. ibi, quo circa ¶ † Et ad euidentiam nota ꝙ cō-
trouersia istarum lecturarum est hodie decisa. nam in literis gratio
sis ex quibus immediatè oritur ius gratiæ, inspicitur tempus datæ:
vt in c. eū qui. de pręben. lib. vj. & in c. duobus. de rescrip. eo. li. a ꝯ-
rio sensu. sed in rescriptis ad litis exercitium, siue ad lites inspicitur
tempus pręsentationis. Nimirum: quia istę literę ab exercitio reci-
piunt perfectionem. Et ideo occupantis exercitium melior est cō-
ditio. & hoc in causa principali: sed in causa appellationis supplan-
tans aduersarium in pręueniendo non est melioris conditionis qn̄
statuta erat dies. vt j̃. de appella. c. vt debitus. & c. oblatæ. de hoc ple
nè not. j̃. de conces. præben. si soli. lib. vj. vbi est gloss. multum ma-
2 gistra. & mera. ¶ † Quid si eadem die duo impetrauerunt à Papa po
testariā Bononię? dic quòd neuter admittitur ad ingressum offi
cij. sed si vnus est in possessione, alter non, pręsumitur pro possesso
re. quia eo ipso qđ possidet, plus iuris habet eo qui nō possidet. vt
l. j. in fi ff. vti poss. Et idem si Papa vna eademq; die concedit vnū
idemq; feudum diuersis personis per diuersas bullas: sicut dicimus
in diuersis testamentis, in quibus non apparet distinctio horæ vel
diei: sed si apparet distinctio horę vel diei, imo & puncti, idē opera
tur punctus quod operatur pręuentio: vt no. ff. de solu. l. si ex pluri
bus. §. fi. vbi est optima glo. ¶ Casus. Calimachus impetrauit con-
tra capitulum sanctę Crucis super prębendali beneficio in eadem
ecclesia obtinēdo primò literas monitorias Scđò lr̄as p̄ceptorias.
similiter Ber. super consimili beneficio sibi in dicta ecclesia confe
rendo impetrauit literas executorias nulla facta mentione de lite-
ris Calimachi. Demum virtute istarum secūdarū literarū canonici
tanq̄ contumaces fuerūt suspensi, appellatione tamē prius interpo
sita per capitulū. Demū dictus Calimachus nouas literas impetra-
uit super executione mandati pro eo facti: & qa canonici erāt pple
xi, & significauerunt Papæ hoc: Papa mandat episcopo & archie-
pisc. Legioneñ. quatenus eo recepto ī canonicū & in fratrē assigna
toq; sibi beneficio præbēdali, qui ad eos prius mandatū apostolicū
reportauit, absoluat dictos canonicos à dictis sentētijs. & alteri im
ponat perpetuū silentiū super literis & processibus suis. & est rō qa
immediatè debet absolui. & sic fingitur absolutus in c. illud. quod
no. in simili. j̃. eo. in vestra. ¶ Item qa Papa potest dare hanc pote-
statem excommunicato. ar. ff. de offi. pręto. l. Barbarius Philippus.
3 ¶ † Adde etiam ꝙ sine speciali mandato si excōmunicatus præstat
cautionem de parendo iuri, debet absolui, & ex tunc habet potesta
tem recipiēdi aliquē in canonicū: vt j̃. de pręben. pro illorū. & hęc
receptio tribuit ius. sed est alia receptio quæ cōsistit in puro facto:
vt si ille cui iam canonicatus est collatus, recipiatur ad possessionē
& hoc bene potest fieri per suspensos. & excōmunicatos: qa est me
ra executio facti: vt j̃. de pręben. eum cui. li. vj. ¶ Ibi, crucis. per hoc
patet ꝙ non erat ecclesia cathedralis: qa non fuisset expressum no-
men sancti. secundū stylū curię de quo vide quod no. j̃. de pręb. q̃-
uis. lib. vj.. ¶ In gloss. antepenul. ibi, impetrante. Ibi, consimili: quia
eiusdē naturę & formæ. Sed non eiusdē substantię. qa aliud est bene
ficiū vnius, aliud alterius. ¶ Nam beneficium tuū non est meū, nec
econtra: sicut nec vsusfructus nec certę personę cohærentia. ff. de
duobus reis. l. si id qđ ego. ¶ Ibi, non habita mentione. quia si Papa
vltra procedit, & nos procedimus. Si autē vltra non procedit, non
intelligitur grauare ecclesiam de duobus. sic simile. ff. leg. j. l. plane.
§. si duobus & l. non quocunque. §. qui gaiū. & ff. de leg. ij. l. titia. §. q
in vita. & quod not. in l. j. C. de mulieribus & in quo loco. libr. x. in
vlti. gloss. vbi dicitur, ꝙ nō debet quis pro eadem re bis grauari. illa
4 gl. no. ad datia & collectas quę quotidie imponuntur. ¶ † Item not.
dictum. §. qui gaium. ꝙ eadē actio nō potest cedi diuersis in solidū.
ibi, qui iudices. s. secundi. ¶ Ibi, appellationem. scilicet Calimachi,
vel verius capituli. ¶ Ibi, interpositā, pro eo ꝙ ipsi executores non
admittebant exceptionē primi mandati oppositā per capitulū cō-
tra ipsos executores. & sic nota quòd capitulum opponebat de iu
re tertij pro suo interesse. ff. de carb. l. iij. §. cum extaret. Adde ꝙ aut
b ex iure [b] tertij surgit ius opponentis, vel non ius agentis, & tunc po
5 test opponi de iure tertij. ¶ † Aut nō surgit ius opponētis, vel nec
surgit ius agentis, & tunc de iure tertij non potest excipi. exemplū
in nudo possessore sine titulo qui conuenitur publiciana. Nam nō
potest excipere de dominio vel domini sicut nec agere: qa qui exci
pit agere videtur. hoc patet insti. de act. §. aliæ. C. de ser. fugi. l. cum
seruū. & ibi per Cy. & me. ¶ Ibi, in eos de capitulo, & sic nō in capi
tulum

ADDITIO.

a ¶ Capitulum hoc habet quatuor significationes vt hic habes per Panor. in j. not. & vide Panormi. in c. sacrosan. in 2. not. de electio.
b ¶ Vide Alexan. consilio cxxxvij. colum. penulti, libro 2. Roma. consi. xlvj. Car. Flo. consilio ciij. colum. ij.

tulũ qa capitulũ est nomẽ iuris & intellectuale, in quo propriè nõ cadit excõmunicatio: vt j. de sen. excõ. c. graue. ¶ Ibi, protulerunt. & bene secundũ vnã lecturã. vel dic & malè secundũ aliã: qa pendebat exceptio & appellatio obstatiua tamẽ: qa erat appellaũ à grauamine, & nõ à diffinitiua non erat iurisdictio executorũ suspensa
6 ipso iure & ideo de iure iuris tenuit sñia, sed debet rescidi. ¶ † Ibi, suspensionis & excõmunicationis. not. semel innodatũ iterũ innodari. sic & semel bannitus iterũ potest banniri qa bannũ alterius bãni immunitatẽ nõ pstat. Et qa qui in sordibus est, sordescit adhuc vt ff. de ritu nup. l. palam. §. pe. & primũ bannũ aggrauat secundũ: vt ff. de pę. l. aut damnũ. §. quisquis. Tamẽ pęna corporalis actualiter non recipit duas executiones: vt ff. de fur. l. vulgaris. in princi.
7 ¶ † Ibi, eo recepto. & sic patet ꝙ excommunicati recipiunt aliquẽ in canonicum. de hoc. j. de præb. c. pro illorũ. in glo. pe. Et vide qđ ibi no. moderni. excõmunicati ergo exercent actum spiritualẽ passiuè, & iussu superioris: qa aliter non possent absolui ab excõmunicatione si sponte & propria libertate nõ possent recipere: excõmunicatio nodũ obligationis nõ dissoluit siue tẽporalis siue spiritualis obligatio. ¶ Ibi, eo recepto. non fuit hęc forma literarũ, ꝙ reciperetur in canonicũ sed fuit mens formę. ¶ Nã cui mãdatur assignari beneficiũ præbendale, debet canonizari: & ecõuerso. qa vnã nõ debet esse sine altero. ¶ Ibi, relaxetis. ergo omnes istæ sententię erãt aliquę: aliàs nõ esset necessaria relaxatio secũdũ Ber. & Alij dicunt, ꝙ fit relaxatio ad cautelã dic vt in gl. ¶ Itẽ not. perplexitatẽ solui per sententiã imponẽtem silentiũ parti quæ non fouet iustitiã. ¶ Nunc capio gl. dicit gl. ꝙ relaxatio propriè dicitur ad cautelam. & istud verbũ debet exprimi in sentẽtia relaxationis. ¶ Absolutio autem dicitur perpetua: & in vtraq; requirit forma ecclesiæ. ¶ No. hic ꝙ prior in tẽpore potior est in iure. ¶ Itẽ no. ꝙ pręuentio perplexitatis nodũ dissoluit: tamẽ nõ dicitur præuenire qui nõ obseruat tẽpus l. fi. C. qui admi ad bo. possunt. nã qui pręcipit festinatione procurrit, nihil capit. ¶ Quæro, per quẽ actum inducatur ista prędictio? Respondeo per præsentationẽ secũdũ Ber. vel p solã impetrationẽ in literis beneficialibus: qa gratia accipit perfectionem ex consensu & literis rescribentis. ¶ In lingua principis stat gratia. In scriptura testimoniũ. In executione cõmoditas. lingua ergo principis est illa quæ prælationem inducit. & hęc est veritas.
8 ¶ † Adde ꝙ tribus modis aliquid dicit perfectũ. C. de peri. & cõmo. rei vendi. l. j. scilicet perfectione consensus seu ordinationis, purificationis & traditionis secũdũ Cy. ¶ Et dicas ꝙ interdũ agit de prælatione officij. Interdũ de prælatione cõmodi. Itẽ aliquãdo de iure initiãdo, interdũ de initiato iudicãdo: interdũ de iudicato exequẽdo primo casu prælatio attẽditur penes initiũ actus vt hic, ſm vnã lec. ſm quã primus impetrãs pręfertur: qa alteri nõ erat ius initiatum. ¶ Scđo casu non sufficit initiũ nisi deuenias ad aliquod exercitiũ. & ideo pro officij radicatione necessaria est litis cõtest. ĩ procuratore ad iudicia: vt ff. de procu. l. pluribus. ¶ Sed in procuratore ad negocia in quo litis cõte. nõ cadit, primus accessus ad aliquid substãtiale prælationẽ inducit. argu. ff. de cõdi. ob causam. l. si pecunia. in prin. & in iurisdictione iudicis nõ requiritur litis ɔtest. qa per eã nõ augetur effectus: vnde, sufficit sola citatio. vt ff. de iud. l. si quis posq̃ licet gl. notauerit cõtrariũ. ff. de iurisd. om. iud. l. & qa. pro quo videtur casus ff. de procu. l. si reus paratus. lex est notabilis quo ad potestatẽ supplendi. ¶ Tertio casu qñ agitur de iure radicato præferendo, tunc aut est tale ius in quo habet locum præuentio, & inspicitur sententia: vt ff. de noxa. l. si quis à multis. aut non habet locum præuentio, & tunc sententia non curatur: vt ff. q po. in pig. ha. l. claudius felix. Nã licet creditor secundus pręueniat, tñ nõ absorbetur ius prioris creditoris. ad idẽ. ff. de rei vendi. l. si à quo fundus. C. de iure deli. l. fi. § & si pręfatã. & l. pupillus. quæ in fraudẽ creditorum. & est materia nimis lata. ¶ Prærogatiua alia dat exercitio, & ista aliquando facit de posteriore prius. ¶ Quædam absorbet ius cõtrarium, & hęc annihilat illud vt hic. ¶ Et scias quod in actione personali etiam in rem scripta plus operat pręuentio quã in reali. ¶ Item no. quod præuentio quandoque attenditur p litis contestationem vt causa tollendę perplexitatis. ff. de verb. obli. l. si Titius & Seius. ¶ † Ex his patet ꝙ ordo prærogatiuam inducit: &
9 aliquando hoc est verum etiam in ordine vocis: quia ex ordine vocis præsumit ordo intellectus, & qui prius nominat in instrumẽto psumit prius principalior. ff. de stip. seruo. l. si seruus. p Iaco. de are. inter vocẽ & vocẽ tps est. s. instans. tamẽ de hoc instãti raro curat lex vel canon. j. de appel. c. secũdò requiris. ff. de pecul. leg. l. quidã. saluo ꝙ in prolatiõe verborũ vnus & idẽ actus debet esse cõtinuꝰ. ff. de ver. ob. l. cõtinuus actus. qa oratio nõ debet diuidi tẽporibus distinctis: qa ex aggregatis & non disgregatis fit vnũ corpus cõtractus diuisio corrũpit integrale. ff. de ver. ob. l. j. Sed istud extra materiam nostram intelligatur. ¶ Sanè illud certũ est, ꝙ in depẽdẽtibꝰ à tempore, potior est in iure vt in filio primogenio. nisi fit inhabilis, qa seruus. ff. de stat. ho. l. arretusa. vel nisi data sit forma p ɔtriũ, vel in vltimo ex perseuerantia deprehendatur maius meritũ vt expleta stipendia: qa perseuerãtia attẽditur penes finẽ: vt ff. de cõd. & demon. l. mutianæ. tex. nota. ¶ Adde ꝙ quæcunque ex necessitate sequuntur, illa retro fingunt. C. de admi. tu. l. pro officio p Cy. qui po. in pig. habe. l. qui balneum. & l. potior. ¶ No. insuper ꝙ tẽpus quod labitur, non reparatur si quis est ab alio priuatus. Dic qđ vbi surgit pręuentio vel obuiatur principio, mora non purgatur. ff. de option. leg. l. mãcipiorũ. ff. de fideicõ. libe. l. thais. §. intra certa tempora. Item si surgit contractus confirmatio. ff. de ędil. edict. l. ꝙ si nolit. §. si quid ita. Idem si surgat ex tempore rescissio ɔtus ipso iure. ff. de mino. l. æmilius. Vbi & postq̃ res ad irritũ recedit, mora non purgatur: quia non resurgit in iudicio quod consumptum est & abolitum: vt in c. j. quo tempo. miles. in vsib. feud. vnde destructo corpore contractus destruitur spiritus eius. i. robur. Nã in
10 humanis non reperit spiritus absq; corpore suo. † Item si certũ tẽpus concessum est purgationi morę post illud tẽpus mora nõ purgatur etiam propter iustũ impedimẽtũ in isto tempore purgationis emergens. C. de fideiuss. l. pe. vbi est tex. vnicus in iure. & tamẽ moram elidit casus fortuitus. ff. de publi. l. cęsar. vnde si emphyteuta non purgauit moram. j. tẽpus purgationis. nũquam põt postea purgare. j. de loca. c. potuit. illud est consideratione dignum quod mora ideo purgatur quando per oblationẽ debitoris creditor cõstituitur in mora recipiendi. Nam vltima mora nocet. Nam si non constituitur in mora creditor per oblationẽ contrariã ipsius debitoris, nunquã debitor releuatur à mora. ff. de ver. ob. l. si seruum. §. sequitur. sed si subtiliter concernas, facit. ff. mandati. l. hominẽ: & ff. de constituta pecunia. l. sed si alia. ff. de verbo. obliga. l. interdũ. §. fi. per Bar. ¶ Et sicut præteritũ nõ reparatur si cõsumptũ est, sic econtra futurũ quod initiatũ nõ est nõ cõsideratur. ff. de vsu. l. j. §. j. Nã ibi vsura ex mora veniẽdi commensuratur futuro tẽpori, & inde initiatur & nõ prius: & anteq̃ fluat in tpe in causa nõ est, ergo nec in causato. igit nec in dicto, qđ non est fundandũ super nihilo. & vide omnino qđ no. Inn. de procu. c. auditis. in fin. ¶ Dico aũt ꝙ vbi futurũ formatur seu fundatur à pręterito cõtractu, pertinet ad iudicẽ quo ad cautionẽ securitatis. ff. de iud. l. ĩ oĩbus. ¶ Item quo ad instrumẽtũ testãdæ veritatis. C. de liberali causa. l. sicut datam. ¶ Itẽ quo ad cumulationẽ cõclusionis libelli si futurũ est vnitũ cũ pręsenti per eandẽ formã dispositionis. C. de fideic. l. j. Itẽ in executione rei iudi. futura ɔsideramus. C. de sen. quæ sine cer. quã. l. j. qa
11 veniũt ɔsecutiuè. i. cõsequẽter nõ p se. ¶ † Sed oĩmodo futura nõ habentia precedentem ordinationẽ causę efficientis, non ptinent ad iudicẽ. ¶ Futura considerantur quando pręsentia ad ea ordinãtur, seu continuantur futura præsentibus per naturam, vel copulã: aliàs à iudicibus non considerantur. C. de fideicõ. l. j. qa futura per se nõ sunt apta ad agere nec ad excipere. vt l. purè. ĩ prin. ff. de exc. doli. ¶ Et scias ꝙ vbicunq; iudex perpetuũ silẽtiũ imponit, ibi de futuro pariter cũ pręsenti disponit. & id contingit ex natura rei iudicatę. ff. de li. leg. l. Aurelius. §. cẽtũ. cũ simi. ¶ Itẽ continuatiuè. ff. de arbit. l. inter castellianũ. ¶ Itẽ si iudex prospiciat futura, nõ tñ est sñia nulla. l. j. §. biduũ. qñ appellãdũ sit. ¶ Itẽ aliqñ sñia habet tacitam cõditionem si liquidabit postea. vt insti. de actio. §. curare.

CAP. XXXI.

1 *Pensio repręsentat ipsum beneficium.*
2 *Pensio non includitur si mandatur alicui prouideri de beneficio vsque ad certam summam.*
3 *Pensio sui natura non censetur beneficium ecclesiasticum.*
4 *Pensio quando solui debeat.*
5 *Permutari an possit ius ad beneficium.*
6 *Renuncians beneficio obtinendo pro aliqua re temporali an committat simoniam.*
7 *Iurisdictio an quæratur per literas surrepticias.*
8 *Exceptio declinatoria non potest opponi in causa appellationis.*
9 *Pensiones annuę computantur inter immobilia.*
10 *Renunciatio necessaria inducit simoniam.*
11 *Processus factus per literas surrepticias an sit validus.*
12 *Exceptio surreptionis an sit exceptio falsi.*

1 Ad audientiam † Pensio repsentat ipm beneficium. ar. ff. mand. l. fi. vbi cõpositio repręsentat victoriã: vt ff. de acq. hęre. l. fui. quæstiõis. vbi compositio repræsentat fraudẽ. ¶ Si habẽs lras Papę ad beneficiũ, eis renũciauerit ppter annuam pęsionẽ, nõ valẽt beneficiales lræ quas hoc tacito postea impetrauit. ¶ Casus. Fuit relatum Papę ꝙ quidã clerici obtẽtis lris ad beneficia renũciãt eis recepta annua pẽsione: deinde impetrãt alia beneficia nõ facta mẽtione de ipsis literis primò impetratis: & de renunciatione prædicta & pensione prædicta. Papa decernit impetrationem non valere & mandat in irritũ retractari totũ quicquid eo pretextu est secutum. ¶ † Ibi, ab eis. s. ecclesijs grauatis. ¶ Ibi, annuas
2 pensiones.

penſiones. Nota cum mandatur alicui prouideri de beneficio vſq;
a ad certam ſummam, non includitur penſio [a]. vt in c. quamuis. de prębendis. li. vj. ¶ Nõ ob. hęc litera quæ dicit alia beneficia: quia dictio
alia, ſignificat diuerſitatem: vt C. de ſeruis fugiti. l. ſi fugitiui. ¶ Ibi,
beneficio literarum. non dicit beneficio eccleſiaſtico: quia nondũ
illud erat adeptus ſed adepturus: quaſi dicat renunciauit officio iudicis, quod oritur ex literis obtentis ſuper prouiſione. & ideo non
eſt ſimonia: quia ius ſpirituale nondum erat formatum. ¶ Ibi, vẽdicas. ſimile verbũ. C. mandati. l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. ¶ Ibi,
hactenus impetrarunt. No. conſtitutionem reſpicere pręterita: qa
ratio finalis conſtitutionis eſt de pręterito: vel quia fit mẽtio de pręterito, vel quia non eſt noui iuris promulgatoria: ſed veteris decla-
3 ratoria non pęnalitatem ſed actus inualiditatem continens. ¶ † Capio gl. quæ optimæ ſunt. & ad euidentiam quęro vtrum ſtipendiũ
ſit eccleſiaſticum beneficium. reſpondeo penſio de ſui natura non
cenſetur eccleſiaſticum beneficium cum laico aſſignari poſſit: niſi
talis ſit penſio quę conſueuiſſet pro eccleſiaſtico beneficio aſſignari:
4 vt j. de pręben c. quamuis. li. vj. per Arch. ¶ † Quęro quãdo ſoluenda ſit penſio iſta? reſpondeo aut præſtat principaliter propter
ſe & in genere, & debetur in principio anni: aut propter aliud, vt puta propter operas, & debet in fine anni. vt ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi ſeruus
communis męuij. §. fi. aut de aliquibus redditibus, & tunc eis perceptis. ff. de condi. & demon l. j. in fi. ff. de verbo. oblig. l. inter ſtipulantem §. ſacram. aut ob certam cauſam puta pro penſione dom[9],
& tunc debetur tempore quo penſio ſoluitur: vt ff. quando di. leg.
ce. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. ¶ Sed nunquid ſtipendium tranſit ad hæredem? videtur quòd non: vt C. de vſufru. l. cum antiquitas. & in c. j. §. fi. quis dicatur dux, Marchio, comes. quia iſtud ſtipẽdium eſt quędã ſeruitus perſonalis ¶ In contrariũ videtur per. l. ſi
pactum ff. de probatio. Nam vnuſquiſque ſibi & ſuis hęredibus vr̃
proſpexiſſe. vt in c. j. de duob. fratribus à capit. nueſtitis. l. ſi pactũ.
ff. de proba. etiã ſi fuerit facta mentio de filio, niſi appoſita fuerit dictio taxatiua tãtũ. vt in c. omnes filij. ſi de feud. fuer. contro. in vſib.
5 Feud. vbi eſt gloſſ. ſing. & iſta cadunt ſuper prima glo. ¶ † Capio gl.
2. & ad euidentiam colligo quoddam notabile quòd habens ius ad
beneficium, poteſt illud permutare. & dicunt quidam ẽt cũ habẽtibus ius beneficij. ſed cõtrarium videtur notari in c. vnico, de rer.
permuta. libr. vj. in nouella. ¶ Certe quędam ſunt quæ alienari non
poſſunt tamen permutari poſſunt ff. de iure. dot. l. ita conſtante.
niſi ſint talia quæ non cadunt niſi in determinato ſubiecto: vt ff. de
iure dot. l. mulier. §. ex aſſe. & contra q̃ non poſſunt alienari nec pmutari: vt C. de re. alie. nõ alie. l. fi. & ff. de tranſactioni. l. cum hi. §. vl-
6 timo. ¶ † Sed ſtatim quæro nunquid renuncians beneficio obtinẽdo pro aliqua re temporali committat ſimoniam. gl. ponit opinio.
& finaliter videtur tenere quòd non. Nam textus huius capituli pſupponit valere: ergo non committit ſimoniam. quod concedo ſi
fit iuſſu & autoritate epiſcopi, vel retinẽdo ſuam vexationem: aliàs
committitur ſimonia. argu. ff. de inſa l. furti. §. qui iuſſu. & l. quoniã.
7 ¶ † Venio ad gl. magnam & quęro nunquid per literas ſurrepticias
detur iuriſdictio. Reſpondeo, aut loquimur in literis gratioſis aut
in contentioſis. primo caſu refert, aut iuriſdictio datur de virtute literę gratioſæ. ſ. cum litera, aut ſeorſum primo caſu nulla eſt iuriſdictio qa cùm principale ſit nullũ, ergo & poteſtas ex eo. vt not.
Inn. s̃. e. c. ad aures. & c. cęterũ. Secũdo caſu bene dat iuriſdictio ſed
elidi poteſt ope exceptionis vt no. Inno. s̃. e. c. cũ dilecto. qa principale eſt validũ & ſine vitio: licet acceſſoriũ nõ ſit abſq; vitio. ¶ Sed
nunquid in cauſa appellationis vel reſtitutionis in integrum poterit, talis exceptio reſuſcitari. gl. ſentit quòd ſic, ſi fuit omiſſa per errorem qui probatur per iuramentum: ſecus ſi ex certa ſcientia. ff.
8 de procur. l. ita demum. vbi expreſſè dicitur, ꝙ exceptio † declinatoria non põt opponi in cauſa appellationis. Cum igitur exceptio
ſurreptionis ſit declinatoria, nõ poteſt opponi per litem cõteſta. in
principali, & per conſequens in cauſa appellationis à diffinitiua.
¶ Ex his apparet ꝙ literæ cõtentioſę non ſunt nullæ, & niſi excipia-
9 tur de ſurreptione dant efficacẽ iuriſdictionem. ¶ † In gl. j ibi, penſiones. ſ. annuæ, quę inter immobilia cõputantur, & ex quibus oriret vtile quaſi dominium penſionũ ſeu cõfeſſoria: vt C. de ſac. ſan.
ecc. l. iubemus. Vnde qui non poteſt alienare nõ põt huiuſmodi pẽ-
10 ſiones conſtituere. ¶ † In gloſſ. ſed nunquid. ibi, habere non poteſt.
vult dicere ꝙ renunciatio neceſſaria inducit ſimoniam: & ſicut nõ
põt eſſe duplex in beneficio, ita nec in beneficio & ſtipẽdio. ¶ Ibi,
nullum ius ſpirituale. verum eſt cõpletiuè ſed initiatiuè ſic. & ideo
hęc ratio non concludit. dicit Inno. quòd aut renunciatio eſt facta
cauſatiuè, & eſt ſimonia: aut ſimpliciter, & non in fraudem, & non
eſt ſimonia: ſed eſt potius prouidentia ęquitatis. nã ęquũ eſt ex quo
renũciat ꝙ fiat ſibi aliqua recompenſatio. argu. ff. de peti. hęre. l. ſed
ſi lege §. cõſuluit. & vide. j. de tranſa. c. de cętero per Inno. & quod
11 habetur. j. de pręben. c. eum qui. §. eadem. libr. vj. ¶ † In gloſſ. magna. iſta gloſſ. optimè diſputat an proceſſus factus per literas ſurrepticias ſit nullus. & dicit ſi per eas nulla funditus datur iuriſdictio,
exceptio & replicatio nullitatis tanq̃ de declinatoria ſentẽtię ſemper poteſt opponi. ſed ſi de rigore iuris iuriſdictio ſit nata, licet de
æquitate, poſſit elidi tenet iudicium ex quo nõ fuit exceptum. ſed
propter iſtum errorem datur in integ. reſtitu. tam reo ad excipiẽdũ
q̃ actori ad replicandum. & ſubdit ꝙ iuſtus error probatur per iuramentum. Tu dic ꝙ iuſtitia adminiculis eget, & conſiſtit arbitrio boni viri. vt l. 3. §. ſi ad diem ff. de re mili. & l. quæſitum. ff. quãdo actio
de peculio eſt annalis. quæ lex eſt valde notabilis. ¶ Sed nunquid
exceptionis omiſſio eſt prorogatio iuriſdictionis? dic quòd non
eſt prorogatio, ſed validatio & corroboratio, & coadiuuatio ff. de
iudicijs. l. ſed & ſi ſuſceperit. & etiam ex vno actu ſcienter facto cõ-
12 firmatur iuriſdictio in toto proceſſu. ¶ † Sed nũquid exceptio ſurreptionis eſt exceptio falſi: nam tũc poſſet opponi poſt ſententiã,
& videtur quòd ſic vt ff. de fal. l. ſi qs obrepſerit. dic ꝙ propriè nõ
eſt exceptio falſi ſed doli: quia primordium eſt verum. i. ipſę literę.
licet cauſa ſit ſubreptitia. ¶ In gloſſa ibi. ff. de hęred. inſti. l. vltima.
dic quòd ibi teſtamentum non erat falſum, ſed ex falſo & ſubornato rumore hęredis inſtituti factum. & ideo hęredis inſtitutio non
valet, ſed legatum valet.

ADDITIO.

a ¶ Aduerte quia do. An. Barb. hic tenet ꝙ imo iſta annua penſio eſt beneficiũ
eccleſiaſticũ & facit tria motiua ad quæ reſpondet particulariter hic. d. Feli.
& inter alia ponderat verbum alia hic poſitum quod importat ſimilitudinẽ
iuxta no. in c. ſedes s̃. eo. ſed. d. Feli. reſpondet ꝙ verbum alia: non denotat ſimilitudinem quando per alia iura eſt declaratum quod aliquid non eſt ſimile
vt in penſione eſt declaratum hic, & in d. c. quamuis. §. j. ego reſpõdeo alio modo ꝙ tex. ſimpliciter dicit ſeu alia beneficia: non dicit eccleſiaſtica. quo caſu
nulli dubium ꝙ penſio eſt beneficium ſumendo large. & ita reſpondet Capra
hic. aduerte etiam quia contra iſtam meam ſol. facit quia appellatione beneficij in dubio intelligimus de eccleſiaſtico tanquam de digniori vt per car.
in cle. 2. in viij. not. de iudic.

CAP. XXXII.

1 *Plura beneficia poteſt quis impetrare ſub expectatione.*
2 *Beneficij nomine an intelligitur prębenda.*
5 integra à generali clausula eximitur, & eius hęres. ¶†Item not.ꝙ rescriptū non transit ad hęredes passiuè:quia ex parte rei est personale,nisi iam reus fuisset citatus:quia per citationē perpetuat iurisdictio:q̄a statim ꝙ quis facit citare aduersariū,est obligatus ad prosequendum litē.vt C.quomodo & quādo.iu.auth.qui semel.& vbi surgit obligatio, ibi res non est integra.ff.de pac.l.si cum fundum.
6 ideo †de iure ciuili nouissimo ꝑ solā citationē ꝑpetuat iurisdictio, dummodo citatio valeat.aliâs pro nulla habet.vt C.ne de statu defun.l.si pater.C.de accusa.l.ij.& not.j̄.de appel.c.vt debitus.& cassata citatione cassat quicquid ex ea,vel ob eam est secutū.vt C.de legi.l.nō dubium.¶Sed dubitat vtrū istud sit verum,siue impetretur super personali,siue super reali.& videtur ꝙ si super reali rescriptū esset reale.sed ista ratio non cōcludit:quia in reali nō conuenitur hęres vt hæres sed vt quilibet possessor.vt ff.ad exhiben.l.tigni.§ fi.&
7 l.ij.§.j.de præto.stip. ¶†Itē rescriptū non incipit ab hærede vt hic. sed contra opponitur ꝙ imo rescriptū transeat ad hæredem,& ad quēlibet successorē sed & etiā singularē.vt j̄.de foro cōpet.c. dilecti.& j̄.de iudi.c q̄a V.in nostro.c.erat rō: q̄a in persona comitis nō erat rescriptū plenè formatū anteq̄ per clausulā generalē comes esset tractus ad causam.& ideo nō competebat iurisdictio actu sed potentiali habitu & in nube: secus si in rescripto persona comitis fuisset expressa.& est ratio differentiæ,q̄a clausula generalis habet tacitā cōditionē,si in iudicio exprimat,siue declaretur persona:& talis persona debet declarari,nūc quo potuisset declarari,tēpore datę.ar gu.in c.literis.de rescrip in cle.sed hæres nō potuit declarari tēpore datæ:quia viuens nō habet hæredē. ¶Item q̄a ꝯditio declarandi nō transit ad hæredem.vt ff.de ver.obl.l.q Romæ.§ augerius.qui.§. est sing.ad hoc.nō ob.j̄.de iudi. q̄a V.quia ibi erat successor iudicij.& quia iudicium erat iam inceptum.Præterea hæres dicitur eadem persona iuris fictione non verè. & ideo etiam per rescriptum speciale non potest conueniri hæres re integra:q̄a rescripta nō recipiunt fictionē extensiuè.arg.ff.de nego.gest.l.iij.§.hæc verba.¶Sed quomodo respōdet ad c.dilecti. de foro cōpe.dico quòd illud.c.intelligitur ſ̄m istud videlicet re nō ītegra:q̄a hr̄s ī iudicio succedit.ff. de iudi.l.tam ex contractibus dummodo causa sit transmissibilis ad hæredem.vt ff. de infamibus.l.seruus.nam rescriptū dat causę potius quam personæ.arg.ff.de aqua quoti.l.j.§.permittit.& ratio rescripti debet attendi,quia est ratio naturalis.vt not.ff de pac.l.pactū. §.fi.Porro si causa expiraret morte,tūc etiam iudiciū expiraret: vt ff.de suspectis tut.l.post finitā.& facit.ff.de dolo.l.hæredibus.& q̄d
8 ibi no.¶†Vnū scias q̄d si esset impetratū contra dignitatem etiam re integra transiret ad hæredē secūdū Ber.q̄d est notabile.& hoc ꝓsumit si est debitū dignitas: q̄a dignitas non morit.vt ff.de lega.2. l.q̄d principi.¶Extra no.ꝙ illa verba,clericos & laicos,faciūt ad q̄stionem positam per Iaco.Butr.de legato facto mercatoribus & artificibus artis lanæ.vt intelligatur in sensu diuiso,nec requirat concursus.qualitatū:q̄a quælibet qualitas inhærens suo subiecto determinat ipsam de per se. Distributiua qualitatum nō requriit earum concursum,nec soluta:sed copulatiua aut ad vnū effectū & reqrit concursum,aut ad singula singulis & non requirit cōcursum de cō
9 di.& demon.l.falsa.§.fin. ¶†Et scias ꝙ natura qualitatis est, ꝙ possit inesse,aliter nō informat subiectū.ff.de nox.l.in delictis.§. si extraneus.Item qualitates contrariæ nō cōcurrūt.ff.de cōdi.& dem. l.Titię si non nupserit. ff. pro suo.l.si ancillam.similiter nec ꝯditio
10 nes contrariæ nec modi cōtrarij. ¶†Quid si tempore datę erat laicus postea est factus clericus? respondeo cōuenit ex capite laici,nō
11 ex capite clerici.arg.ff de condi.& demon.l.falsa.§.j. ¶†Extra quæro,concessæ sunt represaliæ contra oēs de patria Florentina: vtrū includantur Aretini eius aggregati ꝑ gregiā virtute Florentinorum.Respondeo triplex est patria:cōmunis,vt Roma.ff.de excu. tuto.l.si duas.§.final. Vulgaris,de qua non potest dari certa doctrina:quia facti est prout consuetudo vulgi sonat:q̄ consuetudo interpretationē prudentū frangit,& plerunq; extendit.ff.de fun.instructo.l.cū de lanionis.§.j.Et propria, quæ potest dici patria sigillata, id est

ADDITIO.

a ¶ Considera an istud verbum re in tegra intelligat antequam citetur an intelligatur anteq̄ exprimatur.nā iste tex.videtur intelligere antequam citet.doc. vero intelligūt anteq̄ exprimat.Considera igitur hic scripta per doc.

id est in qua propriè quis est natus, vt puta Perusiũ mihi:& Bononia bononiẽsi.& in isto sensu debet accipi ĩ represalijs: qa stricti & odiosi iuris sunt. Et idem si dicat contra omnes de prouincia Florentię.Nam nomen prouincię delatum ad personas,strictè debet intelligi propter strictã & odiosam materiam. & quia non participantes honoribus non debent in odio participare. & quia quod facit maior pars,omnes fecisse videntur, quando omnibus cõgruit facere potuisse de iure per se vel alium. & hoc in sensu cõmuni siue vniuersali non includitur absens: vt ff.de magistratibus conueniendis.l.j.§.j. Et scias ꝙ deriuatio prudentum loco significati habetur.vt no.Ioan.And.in d.c.si ciuitas. qui remittit ad deriuatores
12 quorum nouissimus est Catholicon.¶†Pone, episcopus excommunicauit omnes leprosos stantes in ciuitate,nisi recedẽt de ciuitate intra octo dies:accidit quòd quidam leprosus exiuit portas ciuitatis,& reduxit se in quodam hospitali in suburbijs.Quæritur qd iuris. Respondeo quia morbus est contagiosus, non intelligitur paruisse mandato :argumentum in authen. iusiurandũ qđ præstat ab his.§.fin. quia parere & non parere stat in effectu. nam de facili posset inficere ciues; quorum gratia factum est pręceptum : & sicut propter salutẽ animarũ fit extensio. vt in d. capitulo, si ciuitas. Item in saluatione corporũ ne circonueniatur interdictum. Et est argumen.ad statutum Florentię quo cauetur, quòd facti de magistratibus non possint habitare in pristina parochia.nam non habitabunt in contigua.¶In cõtrarium videtur quia lupus syluam exiuit statim quod est extra syluã,licet sit in semita exteriori cõiuncta
13 syluę ¶† Et not. quòd interdicta quandoq; recipiunt extensionẽ. ff.de ler.expor.l.cui pacto.ff.de interdict.& releg.l.relegatorum.§. dubitatur.& §.constitutum.Ibi etiam,& in §.interdicere. habes ꝙ propter delictum commissum in loco incolatus pőt interdici originalis prouincia.& qđ incola Papię potest forbanniri pro delicto commisso Florentię:qa propter delictum iurisdictio se extendit legis autoritate.& est ibi gl.valde no.¶Itẽ qñq; fit extensio filiorum ad hęredes extraneos.ff.de ritu nup.l.liberum.§.j.tex.est valde not.

CAP. XXXVII.

1 *Ordo & consuetudo curię olim erat,ꝙ primò monitorię, secundò praeceptorię, vltimo executorię concedebantur.*
2 *Verbum super sedeas significat perpetuitatem.*
3 *Circuitu superuacuo olim vtebantur: hodie vero circuitus est emendatus.*
4 *Mentiens in ordine necessario nihil agit.*
5 *Mentionem faciens de alio instrumento quod facit ad causam, debet docere de illo.*
6 *Iudex si alia citatione non pręmissa dicat, assignamus tibi talem diem pro tertio & peremptorio termino: istud peremptorium est inualidum.*

2 1 EX insinuatione.ᵃ¶Non valent executorię in quibus impetrans dixit falsò monitorias pręcessisse.¶†Præmitte ad euidentiam quod ordo & cõsuetudo curię olim erat quod primò monitorię,secundò pręceptorię, vltimò executorię concedebantur. ¶Modo quidam. B. clericus impetrauit pręceptorias & executorias asserẽs quod monitorias impetrauit: & quia hoc erat falsum:papa mãdat superioribus supsedere.i.executioni nõ mandare.
2 ¶†Not. ꝙ verbũ superſedeas,notat & significat ppetuitatẽ, i.nunq̃ exequaris:qa quod hẽt perpetuam causam suspensionis,videtur ęternũ.tex.est hic notabilis.idẽ si dubium ff.de condi.indeb.
3 l.sufficit.¶†Item not.ꝙ olim vtebãtur superuacuo circuitu.hodie vero frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora:& ideo circuitus est emẽdatus,id est recto tramite fit gratia.sic.ff de condi.in debi.l.dominus testamento.ff.si cer.pe.l cum fundus.§. seruũ tuũ.
4 ¶†No.ꝙ qui mentitur in ordine necessario nihil agit: tum qa mẽtitur:quia non seruat ordinis formam:sed de nouissima cõsuetudine curię iste ordo non est necessarius:tñ si qs fuisset mentitus vt facilius literas obtineret,literę nõ valerent ſm Ber. ¶Itẽ not. ꝙ qui
5 facit mentionem de alio instrumento quod faciat ad causam, dẽt docere de illo.vt ĩ.de offi.delega.c.cum in iure.& ĩ. de verb.signi.
b c.abbate.& tenetur producere in qnacũq;ᵇ parte litis petatur edi. vt l.post q̃.§.si dies.ff. vt legatorũ nomine caueat.qui text.est multum notabilis.¶Item not.ꝙ os quod mentitur, occidit gratiam.vt ff.de tuto.& cura.da.ab his.l.tutor si petitus. ¶† Et not.optimum argumentum,quòd si iudex alia citatione non pręmissa, dicit assignamus tibi talem diem pro tertio & peremptorio termino quòd non valet istud peremptorium:secus si non adijceret illud verbum tertio vel vltimo : & contra contumacem potest ferri sententia etiam pęnalis si pęna contumacię respicit ipsum processum super quo contumacia est contracta:sed si pæna contumaciæ non respicit ipsum processum,sed venit extrinsecus:tunc requiritur alia citatio.vt ff.de iure fisci.l.eius qui delatorem.& eleganter not.in l.iij.§. si ad diem.ff.de re mili.

ADDITIONES.

a ¶ Circa istum tex.mouentur plures difficultates: prima quare.text.dicet ad nos est in numero plurali: & tñ suprascriptio non dirigit nisi vni s.abbati sancti Victoris contra.c.quam graui.de cri.fal.rñ.Io.An.& Imo. ꝙ dum text.dicit ad nos dẽt suppleri.d.Abb.& collige scđo instat text. dicit supersedeatis &c.contra nã supsedere est expectare aliũ finẽ vel euentũ. c. dilectus :.el secundo.§.eo.sed iste luere de quibus in tex.non valent tanquam subrepti.in c.ad audien.el secundo.§.e.consil.ergo text. non debebat dicere supersedeatis.respon.Io.an.Bu. & alij quòd verbum superdere hic ponitur impropriè pro totali desistentia.concor.c.olim.de except.
b ¶ Not.quòd quis tenetur producere instrumẽtum in quacũq; parte litis petatur edi: vide simulata per nouissimos in l.non solum.§.morte in xix.colũna de ope.no.nun.

CAP. XXXVIII.

1 *Clausula, si pro alio non scripserimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur, si apponatur: & papa scripsit pro alio iam beneficium obtinente, gratia non vendicat sibi locum.*
2 *Voluntas datur perfectè intelligi per verba enunciatiua siue conditionalia.*
3 *Verisimile non est quòd pater uelit filium duplici onere grauare.*
4 *Mens disponentis datur intelligi per conditionem.*
5 *Plurale idem est quod singulare, geminatum.*
6 *Clausula ista, si pro alio non scripsimus, utrum intelligatur apposita fauore ecclesię.*
7 *Clausula, non obstante si pro alio scripsimus, an funditus eneruet primam gratiam: an verò subordinet de priori faciendo posteriorem.*
8 *Papa si ita dicat, mandamus tibi conferri, si pro alio non scripsimus: nec adijcit qui huiusmodi gratiam prosequatur, & papa scripsit pro alio: sed alius morte preuentus non potest prosequi, vel viuens alteri cedit vel sententialiter succumbit, an litere sint efficaces.*
9 *Controuersia si cum altero pendeat quid iuris.*
10 *Negatiua hęc, scilicet quod quis gratiam non prosequatur, qualiter probetur.*
11 *Vir si fuit interfectus & vxor ignorabat: & tandem elapso anno sciuit & statim nupsit non dicitur istud tempus luctus neglexisse.*
12 *Si quis dicat, promittis mihi decem vsque ad mensem, & postea quandocũque: an hęc additio, & postea, faciat dilationem.*

1 MAndatum. †¶Vbi est clausula, si pro alio non scripserimus qui huiusmodi gratiam prosequatur,& papa scripsit ꝓ alio iam beneficiũ obtinente,gratia non vendicat sibi locũ.¶Casus. Papa mandat cuidã epõ qđ magistrũ.B.faceret recipi in canonicũ & in fratrẽ in ecclesia Nouiẽsi adiecta clausula, si pro alio ibidẽ nõ scripsit qui similem gratiam prosequatur;quærebatur si alius per literas eiusdem Papæ beneficium obtinebat, vtrũ epũs teneretur exequi mandatum?respondetur ꝙ non;qa non fuit de intentione papæ grauare ecclesiam super receptione duorum, dicit lex ꝙ semper est recurrendũ ad intentionem disponentis; quia cedit lingua cordi,& sub iugo mentis verba consistũt tanq̃ sub suo proprio originali & digniori.vt legi.& no.ff.cõia prædi.l.si in uenditione.in fi. & ff.de vsufruc.l.arboribus.dumtamen totaliter non recedat à verbis.vt ff.de vsufruc.leg.l.si alij.ff.de excu. tuto.l. scire oportec.§.& si maximè.vbi tex.dicit,quòd virtus dispositionis legalis cõsistit in ratione.¶Item alia lex dicit,ꝙ mẽs est radix verborũ, & eius substantia prima.nã cor imperator est linguæ, & habet eam sicut mancipiũ sub iurisdictione sua: voces deniq; sunt notæ earũ quæ ĩ anima sunt passionum:vt ait Aristote.& patet.ff.de liber.leg.l.labeo.
2 §.idem tubero.¶†Item no. ꝙ per verba enunciatiua siue conditionalia datur voluntas perfectè intelglii. facu.ff.de leg.iij.l. Pamphilo.§.ꝓpositum.vbi verbum vellem,quod est præteriti imperfecti ponitur ꝓ verbo volo, quod est præsentis tẽporis:qa volũtas testatoris non debet esse frustra:& tacita voluntas cohærens expssæ habetur ꝓ expressa. ff.si cer.pe.l.cum quid.sed in corde retẽta nihil
3 operatur.C.de condi.ob.cãm.l.si repetendi. ¶† Itẽ no.quòd non debet grauari duplici pondere.ut no.C.de mulieribus & in quo loco.l.j.lib.x. quod non est verisimile quòd pater voluerit filium duplici onere aggrauare.ff.de leg ij.l.Titia.§.qui in vita. ff.sol. matri.
4 l.si cum dotem.§. si pater. ¶† No. quod per conditionem datur intelligi mens disponentis ff.de manumi. testa.l. si quis locuples. C. de conditi.inser.l.ij.¶ Opponitur quòd quæstio istius capituli nõ sit dubitabilis propositio.ff.ad carb.l.quod labeo.Solu.dicit gloss. quòd imo ratio dubitandi erat, quia verba gratiam prosequatur, non videntur loqui de prosecutione facta & perfecta forte iã dudum.ad hoc respondet glo.quòd imò:quia durat prosecutio.arg. ad hoc arborũ furtim cæsarum.l.cædere.§.subsecare.ff.de iur.om. iudic.l.si quis id quod.§.si dum proponitur. quia durat prosecutio quæ in suo conatur effectu.argu.ff.de verbo signi.l. idem erit.ff.de iure

iure codicillorũ.l.plotiana.ff.de arbit.l. inter castellianum. & quod legi.& not.C.de vsufruc.l.corruptionem.& sic verbum præsentis temporis trahitur ad præteritum:quia durat de præsenti,& præteritum ad præsens:quia non tam ponderatur initium q̃ status rei. ¶Sed quid si nõ est dictum,qui huiusmodi gratiã prosequatur,sed simpliciter:respondeo si est eadẽ data, præfertur p̃sentans:si diuersa,primò impetrans.vt dixi.s̃.e.c.capitulum sanctę Crucis.¶Quęro,quid si primus impetrans renunciat. respon. aut ante adeptum ius in re:& secundæ literæ sumunt effectum: aut post adeptum ius in re.& tũc secus:quia semel ista conditionalis gratia expirauit.vnde non potest renasci vt C.de insti.& substi.l.antepe.quę lex est nota.ad hoc.¶Pone,Papa sic dixit, nõ obstãte si pro alijs scripsimus, & non scripserat nisi pro vno:videtur quod verba clausulę cassant

5 verba pluralis numeri.ff ad trebel.l.fi.¶†In contrarium videtur.ff. de verbo.signi.l.in vsu iuris.& l.non est sine liberis.de hoc no.j̃.de præben.c.quãuis.in tertia gloss.libro sexto. dicit lex quod idem est plurale quod singulare geminatum.ff.de condi.& demon.l.falsa.§. fi.ff.ad trebel.l.balista.ff.si quis cautionibus.l.si seruus.§.si plurium. sicut dicũt doc.iuris ciuilis de statuto quod punit producentem falsos testes.nam idem si vnum.¶Vlterius not.quòd non est verisimile quòd Papa velit alicui ius suum auferre.glo.allegat similia.& facit ff de vulg.substitu.l.ex facto. in princi.ff.de aqua plu. arcen.l.in

6 concedendo.¶†Quęro ista clausula,si pro alio nõ scripsimus:vtrũ intelligatur apposita fauore ecclesię ? & dico ꝙ sic,ne ecclesia grauetur in duplici receptione. tamen ecclesia potest huic suo fauori renũciare:& sic receptus ab ea,intelligetur receptus autoritate Papę.ar.C.vt in pos.leg.l.scire.ff.de mino.l.si filius.& ff.de iniu.test.l.

7 filio præterito.ff.de diuor.l.quod ait lex. ¶†Sed nunquid clausula, nõ obstante si pro alio scripsimus,funditus eneruat primam gratiam,an vero subordinat faciendo de priori posteriorem: & videtur quòd in totũ obrumpat per rationem istius capitu. quia qui in vno grauat,in alio alleuiatur.ff.de iureiur.l.cũ qui.& nõ debet afflicto addi afflictio.C.de epis.audien.l. tã dementis.nec onus oneri, vt prædixi.vt quidã imperator ait sicut habetur in cronica martiniana.Boni pastoris est pecus tondere, & non deglutire: qui pecus nimis emungit,elicit sanguinem:& vt ait diuina scriptura, sanguis subditorum requiretur de manibus prælatorum.¶Sed in contrarium videtur:quia quod suspenditur, non obrumpit vt ff.de verbo.obli.l.ij.& l.inter stipulantem.§.sacram.& est simile:quia secunda hypotheca interdum prefertur primę.vt C.qui potio.in pigno. hab.l.assiduis. nisi bona essent non soluendo ad vtranq; hypothecam:quia tunc illa quę postponitur,patrimonij inopia sorbetur.ff.

8 de procu.l.Titius.¶†Pone, dicit ita Papa,mandamus tibi conferri si pro alio non scripsimus,nec adiecit qui huiusmodi gratiam prosequatur,& Papa scripsit pro alio.sed alius morte pręuentus nõ potest prosequi,vel viuens alteri cedit, vel sententialiter succumbit: nunquid literę fiunt efficaces?& videtur ꝙ non: quia in conditionibus inspicitur merum factum.vt ff. de condi.& demonstra.l.mæuius.ff.de ver.oblig.l.quidã cũ filiũ.C.de transac.l.vbi pactũ.& not. per Cy.in l.j.C.de condi.inser.¶In contrarium videtur.nam de effectu cogitatũ vr̃ non de facto ab omni efficacia separato.ff.quod quisq; iuris.l.j.§.hęc verba. C.si mancipium ita fuerit alienatũ.l.ea quidem.¶Pręterea ista clausula fuit adiecta cũ causa,quæ determinat effectum vt ff.de seruis expor.l.quęsitũ. Ista pars est verior:q̃a intentio Papę fuit binas efficaces literas concedere. argumen.ff.de hęre.insti.l.qui soluendo nõ erat duos Apollonios. nec debet officere alteri ille qui capere non vult, vel non potest.ff.de cõtratabu. l.si post mortem.§. liberi.& §.fina.ff. de libe.lega.l. si is qui doos.

9 ¶†Quid si controuersia cum altero pendeat. solutio, retinetur in suspenso gratia.argum.ff.de excu.tuto.l.diximus.quæ lex ad multa

10 est not. ¶†Quæro qualiter probetur hæc negatiua, scilicet quòd quis gratiam nõ prosequatur? respondeo p̄ monitionem & termini lapsum vt ff.de optione leg.l.mancipiorũ.quinimmo ipsius termini assignatio includit monitionem.vt ff.ad tertul.l.ij.§.si mater. dummodo à die noticię:vt in ca.si pluribus. de præben. libr.vj. Dicit lex quòd mulier debet lugere virum vsque ad annum:quia hoc tempus honestati congruit, & incõsultè nubendi viam pręcludit.

11 vt C.de secund.nup.l.j. ¶†Pone quod vir fuit interfectus, & vxor ignorabat: tandem lapso anno sciuit & statim nupsit. non dicitur illud tempus luctus neglexisse:quia ignorauit de morte mariti. vnde eodem tempore lugubria intellectualiter sumit & deponit.ff. de infa.l.genero. nam tempus anni signatum est in principio, & in fine: & ideo non potest prorogari. Dubitari autem potest. quis istum terminum assignabit ad prosequendum gratiam?& videtur ꝙ capitulum,cui literę diriguntur secũdum Innoc. Nam ipsi capitulo debet fieri præsentatio literarum.vt j̃.de concess. preben.c.si capitulo.vj.Nec mirũ ꝙ p̄ interpellationẽ & obligationẽ debitoris creditor cõstituit in mora.vt ff.man.l.hominẽ. offert igit capitulũ separatum cum assignatione termini quo lapso mora impetrãtis. apparet.arg.ff.de lega.ij.l.si tamen quibusdam.& ff.de in diẽ adiec. l.necesse.& sicut terminus quandoq; includit monitionem,sic cõuertibiliter,vel eq̃ monitio includit terminũ. vt ff.de mino.l.emi

12 lius largianus.vbi est gl.sing.¶†Et si quis dicat, promittis mihi decem vsq; ad mensem,& postea quandocunque.hęc additio,& postea,& cętera,non facit dilationẽ.vt sing.not.ff.de verb.obli.l. cũ stipulatus sum mihi à Proculo. s̃m lecturam Rogerij.& ibi per Bar. ¶Idem ergo si Papa mandat capitulo vt recipiat talem intra mensem & postea quandocunque nam postea elapso mense alia monitio non requiritur.quod tene menti.

CAP. XXXIX.

1 *Acquiritur ius per literas monitorias.*
2 *Denominatio fieri debet à priori non à posteriori.*
3 *Causa remota debet inspici.*
4 *Executor non dicitur prouidere: quia factum alterius exequitur potius quàm suum.*
5 *Successor tenetur adimplere factum sui antecessoris.*
6 *Facere non videtur qui perficit,sed qui incipit.*
7 *Literę papę an expirent morte Papę.*
8 *Mandatum Papę an ille dicatur recepisse, qui mandatum legati Papę cepit.*

a Literis.[a]Ecclesia in qua primus apostolic⁹ dedit monitorias: secundus executorias, per primum & non per secundum intelligitur esse grauata.¶Casus. Honorius Papa mandauit quibusdam canonicis per literas monitorias, vt Tancredum subdiaconum reciperent in canonicum:mortuo Honorio Gregorius mandauit illud per literas executorias:& sic fuit receptus:postea vero idem Gregorius mandauit eisdem canonicis vt quendam alium nomine.g.clericum reciperent in canonicum,nisi pro alio per ipsum Gregorium fuisset ecclesia grauata: quæritur vtrum ecclesia intelligatur grauata per ipsum Gregorium an per Honorium.respon. quòd per Honoriũ: quia Honorius videtur grauasse: qui per prius ordinauit non Gregorius,qui fuit intentionem Honorij executus: & ideo dicti canonici tenentur literis Gregorij obedire,& dictum clericum recipere

1 in canonicum & fratrem.¶Nota primò arg. quòd per literas mo

b nitorias acquiritur ius scilicet destinatiuè non effectiuè [b].¶†Secũ

2 dò no.quòd denominatio debet fieri à priori.non à posteriori.sic.

3 ff.de vulga.substi.l.qui liberis.§.hæc verba.¶†Tertiò no.quòd causa remota inspicitur:quia est fundamentum causę proximę: & sic causa prima magis inspicitur quàm secunda.quod est verum quãdo ambę causæ tendunt ad eundem finem:sed si alterius sint naturæ,inspicit magis cã proxima q̃ remota. vt not.in l. si mulier.ff.rerum amotarũ. Hoc etiam natura eos docet. nam si quis in pruno inserat pirum,facit pira & non pruna.¶No. quòd qui ordinat,ma

4 gis facit,q̃ qui prosequitur ordinatum.¶†Quartò not.ꝙ executor non dicitur prouidere quia factum alterius exequitur potius quã suum.¶Item no.quod sicut patris & filij vnum dicitur testamentum.vt ff.de vulg.substit.l.patris & filij. ita hic antecessoris & suc

5 cessoris est vna gratia quæ denominatur à suo principio.¶†Vltimò not.arg.ꝙ successor tenetur adimplere factũ sui antecessoris. sic.ff.de iure dotium.l.si ego.§.j.&.capit.j qui successoris teneãtur. ĩ feud & ff.de mino.l.verum.§.ex facto.& q̃d not.ff.de iurisd.om.iu

6 di.l.& quia.¶†Item not.quod non qui perficit,sed qui incipit,facere videtur.Istud ideo,quia quod sequitur,habet quasi necessariã dependentiam à præterito quamq̃ imperfecto. ff.de mino.l. denique.§.j.Nam tamẽ refero hęc ad necessariã,sed ad honestatẽ:quia papa non ligat successorem:& q̃a literæ primæ sunt initiales nõ cõ

c plectiuæ gratiæ:vt s̃.e.c.cap.s̃m sanctæ crucis.[c]¶†Item not.in isto

7 c.ꝙ literæ Papæ non expirant morte Papæ.cũ successor teneat ipsas exequi.& vocatur executio hic,literæ cõplemẽti gratiæ:nõ cũ executio mera q̃a agit in virtute p̄pria q̃q̃ cõplexiuè:id est ex cõiũctione aliarum literarũ.Pone q̃d scribit epõ qui erat mortuus:vtrũ successor teneatur executioni mãdare illud p̄ceptũ ? & est optimũ ar.ꝙ sic.ff.de fideicõ.lib.l.cũ quasi.in prin. & quod not.ff.qui satis.

8 cog.l.si decesserit.¶†Quæro vnã cũ gl.nũq̃d dicat recepisse mandatũ Papæ ille q̃ mãdatũ legati Papæ cœpit?dic ꝙ aut legatus mãdat de speciali

ADDITIONES.

a ¶ Vide quod per istam decretalem dicit Ludo.ro.in consi.ccclvij.

b ¶ Not.etiam secundum Barba. quod dictio iam hic posita denotat perfectionem actus & temporis continuationem ad quod dicit primo videndum not.per Bald.in j.constit.ff. secundo dicit videndum Barto. in l.celsus.ff.de vsuca.vbi in vlti.colum.ponit vnum bonum dictum:& vide etiam Bertach. in verbo iam.

c ¶ Not.etiam ꝙ hic videtur text.ꝙ appellatione beneficiorum non venit ecclesia,ita probat hic si bñ consideras & sic aliud est ecclesia:aliud beneficium adde benè facere cle.causam,§.j.ibi ecclesia vel beneficio.de ele. de quo vide ibi in Card.v.not.pond.& declarantem quomodo procedat: & adde hic.

de spāli commissione Papę: & illud mandatum intelligitur papale vt ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. j. & ff. de do. pręle. l. Theopompus. aut ex generali potestate suę legationis: & tunc secus: quia factum Papę & legati non sunt eiusdem formę & naturę. vt legitur & no. in c. his qui autoritate. de prębend. lib. vj.

C A P. X L.

1 *Grauatus specificè non tenetur ex generali clausula.*
2 *Procurator constitutus ad contrahendum potest rem tradere super qua cōtraxit.*
3 *Mandato parendum est spreto omni circuitu, nisi circuitus sit necessarius.*

ABbatem. Per literas generales impetratas cum clausula; si pro alio non grauaris, non grauatur collator grauatus ante per literas speciales. ¶Casus. Papa mandauit abbati vt G. clerico in aliqua ecclesia sui monasterij prouideret: tandem Papa scripsit pro quodam alio ad dioecesanū, vt in dioecesi sua, vbi pro alio scriptum nō esset, faceret prouideri: episcopus cogit abbatem vt ꝓuideat huic tertio impetranti: dicitur ꝙ nec cogere pōt, nec ꝓuidere etiā si ge-
1 neralē prouidendi habeat potestatem. ¶†No. primò quòd speciale mādatū derogat generali: vel sic. no. ꝙ specificè grauatus nō tenetur ex generali clausula. cōcordat. ff. de lega. ij. l. legatorum. §. qui plures. ¶Item not. quòd ex tunc quis dicitur grauari, cum recipit literas & sic inspicitur tempus præsentationis secūdum Ber. ¶No. dat formas. vna est vt facias prouideri, & per talem formam non dedas potestas prouidendi. sed compellendi. concor. ff. si cer. pe. l. finali. In contrarium facit. ff. de le. j. l. si hęres iussus. vbi dicitur quod si testator mandat hęredi ꝙ faciat quòd habeam. x. quod videtur mandare quòd soluat mihi. x. sed ibi soluere nō pertinet ad alium quàm ad hæredem: sed recipere hic in canonicum & in fratrem de iure pertinet ad capitulum: & sic ad alium: vt s. eod. capitu. eam te. ¶Alia forma est, ꝓuideas: & tunc non solum prouidere potest verbo, sed facto inuestire: & in possessionem mittere secundū Ber. quod est notabile: quia cui committuntur dispositiua videt̄ etiā
2 cōmitti executiua. ff. de publiciana. l. si quis prohibuerit. ¶† Nam ibi innuit ꝙ procurator constitutus ad contrahendum, potest rem tradere super qua contraxit: nec mirum, quia cum vnum conceditur, videtur & id concedi quod sequitur ad illud: vt ff. de ser. vrba. prędio. l. seruitutes. §. si domum. & ff. de tributoria. l. procuratoris. §. sed & si dedi. ¶Item ex prædictis not. quòd tantum quis habet de arbitrio quantum habet de mādato: vt ff. de verborū obligatio. l. qui romę. §. Calimachus. & licet quis habeat liberum arbitriū, vel
a generale cum libera: nō tamen potest prorogare[a] terminum statutum sibi. tex. est notabilis. ff. loca. l. si lege. in prin. ¶Sunt nonnullæ alię formę literarum apostolicarum de quibus hic per Collec. Et in summa not. quòd omnia fauorabilia depēdent à forma, & his quæ
3 formæ sunt annexa. ff. iudica. solui. l. iam tamen. §. in hac. ¶†Ex prædictis apparet quòd parendum est mandato spreto omni circuitu: nisi circuitus est necessarius: quia ea quę sunt ordinis, non debent omitti: licet aliqñdo propter celeritatem actuum aliquid occultetur quod tamen fingitur: vt ff. de dona. inter virum & vxo. l. iij. §. si debitorem. & patet in ficta restitutione hereditatis ex trebelliano: vt C. ad trebel. l. penulti. §. cui autem. quo casū plus est in iure quā in facto: vt ff. de acqui. hęre. lege illud. & ff. si cer. pe. l. singularia.

ADDITIO.

a ¶Vide Ro. consi. cccxxij. & in consi. cciiij. Soc. in tract. de instantia. in v. arti.

C A P. X L I.

1 *Excommunicatò speciale est quod propter reuerentiam clauium remittatur ad iudicem qui grauauit.*
Clausula si est ita, quandoque requirit causæ cognitionem.
2 *Mandatum papę diuerso iure censetur prout ad diuersos refertur.*
3 *Licitum an sit alicui non recordari de facto proprio.*
4 *Licitum an sit dicere non recordor.*
5 *Iudicis partes in notorijs nullę sunt, nisi quantum ad sententiam.*
6 *Iudex debet absque difficultate reuocare quod perperam fecit.*
7 *Excommunicator post terminum sibi statutum an possit absoluere.*
8 *Absolutio facta ante lapsum termini præfixum excommunicatori per istos subrogatos an valeat.*
9 *Excommunicator an possit absoluere excommunicatum nemine citato.*
10 *Conditio sumitur à priori: modus à posteriori.*

ABexcommunicato. Clausula, sine difficultate absoluas si refertur ad factum proprium de quo quis debet esse certus, non requirit causæ cognitionem: sed si refertur ad alterius sic. hoc dicit. Primò thema, ex quo surgunt duo articuli. secundò quęstionis responsio. secūda ibi, non excōicatori. ¶Casus. Quidam prælatus excōmunicauit aliquē, qui conquestus est papę qđ est excommunicatus contra formam cōcilij. vnde papa mādauit excōmunicatori vt eum sine difficultate absolueret: & si non absolueret, deputauit alios qui absoluerent. Quæritur vtrum per istud mandatū sit commissa causæ cognitio? respondetur ꝙ nō ipsi excōmunicatori: qa de facto proprio non debet certificari, sed certus esse: sed si ipse nō absoluit: tūc alij deputati debēt cognoscere de meritis absolutionis. h. d. ¶In text. ibi, contra statuta: quia si-
1 ne causæ cognitione pręmissa. ¶†Ibi, qđ excommunicato est speciale propter reuerentiam clauium quod remittatur ad iudicē qui grauauit: aliàs secus. C. de appel. l. eos. ī prin. ¶Ibi, si ita est hęc clausula quandoque requirit causæ cognitionem, quandoque non. vt statim patet, & est notabile. ¶Ibi, sine difficultate scilicet alicuius probationis vel honestę cautionis. ¶Ibi, & alijs. isti possunt recusari, si sūt suspecti f̄m Compo. Ibi, certus esse: & quia certus dēt esse: ideo pręsumitur certus esse. ff. si cer. pet. l. quod te. Ibi deferatur. qa pręmittitur ibi cognitio. s. an sit excommunicatus contra statuta concilij necne. Et intellige quod non erat error expressus in excō-
2 municatione: licet tacitè esset contra concilium. ¶† Et not. quòd mandatum Papę diuerso iure censetur, prout ad diuersos refertur: & quòd interpretatio vnius clausulæ nō extendit se ad aliam clausulam in qua interpretatio est diuersa: quia separatorum separata
3 est ratio. C. de dona. inter vir. & vxo. l. si maritus. ¶† Quæro vna cū glo. vtrum sit licitum alicui non recordari de facto proprio? & dic quòd sic propter probabilem causam: aliàs non est licitum in alterius præiudicium: quia omnis ignorantia in proprio facto reputatur supina. & dicitur supina per similitudinem: quia homo iacens resupinus seipsum non videt. Item dicitur crassa per aliam similitu-
4 dinem: quia homines multum pingues parum vident, & se videre non possunt. ¶†Sed nunquid est licitum dicere, non recordor. rñ. si venit contra contractum proprium non est licitum. vt C. de contrahen. & commit. stip. l. magnam. sed si non venit contra propriā obligationem licitum est dicere nō recordor. reminiscentia enim non est in potestate nostra, nisi cum quodam discursu: & ille nō fit in instanti. & ideo licitū est testi petere tempus ad reminiscendum, præsertim de facto antiquo vel implicito. ff. de pac. l. emptor. §. Lucius. vnde si testis dixit se non recordari, & accusatur de falso: quia fuit pręsens, non debet ex hoc condemnari: quia vtrunque potest esse verum: quia fuit pręsens, & quòd nō recordatur, nisi appareat ꝙ hoc dicat animo supprimendę veritatis: quia qui veritatem sup-
5 plantat, falsi reus est. tex. nota. est C. de episco. & clc. l. pſby. ¶†Vltimò dicit hic glo. quòd in notorijs nullę sunt partes iudicis, nisi quātum ad sententiam. quod verum est in disceptando: sed bene sunt partes in fundando iudicium per citationem, vel requisitionem. vt j. de iureiur. c. ad nostram. el secundo in prima glo. & de diuor. c. porro. in j. gloss. & de purgatione canonica c. pe. in glos. qualiter.
6 ¶†Et not. ex prædictis quòd iudex[a] debet absque difficultate reuo-
a care quod perperam fecit, nec requiritur alia cognitio in facto proprio. Casus est singularis huius. ca. & est text. notabilis in l. j. §. j. ff. si ventris nomine mulier. & glo. vulgaris quamquam pernotanda. ff.
7 de euict. l. si minor. in prin. ¶†Extra quæro nunquid excommunicator post terminum sibi statutum possit absoluere? dic ꝙ sic f̄m Compo. & Abba. & facit. j. de ꝓben. c. si capitulo. per Arch. & est ratio: qa iste terminus apponitur fauore excōmunicati: & ideo nō pręcludit viam absolutiōis: & qa excōmunicator est obligatus duplici vinculo scilicet canonis & mādati, vt sine difficultate relaxet quod perperam egit, & non rite. Item tps insertum perpetuę obligationi aggrauat debitorem, non autem liberat. vt ff. de arbi. l. Celsus. Item quia nō dēt pręcludi via debitori, ne possit se liberare satisfaciendo. vi insti. de perpetuis & tempo. acti. §. fi. & s. de cōsti. c.
8 ex literis. ¶†Quæro nunquid absolutio facta ante lapsum termini pręfixum excōicatori per istos subrogatos valeat. respon. non, f̄m Ber. qa nōdum sunt adepti hanc iurisdictionem. arg. ff. quorū lega. l. j. §. qđ aūt. ff. manda. l. si mandauero tibi vt pro me. in prin. vbi dicitur qđ factum ante diem expectat debitū. dicit text. no. tamen in
9 quæstione prędicta non conualescit. ¶†Quæro nunquid excōicator possit absoluere excōicatum nemine citato? & videt̄ ꝙ sicut s̄ concilīū non pōt excōicare, ita nec absoluere. ¶Ista rō non est semper bona. vt no. in l. iij. C. vbi senatores vel clarissimi. & ff. de regu. iur. l. nemo qui condemnare. hæc snīa absolutionis solo verbo trahit secū executionem, nec requirit ordinem iudiciarium. Casus est hic in primo r̄nso. & no. j. de app. pręterea. ¶Constitutio conditionalis vel in diem non obligat ante diem: licet secus in contractibus vbi

ADDITIO.

a Vide de isto dicto Bal. hic pulchre per do. Iasonem. may. in l. si pacto quo penam. C. de pactis in v. no.

vbi requiritur consensus: ex hoc concludo quòd cōditio ex l. non oritur ante diem conditio tamen de pręsenti non est conditio: licet
10 sit quędam incertitudo, vt not. in cle. j. de offic. deleg. ¶† Et no. q̄d conditio sumitur à priori: modus à posteriori. Et scias ꝙ falsa demonstratio conditionaliter prolata reddit dispositionem inualidam. ff. de verbo. obliga. l. si ita stipulatus fuero hanc summam. quę lex est ad hoc notabilis.

CAP. XLII.

1 *Rescriptum impetratum ad beneficium quod impetrauit beneficiatus, dicēs se non esse beneficiatum, non valet.*
2 *Impetratio eius qui cautelosè impetrat, dicens se pauperem clericum: nec dicens se beneficium habere vel non habere, an valeat.*
3 *Mulier dicitur dotata in vno nummo.*
4 *Decipere interdum est licitum.*
5 *Præsumitur venditio vel contractus emphyteuticus ex comparatione quātitatis ad rem.*

a 1 SI proponente. [a]¶† Non valet rescriptum impetratum ad beneficium quod impetrauit beneficiatus dicens se non esse beneficiatum. ¶ Considera quòd interdum mendacium est expressum: & tunc etiam modicum mendacium denigrat totū factum. Non enim dicitur modicus defectus qui ex impressione falsi oritur. arg. ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. & quod not. ff. de regu. iur. l. ad eas. dolus autem velatus est: vt quia tacuit se beneficiatum: sed non dixit, non sum beneficiatus, si beneficium erat tenue: dicunt quidam quod non vitiatur rescriptū. nam non dicit beneficiatus ille qui, vt ita dixerim potest agere ad supplementū, cū ipsa actio supplementi dicatur querela. contrarium tenet Ber. q̄d etiam modicum beneficium non debet taceri. ¶ Pręterea an sit modicū, vel non, requirit causę cognitionē, & arbitrium superioris: sicut an mulier sit competenter dotata vel non. vt ff. de lega. iij. l. si filio non autem propria autoritate debet hoc impetrans supprimere cū ad superiorem pertineat indagatio: & etiam qui parua supprimit, mē-
2 dax est. ff de admi. tut. l. tutor qui repertorium. in prin. ¶† Quid de eo qui impetrat cautelosè, dicens se pauperem clericum: nec dicit se beneficiū habere, vel nō habere. respon. nō valet impetratio: qa Papa non debuit eum pręsumere beneficiatum sed tantum simplicem clericum ſm Ber. q̄d est no. & nota hic de literis in forma pauperum ¶ Forma pauperum mixta est: quia nō est gratia omnimodo, nec iustitia omnimodo. vt no. in clemen. gratię. eod. tit. vbi etiā
3 dicit glo. quod gratia consumpta non reuiuiscit. ¶† Item no. argu. quòd mulier dr̄ dotata in vno nummo. Et si statutum excludit dotatam, excludit eam; & pręsertim si statutū faueat testamēto paterno. argu. illius singu. gloss. ff. ad treb. l. si quis priore. ¶ Vltimò adde quod dixi s. eo. c. postulasti. & facit. l. j. C. de mendicātibus validis,
4 lib. xj. ¶† Et no. ꝙ interdum licitū est decipere, vt in commercijs: quia ex quo lex permittit contrahenti q̄d faciat facta sua q̄ melius pōt, aduersa pars debuit hoc cogitare: & si nō cogitauit, sibi imputet: alioquin omnia mercimonia mundi destruerentur, & oēs mer-
b catores [b] irent ad inferos: & tamen gloss. dicit, quòd nunq̄ decipere contingit bono viro. tñ propter hoc non puto ꝙ alicui det remedium fori etiam conscientialis. de hoc habes glos. singularem in l. semper in cōuentionibus. ff. de regu. iur. Illud certum est, ꝙ bona fides erronea in rebus paruis non officit: qa compensatur bona fides cum aliquo damno. vt dicit illa lex no. & sing. ff. de condi. & demō. l. quamuis Et vt ait Aristoteles, qui parum trangreditur, non vituperatur. & facit. C. qui dare tut. pos. auth. minoris debitor. & C. de
5 colla. auth. q̄d locum. ¶ † Extra no. ꝙ ex comparatione quantitatis ad rem pręsumitur venditio, vel contractus emphyteuticus: ex cōparatione rei ad rem pręsumitur permutatio. C. de pac. iter empto rem. l. cum tu. & ibi per Cyn. & in l. j. §. j. ff. de superficiebus. ¶ Extra scias tamen quod non est paruum id à quo dependet magnus effectus: vt non soluere vnum nummū nomine canonis. C. de sac. san. eccle. aut. qui rem. vbi de hoc.

ADDITIONES.

a ¶ Ioan. An. dicit non summari nec diuidi: tamen do. Ant. summat vt hic facit Panor. licet dicat ꝙ non diuidatur. Panor. tamen in suis recollectis diuidit in ij. in prima ponitur exemplum. in ij. solutio. secunda ibi illud.
b ¶ Vide Iaso. may. in l. si quis in conscribendo. in v. not. C. de pactis per illum tex. & que scripsi super eo.

CAP. XLIII.

1 *Incertitudo & ęquiuocatio vitiat rescriptum Papę.*
2 *Mutatur alibi corpus, sed non nomen: alibi mutatur corpus & nomen: alibi mutatur nomen sed non corpus.*
Mutatio si est captiosa punitur crimine stellionatus.
3 *Pęna quæ imponitur traditori, imponitur receptatori.*
4 *Quæstio etiam dicitur non dubitabilis propositio.*
5 *Verba generalia an comprehendant futura.*
6 *Damnorum nomine non solum expensę continentur: sed etiam rerum precium.*
7 *Rescriptum impetratum à cedente non prodest cessionario.*
8 *Papa quando poterit prouidere contra primam maliciam.*
9 *Citatio an interrumpat præscriptionem.*
10 *Actiones plures an possint poni in eodem libello super diuersis rebus vel negocijs.*
11 *Impetrari an possint diuersi iudices in pluribus realibus.*
12 *Duplex in agendo coram diuersis in vtroque foro condemnatur in expensis & damnis.*
13 *Officium iudicis oritur quoties committitur aliquid iurisdictioni.*
14 *Trahi an quis possit coram diuersis super diuersis, vbi sunt plures ordinarij.*
15 *Reus si sit incertus coram quo iudice compareat: an teneatur comparere.*

QVia nonnulli. ¶ Ponit septem species fraudis, quarum tres sunt in literis impetrandis & quatuor sunt in abutendo literis impetratis: pęna verò communis est scilicet amissio literarum & condemnatio in expensis ſm Gof. vel dic ꝙ sunt sex vitia in quibus cōprehenduntur eis similia, sic. C. de libe. pte. l. maximū
1 vitiū. ¶† Extra not. ꝙ incertitudo & ęquiuocatio vitiat rescriptum papę. ¶ In contractibus dic aut obscura verba proferuntur à stipulatore aut à pmissore. Primo casu interpretantur contra stipulatorem. vt l. fideiussorem. ff. mandati. de verbo. ob iga l. quoties in stipulatione ambigua. ff. de regu iur. l. semper in stipulationi. Secūdo casu dic vt no. ff de pac. l. veteribus. & in regula iuris. l. in ambiguis ¶ In vltimis voluntatibus eligitur media via. ff. de aur. & arg. lega. l. qui lancem. vel dic vt ibi not. dumtamen non recedatur à virtute verborum. facit. ff. de verbo. oblig. l quicquid astringendę. iij. respō so. & l. qui ex pluribus fundis. eodem titulo. & l. Titium. in glossa penulti. & finali. ¶ Casus. primo reprehenduntur illi qui literas sub nomine proprio impetratas tradunt alijs eiusdem nominis vtendas. Item qui tali modo recipiunt. Item illi qui trahunt alior ad iudicium contra quos re vera nullam habent materiam quæstionis. ¶ Item qui futura negocia trahunt, quæ non erant exorta tempore impetrati rescripti Item illi qui super vno negocio trahunt aduersarium ad diuersos iudices. Item illi qui trahunt reum super pluribus personalibus actionibus coram diuersis iudicibus delegatis, quæ sub vno commodius tractarentur. Item reprehenditur reus qui eodem tempore trahit actorem ad diuersa loca. Item qui inde terminatè impetrat ad villam quę habet cōmune nomē cū alia, vel alijs villis seu locis. Hi omnes propter suam maliciā carcere debēt commodo literarum, & aduersario condemnari in expensis cōpe
2 tentibus ac damnis. ¶† In text. ibi, nomine suo. hic mutabatur corpus sed non nomen: alibi mutatur corpus & nomen. ff. ad munici. l. Titio. Alibi mutatur nomen, sed nō corpus, vt quādo quis est pluris nominis. vt ff. de condi. indebi. l. fina. in princ. puta vna vice vocat se Petrum, alias mouē: hęc mutatio si est captiosa, punit crimine stellionatus: qa deficit titulus criminis & dolus adest. argu. ff. de
3 pigno. actio. l. j. in fi. ¶† Ibi, recipiunt, pęna quę imponitur traditori imponitur receptatori. vt l. j. C. de cupressis ex luco daphnes. & quę imponitur impetranti imponitur vtenti. C. de falsis. l. si falsos.
4 ¶† Ibi, quęstionis. dicitur quæstio etiā non dubitabilis propositio. C. de transa. l. vbi pactū. q̄d de facto mouetur. ff. ad Treb. l. Lucius. §. tres hęredes. tñ mentiens punitur vt hic: & interdum etiam criminaliter vt si facit imposturam. i. enormē diffamationem vt ff. de extraordinarijs criminibus. l. saccularij. hic contra mendaces. nam omne mendacium enormē punitur crimine stellionatus, si cōmittens petatur criminaliter puniri: sed si ciuiliter, sufficit ciuiliter condemnatio expensarum & damnorum, vt hic in fin. & insti. de pęna temerē litigantiū. §. j. ¶ Ibi, trahunt. quia in rescripto, vel in libello non est necesse quod exprimatur dies quo contracta est obligatio. ¶ Ibi, intentabant. not. expresso nomine ea quæ postea orta erant de re iudi. c. abbate. lib. vj. propter verba generalia se perperam: qa in rescriptis non veniunt futura, nisi veniant iure accrescendi. ff. de inofficio. testa. l. qui repudiantis. §. vltimo. vel rei augmento. C. de appella. l. ampliorem. §. fin. ¶ Idem in mandato pcuratoris ad lites. ff. quod cuiusq; vniuer. noīe. l. item eorū. §. si decuriones. sed certè procurator pōt cōstitui ad lites futuras. ff. de procura. l. item. secus
5 in actore: qa ibi requiritur decretum. † Hic posset quęri, vtrū verba generalia comprehēdant futura. nā interdum dicimus ꝙ sic. vt q̄ futura sunt appendices pręsentium, vel principalium obligationū vt est pignus & hypotheca. C. quæ res pigno. obliga. possunt. l. fina. Quandoq; dicimus non contineri vt no. ff. de cōdi. & demon. l. nō ad

ad ea. ff. manda. l.si tibi mandauero. §.is cuius bona. nisi sit adem-
ptus status simul cum bonis.ff.de leg. 3.l.si deportati seruo.quo ca-
su etiam futura veniunt, licet possessio futurorũ nõ acquirat fisco
sine apprehensione.vt no.ff.manda.l.cum duobus.§.idem respon-
dit.vt vbi est optima glo.¶ Ibi, super vno negocio, id est, vna mate
ria vniuersali generali vel speciali.ff.de quibus rebus ad eundem iu-
dicem eatur.l.j.& ij.C.de iudi.l.nulli.C. si à non competenti iudice.
l.si de proprietate.¶ Ibi, cõpellat componere vel cedere.no.qđ ne-
mo cõpellitur cõponere vel cedere, qđ est ꝯtra regem Frãcię in cã
schismatis.¶ Ibi, eodẽ tpe ad diuersa. not. ista verba simul iungi.sic
ff.de custo.reo.l.fin.in fi.Ibi, vel indeterminatè.not. ꝙ locus certus
dẽt exprimi in rescripto & in citatione:& ꝙ vbi pluralitas, ibi incer
titudo.¶ Ibi, eum.s.doctorem tanquã excõicatum.¶ Ibi, repellat.s.
reus, qui hoc ꝓcurauit.¶ Ibi, careant. s.per sentẽtiam.& ideo bene
valet ꝓcessus, si non excipiatur ſm Host.¶ Ibi, moderatis. s.arbi-
trio iudicis qđ maximè datur iudicibus ꝓp circumstantias quę cer-
ta diffinitione cõprehendi non possunt. dicit Aristo. primo rheto-
ricorũ, oportet rectè positas.ll.oĩa determinare, & quã paucissima
cõmittere iudicantibus: id est ea quę non possunt diffiniri per regu
6 lã. ff. de iure delibe. l.j ff.de effracto. & expilato. l.j.§.j ¶ † Ibi, atque
dãnis.s.quibusdã.noĩe eiñ dãnorũ nõ solũ expensę continent, sed
etiam rerum preciũ si quæ deperditę sunt:& tñ precium non cõti-
netur nomine expensarum.ff.de condi.& demon. l. quibus diebus.
7 §.j.vbi est tex. singularis quem Dyn. dicit non esse alibi.¶ † Deinde
no.ꝙ rescriptum impetratum à cedente non ꝓdest cessionario:qa
rescripta ad lites sunt personalia: ideo non transeunt ad procura-
torem in rem suam, nec cedi possunt: Per hoc etiam puto ꝙ vnus
de societate impetrauit nomine proprio, alter socius non possit ex
periri ex eo qa non est nominatus in rescripto.ar.contra. ff.de libe.
8 lega. l. si is qui duos.¶ † Quæro vnà cum glo. quomodo Papa po-
terit ꝓuidere cõtra primã maliciam, rñdeo per certitudinẽ demon-
strationis. Est autem demonstratio vocalis, literalis, & consonans
i.magis apta negocio vt gloss. ponit exemplum de Bononia.ff.de
reg.iur.l.semper in stipulationibus.& si non sufficit vnum nomen
ponant plura vsq; quo perueniat ad precisam demonstrationẽ, ita
qđ persona sit certa.vt no.insti.de leg.§.si quis in noĩe.C.de leg.l.si
Fortidianũ.ff.de reb. dub. l. qui habebat.¶ Quæro quõ põt proba-
ri qđ nihil habeat quæstionis. rñ. nisi specificet causam & causatũ
præsumitur nihil quæstionis habere.ff.de excep.doli.l. 2. §.circa.&
9 † tamen citatio interrumperet pręscriptionẽ, nisi sit circunducta
per exceptionẽ.C.de annali exceptione. l. fin.¶ Item si malicia est
euidens, vt quia libellus sit manifestè iniustus, vel ineptus. vt not.
Innoc.in c.j.de officio vica.& argumen. in l.j. C.ne quis vela regia.
¶ Opponitur quòd rescriptum debet trahi ad futura: nam trahi-
tus ad causam reconuentionis nouę actionis vt ff. de procu. l. oĩm
Solu.illud ideo quia reconuentio sapit naturam incidentis seu cõ-
10 sequẽtis. ¶ † Quæro nunquid plures actiones possunt poni in eo-
dem libello super diuersis rebus vel negocijs? rñdeo sic, si reus non
petat diuidi libellos. Idem contra nisi reus petat eos vniri, & ten-
dant ad idem.ff.de actio.emp.l.non est nouũ. ff. fa. hęr. l.hęredes.
§.de hæredibus. ¶ Item si actor vnam actionem velit diuidere in
plures particulares reo petente cogit re integra. vt not. Barto.ff.de
verb.o.obligatio.scire debemus.facit.ff.commo. l. in commoda-
11 to.§ fin.ff.deposi.l.j.§.si cista.& ff. de fur. l. qui saccum.¶ † Quæro
quid in pluribus realibus vtrum possint impetrari diuersi iudices.
dicit Inno. ꝙ sic, sicut cum corã ordinario agi debet in loco vbi res
est. sed certè etiam in loco domicilij potest reali. Item in loco ori-
ginis vt C.vbi in rem actio.in l.fi. breuiter in reali reus conuenitur
tanquam quilibet possessor: & in quo loco possidet, nec est in po-
testate arctare actorẽ ad locum domicilij, vel ad vnam dietam pro
pe locum domicilij, cum impetrat. vel dic ꝙ locus domicilij est lo
cus generalis à quo semper fit cõputatio dietę.; vt in c.statutum. §.
cum autem. de rescriptis. libr. vj ¶ Non tamen per hoc sequitur,
12 qđ.j.illã dietam nõ possint super diuersis rebus impetrari.¶ † Not.
ꝙ duplex in agendo corã diuersis, in vtroq; foro condemnatur in
expensis, & damnis. sed videtur qđ debeat amittere non solũ ius
iudicii, sed ius negocij, vt.C.de assertione tollen.l. j. in fi.hoc con-
cedit Pet.& Cy.C.de iudi. l.nulli. sed malè dicunt. quia speciale est
ibi in causa liberali. & dico quòd si esset quæstio de libertate eccle-
się, siue possessoria siue petitoria haberet locum pœna damni litis
13 & causę per illam notabilem legem.¶ † Quæro quo iure veniunt
hic damna & interesse? respondeo officio iudicis: quia quoties cõ-
mittitur aliquid iurisdictioni, officium iudicis oritur quoties autẽ
obligationi oritur actio vt no.Cy. C.de rerũ permuta.l.ex placito.
14 & melius Cy.& Bar.l.j.ff. de condi ex lege.¶ † Quæro nũquid corã
ordinarijs vbi sunt plures ordinarii possit quis trahi coram diuersis
super diuersis? & dic ꝙ sic: quia ordinarium iudicem lex dat: nec est
ibi aliquod delictum in impetrando quod non impetietur, sed à
15 lege concedatur arg l.j. C.vbi petantur tutores.¶ † Quærit gloss.si
reus est incertus coram quo iudice compareat, vtrum teneatur cõ-
parere? & dic ꝙ non qa temeraria est citatio: vt no. ff.de iudi.l.cum
quem temere.nec est in potestate rei eligere locum iudicij. & dicit
ijla.l.not.ff.de eo quod cer.lo.l.non vtique. plurima alia ex gloss.tu
studiosius perquiras: quia glo.sunt multum notabiles.

¶ De consuetudine. Rubrica.

1 *Consuetudo quid sit.*
2 *Consuetudo habet diuersas ętates.*
3 *Consuetudo si dictet quòd filia desponsata à patre, non succedat, sed dotari debeat: an sit idem si pater intestamento nubere iussit alicui.*
4 *Acta tam ciuilia quam criminalia an debeant produci ad probandum consuetudinem.*
5 *Consuetudinem quatuor inducunt.*
6 *Consuetudo domicilij mariti non vxoris in lucranda dote inspicitur.*
7 *Consuetudo potest dare iurisdictionem arbitris, & alijs priuatis personis.*
8 *Actuum pluralitas in præscribenda consuetudine requiritur.*
9 *Consuetudo delinquendi probatur per binum actum.*
10 *Consuetudo non requirit confirmationem superioris.*
11 *Consuetudo idem potest quod pactum.*
12 *Consuetudo potest facere quòd quis puniat delinquentem in terris confęderatis.*
13 *Citare potest quis in alieno territorio, si hoc dictat consuetudo.*
14 *Consuetudo potest transferre possessionem ipso facto præsertim interueniente aliquo signo extrinseco.*
15 *Consuetudo dat priuilegium.*
16 *Fundari potest libellus super consuetudine.*
17 *Consuetudo quòd clericus respondeat coram non suo diæcesano non valet.*
18 *Consuetudo quòd pro vno stario frumenti possint solui duo staria alterius bladi: an sit valida.*
tur vtrum suspensus possit iudicare.præbendas dare,vel iurisdictio
nem aliquam exercere.quidam dicunt ꝙ sic,licet non possit elige-
re,nec eligi glo.finaliter tenet contrarium,& intelligit hoc verum,
in suspensis ab homine nisi sit minor suspensio.i.participatione ex
communicati.¶ Alij dicunt,quod ea quę competunt ratione of-
ficij non potest facere qui suspensus est ab officio:sed ea quę com-
petunt ratione beneficij potest facere sicut potest locare prædia
beneficij sui.Item not.ꝙ occultè suspensus omnia potest quo ad
alium licet non quo ad se.i.omnibus potest conferre, sed non po-
test sibi conferri,dicit lex ꝙ quandoq; id quod est occultum, habe
c tur pro euidenti.[c] ff de condi ob causam.l.si pecuniam.§. si seruū.
vbi text.not.alibi glossatur contrarium. ff. de test. l. cum lege.& in
aut. de tabel.§ pe.vbi est singu.glos. de tabellione cuius depositio
ignoratur.¶Extra quæro vtrum dicatur monasterium, antequam
ibi sit numerus qui eligere abbatem,vel priorem. Respondeo sic,
ut hic in text.in verbo,pullularet.Locus igitur statutus pro mona-
sterio dicitur monasterium licet nondum ibi sit collegium.

ADDITIONES.

a ¶ Vide alleg.per Curtium iuniorem in l.Pau.ff.de solu.circa doc.Bar.ibi.& vide vltra ipsam Barb.consi.xxiiij.Cepol.consi.iiij.colum.iiij.Pau.de ba.có si.clxj.in princ.inci.in præsenti causa quę vertitur.& vide pro & contra quę Extensę scripsi in responsionibus ad motiua spectabilis domini Amb. cepo. de Albenga olim victione.M.do. Ioan. Bap. spinolę prætoris Papię.& habeo etiam scripta.d.And.pom.qui per quędam confirmatiua scripta mea.in dictis responsionibus.

b ¶ Vide eundem Bal.in l.de quibus.ff.de le.co.xv.

c ¶ Aliquando id quod est occultum habetur pro euidenti.pro et contra vide hic alleg. & vide etiam multa scripta per Barb. hic circa ista verba Bald.

CAP. IX.

1 *Capitulum sine episcopo non potest mutare consuetudines vel constitutiones ecclesiæ.*
2 *Solennitas requiritur in destructione & constructione alicuius actus.*
3 *Prælatus nullus potest derogare vel præiudicare priuilegio ecclesiæ suæ.*
4 *Ratificatio quando locum non habeat.*
5 *Verba hæc quæ tabelliones dicunt, quibus omnibus, & singulis sic peractis, talis iudex suam interposuit autoritatem, & decretum; an debeant poni in prin.instrumenti.*
6 *Consensus quid sit.*
7 *Instans aliter apud iuristas, & aliter apud logicos accipitur.*
8 *Consensus triplex est.*

Cum

1 CVm consuetudinis. † Capitulum sine episcopo consuetudines vel constitutiones ecclesiæ mutare non potest præm ss rat onē statuit & decreuit .secunda ibi, autoritate.dicit. Archi.quod non reperitur quòd capitulum habeat potestatem dispensandi.xlviij.di.c.j.per Archi Idem ait, quod dignitas præpositur requirit ordinem præsbyteratus lx.di.nullus.& quod valet consuetudo.quòd in ecclesia maiori nullus possit eligi ad dignitatem,nisi sit canonicus lx.di.c.j ¶Idem ait quod constitutus in minoribus potest eligi ad dignitatem sine cura.lx.di.innouamus:per Arch.¶Cásus Canonici Parienses sine cōsensu episcopi mutauerunt consuetudines & constitutiones antiquas & nouas cōstitutiones introduxerunt:papa decreuit non valere ¶Not quòd in constitutionibus & consuetudinibus episcopi requiritur consensus capituli.¶ † Not.quòd eadem solennitas requiritur in destru-
2
a ctione a & constructione alicuius actus ff.de lib.& posth.l. si ita. §. regula. C. de nup. l. si vt proponis. vide hic quod not.infra de ver. sig.c.ij.in gl ex hoc.lib.vj.& j.de priuilegijs.c.accedentibus. in nouel.& de filijs presbyterorum.c j.super glo.lib.vj.in nouel.vbi omnino vide.dicit Arch.quod nullum statutum potest facere ecclesia siue cathedralis,siue alia,sine consensu episcopi,nisi super administratione rerum familiarium.xj.di catholica. per Archi ¶Idem in collegijs laicorum.dicit Iacob.But.in l j,ff quod quisq; iuris. dicit Archi. quòd ne requiratur consensus potest præscribi.xxj.dist. de ceteris, per Archi.¶Et cum pluribus debet haberi consilium quàm consensus hinc est quòd consi ium debet haberi cum duabus partibus.Ideo enim congregantur vt consulantur. a gu. ff. de arbi.l. sicut tamen sufficit consensus maioris partis illarum duarum partium ff.quod cuiusq; vniuersitatis nomine.l.nulli.xxxj. di. Nicena.per Archi.¶ † Item scias,quòd nullus prælatus potest dero-
3 gare vel præiudicare priuilegio ecclesiæ suæ.lxiij di.literas. per Archi.Idem ait quod consuetudines maiorum episcopus mutare non potest.xcj.di.eleuterius.¶Opponit glo.quòd sufficit requiri consilium.& solue vt in ea.Et dic quòd quidam sunt actus, in quibus requiritur iussus.& debet præcedere;quandoq; requiritur licentia,& idem quandoq; requiritur autoritas.tunc in ipso act i est interponenda vel immediatè ante.vel immediatè post. quandoq; requiritur decretum:& idem vt not.Inn.in c.j.de re.eccle. non alie. lib. vj. Quandoq;requiritur,& tunc potest interuenire ante & post nisi requireretur determinato tempore ff. communia prædiorum. l. fi. Dicit Arch.quòd vbi requiritur autoritas,non sufficit quòd iudex dicat,interpono consensum meum: sed debet formaliter dicere
b interpono autoritatem b meam.vt not.Archi.di.xvij.q.iiij § etiã. & not.quòd autor idem est dicere quòd principalis.& ideo autoritas debet esse coherens actui & non potest interponi in absentia nec tacitè Sed requiritur expressio verborum.vt not.ff. de reg. iur. l.vbi non voce & ff.de aut.tu.l.j.in fi. & l. obligari. §. tutor. & vide quod not, Arch.xviij.q.ij quædam ¶Item omnimodo vide quod no.Bar.ff.de aqua plu.arcen.l.si autem.¶Item adde ꝙ quadruplex est consensus.scilicet autoritatis,ministri,approbationis,& operationis:vt not.Arch.viij.q.i.verecor.¶ † Item scias quòd quando ali-
4 quid est factum contra ius.vel contra iuris ordinem,non habet locum ratificatio:vt puta si alienata est res ecclesiæ non præcedente tractatu.vel alius actus sit nullus ipso iure;vt not infra de elec.c.in causis.& melius in c auditis.quandoq;tamen consensus superioris accedit ad actum,vt infra de iure patro.c.cura.Item quod consumptum est ratificari non potest.ff.rem ratam hab.l.bonorum.¶Item ratificatio est quędam fictio;& requirit actum ratificantis & aptitudinem rei ratificare.ff communia prædiorum. l. fi.¶Item fictio non trahitur ad ea quæ de iure impossibilia sunt:vt not ff.de leg.j.l. talis scriptura.vbi est glo.sing.& not. quòd duplex est ratio quare autoritas debet interuenire vno contextu.prin.ò,quia est fundamẽtum:secundo quia est solennitas:sicut quælibet substantialis solennitas.ff.de publiciana l quæcunq..§.si ¶Tertia ratio est,quia autoritas est actus legitimus,qui non potest pendere.ff.de reg.iur.l.act legitimi.& no.ff.de aut. tut.l. obligari.§.tutor.Et ideo si filiusfa. donat causa mortis,pater ex interuallo autorari non potest,sed incontinenti potest etiam vt donet fratri in eadem potestate constituto ¶Nec obstat quòd patri quæratur vsufru.quia hoc procedit consecutiuè ex legis dispositione non principaliter immediatè.ar. ff. de le.j.cum filio.de hoc no.in l.j.ff.de auto.tu. Item pater potest illi vsufructui renunciare.& accrescet donatario. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet.§.ij.nam inter fratres in eadem potestate iure nouo contrahitur omnis obligatio ex causa peculiari nisi in profectitijs; in quibus contrahitur sola obligatio naturalis. ff. de condictio. in deb.l.frater à fratre.ff.de fideiussoribus. l. si quis pro eo. §. primo. ¶Quero cum omnis autoritas respiciat ad principium, quid est quod dicunt tabelliones,quibus omnibus & singulis sic peractis,
5 alis iudex suam interposuit autoritatem,& decretum. Nam hæc uerba deberent poni in principio instrumenti. Respondeo satis dicitur in prin.quod fit in medio,vel in fine quia totum est vnum instrumentum,sine constructus C.de insti.l pe infra de appel. c. secundò requiris.ff.de minor.l.deniq;.§ j.ff.si cer.pe.l. lecta. § dicebam. & idem dico in titulo cessionis qui debet poni in principio:& prĩcipiũ intelligitur vsq;ad finẽ.nō sed ex interuallo vel in alio istrumẽto nō valet:et ita dẽt intelligi qđ no.in l.j.C ne lice.po in glo singu. quæ est ibi.¶Sed opponitur,& videtur ꝙ consensus debeat interuenire statim.vt no.ff.de actio.& obliga.l.consensu ff de pact l.j. §. conuentionis.C.de donatio nec ignorans.ff.de contrahen. emp. l. j.in fi.Solu.ibi nunquam, & nullus fuit celebratus contractus, & ideo non potest ratificare quia nullus consensus ibi præcessit. Sed impetus quidam animorum distantium: & nisi vnus contrahens
6 intelligat alium nunquam contractus celebratus.¶ † Consensus autem non est aliud quam simul sensus,& copula quædam animorum,quæ vitiatur ab extraneo interuallo.vt l.eadem.ff.de duo. reis. quod autem fit incontinenti dicitur fieri in instanti.vt ff. de verb.
7 ob.l.j.§.cum adiicit:in verbo illico.¶ † Instans autem non accipitur apud iuristas sicut apud logicos.Nam instans quandoq; dicitur longum instans:vnde & instantia iudicij appellata est. aliquando ponitur pro puncto,vt quando est quęstio puncti,qui solo intellectu,concipitur;vt no.insti.de his qui sunt sui vel alie.iur. in princ.&
8 ff quod me cau.l.sed & partus §.fi.& l. aretusa.ff. de sta. ho.¶ † Et dic quòd triplex est consensus.s.præcedens.inhærens & accedens. verbi gratia, consensus in tractatu alienationum est præcedens. ¶Item si dominus constituit procuratorem absentem:quia præcedit consensus domini à quo solo pendet mandatum consensus si quidem procuratoris est in acceptando non in eo quod per formam essentialem ipsi mandato pater etiam potest consentire filio per literas non solum generales sed etiam speciales. vt. ff. de decurionibus.l. honores.§.si Quidam est consensus inhærens ipsi actui nam cùm sit per modum substantiæ non potest separari à substantiato vt.ff.de ver.ob.l.inter stipulantem.in princ, pone exemplum in matrimonio puella interrogata an vir sibi placeat,noluit respondere;tunc si puer respondit quòd sic,& postea puella ex interuallo respondit quòd sic,non est contractum matrimonium. Quidam est consensus accedens,& iste potest esse approbatorius. Item & confirmatorius.& potest sequi ex post facto etiam ex interuallo dummodo actus principalis non sit consumptus vt.ff. communia prædi.l fi.& infra de iur.patrona.c.cura.Dicit Arch.quòd si initium esset vitiosum.vel contra ius sit factum non conualescit ex ratihabitione.lxiij.di.Salonitanę.Idem ait,quòd nihil ago,si cum alio habeo facere nisi simul cum eo facerem.lxiij.di. obeuntibus.¶Idem ait,quòd qui requiruntur tanquam consiliarij non habent ius iudicandi nec maiori parti statur.lxv.di.non debet.

CAP. X.

1 *Maritus vitio suo reductus ad paupertatem non habet beneficium, ne condemnetur nisi in quantum facere potest.*
2 *Prodigus an possit in integrum restitui aduersus contractus celebratos.*
3 *Iuramentum prodigi cum autoritate sui curatoris,an sit validum.*
4 *Mobilia si inueniuntur in domo mariti,præsumuntur mariti.*
5 *Mulieres possunt habere bona extra & vltra dotem.*
6 *Mulier quæ fecit se pollui per adulterium,nihil debet habere de bonis viri etiam ex pacto.*
7 *Mulier quæ commisit adulterium,non debet ali à viro.*
8 *Diuortium triplex est.*
9 *Vir vtrum lucretur fructus cerum paraphernalium.*
10 *Statutum si dicat,quòd matrimonium contractum in feruore amoris carnalis concupiscentię non valeat, nisi interueniant instrumenta dotalia, an teneat.*

EX parte vestra. Non valet consuetudo per quam quis inducitur ad malè vtēdum substãtia sua:vel dat materia delinquẽdi. scda pars ibi,tenore pñtiũ ¶Casus. In quadam terra erat ꝯsuetudo,qđ si aliqs de illa terra;vel extraneus prodigaliter. vel causualiter cōsumpsit bona sua;possit bona mobilia & immobilia vxoris alienare:& ꝙ si vxor cōmitteret adulteriũ & vir repudiaret eam,dēt sibi assignare dimidiã partẽ bonorũ suorũ.Papa ꝯsiderans ꝙ istæ consuetudines sunt abusiuæ iō reprobat. eas ¶ Ibi, indigena.i.in vrbe oriundus.Ibi.vel extraneus.i. incola, q ligaretur consuetudine loci si cōsuetudo esset rationabilis, ut hic patet à cōtrario sensu.¶ † Ibi,dissipauerit.arg.ꝙ maritus uitio suo redactus ad

ADDITIONES.

a ¶ Adde & extende istam regulam ex pulchre cu mulatis per moder. maxime per Iaso.may.in l.ius autem ciuile.iij.col.ff.de iusti.de iure.
b ¶ Vide scripta ad ista.per Ale. Are. & moder.in l.si quis mihi bona.§.iussum. ff.de acqui.hæred.

ad paupertatẽ, nõ h3 beneficiũ ne cõdẽnetur, nisi inquantũ facere põt. ff. de iure dot. l. pen. tex. no. Item est arg. ꝙ pater filio prodigo nõ tenet dare alimẽta. dicit gl. ꝙ ꝓdigalitas est vitium qđ qs com-
2 mittit i seipsũ non in aliũ. ff. de secũ. tab. l. j. § exigit. ¶ † Sed nunqd ꝓdigus possit in integrũ restitui aduersus contractus celebratos? dixit ꝙ nõ si contraxit anteq̃ ei esset interdictũ bonis: sed si postea,
3 sic, vt singulariter no. in l. ij. C. de curatore furio. ¶ † Sed nunquid
a valet iuramẽtũ ª ꝓdigi cũ autoritate sui cui curatoris? dic ꝙ non: qa cõparat pupillo vt l. certi cõdictio. §. quoniã. ff. si cer. pe. nam est interdictũ eius consensui. Si eñ nõ contraxit cum autoritate curatoris, tũc etiã naturaliter nõ obligatur, qa est interdictus ei consensus. ff. de fideiusso. l. cũ lex & l. Marcellus. ff. de cõdi. inde. l. interdũ. & ff. de ver. ob. l. is cui bonis. Itẽ non põt etiã facere testamentum cũ autoritate curatoris: qa datio curatoris nõ ptinet ad ius testandi. ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fin. ff. ad Treb. l. j. §. fuit quæsitum. ¶ Sed quid si est notoriè ꝓdigus, tñ non est ei bonis interdictũ, vtrũ possit cõtrahere vel testari? videt ꝙ non, qa notoriũ cõparatur sententiæ. dic contra, nisi contractus referatur ad turpem causam. l. si quis cũ sciret. ff. de vsucapi. ꝓ emptore. ff. de an. lega. l. Quintus. in fi. ff. de act. & obli. l. fi. vel nisi ex tenore instrumẽti appareat vitiũ prodigalitatis expressum vel statim subsecutũ. text. est sing. in d l. si qs cũ sciret. in fi qa vbi requirit decretũ, vel priuatio, notoriũ nõ habet vim sententiæ. sed in his quæ possunt iduci per cõfessionem, notorium habet vim confessionis & sententiæ. vnde apparet ꝙ licet qs confiteatur se prodigum, non ꝑpterea est ei statim bonis interdi-
4 ctũ vt. ff. de curato. furio. l. sæpe. & l. Iulianus. ¶ † Ibi cum mobilia. dic ꝙ si mobilia inueniuntur in domo mariti præsumuntur mariti. & ideo vxor inducens res suas in domo mariti, debet esse sagax in protestando, faciẽdo inuentarium de rebus cum cõfessione mariti, vel per publicum instrumentum: vt. ff. de iure do. l. si ego. §. dotis. Ibi. in testatione &c. Sed si reperiuntur in domo vxoris, præsumuntur vxoris, nisi appareat quòd maritus illud deposuerit, quia qui possidet domum, præsumitur possidere mobilia que sunt in domo. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum. ff. de leg. ij. l. Titia. §. gaius. Ibi, alienat. hoc est prohibitum vt. infra. de pigno. c. ex literis.
5 & not. ff. de bo. dam. l. quinq;. vbi videas. ¶ † Et not. quòd mulieres
b possunt habere bona extra & vltra b dotem. vt. ff. de dona. l. donationes in concubinam. §. species, quæ non possunt administrari per virum nisi de consensu vxoris. & vocantur res paraphernales vt. C. de pac. conuentis l. fi. & an in dubio præsumantur in dotem datæ. glo. not. quod sic. ff. de iure do. l. mulier bona. quod verum est, si præcessit tractatus de eis in dotem dandis ff. de iure dotium. l. quod autem. nam propter tractatum præcedentem aliquid præsumitur sub secutũ. vt. ff. de iudi. l. j. licet in alia materia. ¶ Ibi, exigit, fortè quia vir petit diuortiũ. Ibi, priuãda. not. ꝙ non debet oriri habitus vnde
6 dẽt nasci priuatio † Itẽ no. ꝙ nihil dẽt habere de bonis viri etiã ex pacto mulier quæ fecit se pollui per adulteriũ. dicit lex, ꝙ grauius est in mẽte viri adulterium vxoris, quã homicidium filij. ff. de leg. ij. l.
7 codicillis. §. pe. ¶ † Itẽ no ꝙ mulier quę cõmisit adulteriũ, non dẽt ali à viro qđ no. C. de fideic. l. fideicommissum. ff. so. ma. l. ab hostibus. §. fin. Sed si sine causa vir expelleret vxorem, teneretur ei assi-
8 gnare dotem suam. ¶ † Et dic ꝙ triplex est diuortiũ. s. temerarium, causarium, vt propter furorem: & ignominiosum vt propter adulterium. Primo casu vxor quæ temerariè diuertit, sibi imputet: quia licet dotem non perdat, tamẽ non debet ali extra domum viri, vbi tenetur operari. ff. de operis libertorũ. l. sicut. Secundo casu debet ali ex redditibus dotis. ff. so. ma. l. si cum dotem: §. sin autem in sequissimo. Tertio casu vxor adultera perdit dotem per sententiam non ipso facto. & si decedat ante sententiam, eius hæres debet perdere dotem: qa pęnę delictorũ non intentatorũ non transeũt ad hæredẽ vt. l. j. C. ne ex delictis defunctorũ, nisi istæ pęnę essent deductę ĩ pactum. vel dic vt. C. de adul. l. fi. & ff. sol. matrimo. l. etiam. §. hæredi.
9 ¶ † Extra quærit vtrum vir lucretur fructus rerum paraphernaliũ? & dicitur ꝙ nõ, nisi quatenus vir consumpsit vxore permittente. extantes eñ non facit suos: qa percipit iure familiaritatis, non iure ꝓprio qđ eñ dicitur, qđ bonęfidei possessor facit suos fructus, q industria percipiũtur. pro cultura & cura, siue coluit per se, siue per alium nam qui per alium, facit, per se fecisse videtur. intelligitur qũ cogitatione domini percipit: quia credit se dominum. Nam hæc est bona fides. C. de fur. l. apud antiquos, consumptos tamen non tenetur restituere propter liberalitatem vxoris, ita intelligitur qđ not, C, de iure dotiu m. l. vbi adhuc, & l. fina. C. de pact. conuentis.
10 ¶ † Pone. dicit statutum quòd matrimonium contractum in feruore amoris carnalis concupiscentiæ non valet, nisi interueniant instrumenta dotalia. Nunquid istud statutum teneat? & videtur quod sic, ne matrimonia sint in incerto, & præcipuè quando nobilis contrahit cum ignobili. hoc statuit lex de eo qui contraxit matrimonium cum concubina cuius blandicijs sæpe inficiuntur animi perditorum. vt. C. de naturali. lib. l. j. hoc habes insti. de nupt. §. fina. ¶ Archi. dicit quòd statutum non valet, & de iure cano. matrimonium cum concubina tenet sine aliquo instrumento dotali, vel matrimoniali. sufficit enim quòd sit cõtractum in forma ecclesiæ: vt ipse eleganter no. lxvj. dist. olius. vbi late.

CAP. XI.

1 *Iuri naturali cuius transgressio inducit periculum salutis, non potest per consuetudinem derogari,*
2 *Statutum quòd filia dotata non succedat, etiam si non habeat integram legitimam, an sit bonum vel æquum.*
3 *Frequentia delinquendi non excusat peccatum.*
4 *Statuta quæ permittunt homicidia, non valent.*
5 *Pœna contemptibilis, vt quòd homicida soluat quinq; solidos, est inualida.*
6 *Consuetudo praua est punire totam contratam.*
7 *Dubius in conscientia quando intelligatur facere contra conscientiam.*
8 *Legis Romanæ non est tanta autoritas vt vincat consuetudinem.*
9 *Occidere an possim secundum bonam conscientiam in eadem rixa aggressorem meum.*
10 *Statutum, vel consuetudo quòd offensus possit facere competentem vindictam quandocunq; facultas se obtulerit, an valeat.*
11 *Ratio est de extensione consuetudinis.*
12 *Inducitur consuetudo ex tenore actuum.*
13 *Opposita oppositis reprobantur.*
14 *Iurisdictio maior & iurisdictio minor quæ differunt gradu & non specie, qualiter probentur.*
15 *Iudex examinans testes super consuetudine debet eos subtiliter examinare.*
16 *Præscriptio & consuetudo an differant.*
17 *Anni quadraginta quare non sufficiunt in seruitutibus præscribendis, si habent causam discontinuam; & in censibus percipiendis sufficiunt.*
18 *Consuetudo non contrahendi inducit prohibitionem contractus & commercij.*
19 *Iura communia quæ de consuetudine non saluantur, pro nunis, habentur.*
20 *Consuetudo generalis prælatorum quòd possit donare de pecunijs redactis ex fructibus pertinentibus ad prælatum, an sit valida.*
21 *Permittitur ecclesiæ propter nobilitatem plus quam alias permitteretur.*
22 *Consuetudo quod vsufructuarius lucretur fructus, quos percipit antiquam satisdet, an sit valida.*
23 *Consuetudo an possit esse scripta.*
24 *Scriptura non fit ad esse consuetudinis.*
25 *Consuetudo totum immutans an sit consuetudo.*
26 *Consuetudo si sit specialis in quodam oppido eiusdem prouinciæ; sed tandem extenditur ad totam prouinciam, an dicatur vna consuetudo vel duæ.*
27 *Consuetudines penes causas efficientes sunt duæ.*
28 *Forma consuetudinis & eius substantia an differant.*
29 *Consuetudo interpretatur rudes sermones, & etiam significata transformat.*
30 *Moribus vtentium dum quis dicit, pluralitatem significat.*
31 *Consuetudo si dictet, quòd arbitri possunt prorogare, & reparare terminum compromissi semel & pluries, quid significet pluries.*
32 *Prorogatio aliud est quàm reparatio.*
33 *Consuetudo per quem sensum corporis debeat probari per testes.*
34 *Consuetudo rei si dictet quòd præscribatur per quinquennium, consuetudo autem actoris dictat quòd per decennium, quæ consuetudo seruabitur.*
35 *Dominium & rei vendicatio quæ nascitur de corpore dominij an sit idem.*
36 *Consuetudo quæ inducit præscriptionem annalem, an valeat.*
37 *Consuetudinis possessio an reperiatur.*
38 *Pedagia an præscribantur.*
39 *Consuetudo propriè est de his quæ non possidentur, vel quasi. & quid præscriptio.*
40 *Iura publica priuatorum præscriptio non vsurpat.*
41 *Exigere pedagium cui competit, per consequens competit exigere pœnas ab his qui pedagium fraudant.*
42 *Error non impedit præscriptionem.*
43 *Tempus interdum habetur pro consensu atq; fide.*
44 *Consuetudo an valeat vbi non deficit lex.*

1 CVm tanto. † Iuri naturali cuius transgressio inducit periculum salutis, non potest per consuetudinem derogari. Item consuetudo non tollit ius positiuum nisi sit rationabilis, & legitimè præscripta. ¶ Possessor malæfidei non pscribit, licet ꝯsuetudo hoc dictet, qa cõtinuatio peccati nõ minuit peccatũ. istud est verũ actiuè, sed passiuè præscribit. i. vt patiatur quis repulsam. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viã, per Bar. & sic quo ad extremũ passiuũ est licitum statutum.

ADDITIONES.

a ¶ Vide scripta per Alexan. & moder. in l. is cui bonis. ff. de ver. obl.
b ¶ Vide Pau. de Cast. & mod. in l. maritus. C. de procura.

statutũ, sed non ad agẽdũ. vt C. de prescrip. xxx. an. l. si qs emptionis. ¶ Et tunc intelligis illius legis rationem: qa in vno extremo est ratio equitatis, in alio non. ¶ Sciendum est ꝙ consuetudo alia bona & non equa vt in prescriptionibus. Alia equa & non bona, vt si lij naturales succedant equa portione cum feminis legitimis & naturalibus. vel pone melius exemplum ꝙ nulla prescriptio obstat
2 veris dominis. alia bona & equa, vt ꝙ testamẽta seruentur. ¶ † Sed dubitatur nunquid statutum ꝙ filia dotata non succedat, ẽt si non habeat integram legitimã, sit bonũ, vel equum. videt ꝙ imo sit bonum & equum. vt. C. de adul. l. publico. per Cyn. ¶ Item satisfac. intelligitur quemadmodum creditor voluerit: sed omnes de populo videntur velle & intelligitur filia dotata si pater ei ordinauit dotẽ in testamento. ff. de admini. tuto. l. cum plures. §. in primis.

¶ In gloss. etiã si nondum sit nubilis etatis. qa affectio & consilium patris peruenit ante tps. vt notabiliter dicit text. ff. qd falso. tuto. l. an in patrem. ¶ Item qa vulgus ita opinatur. vt. ff. de fun. instr. l. cum de lanionis §. j. & facit. ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. Titio genero. ver. & cũ ante nuptias. & qd ibi per Dy. Iurisconsultus allegat vulgi opinionẽ. ff. de infamibus. l. athletas §. j. rustici sermones debent intelligi secundum vsitatum intellectum: vt no. ff. de le.
3 iij. l. librorum. §. ꝙ tamen cassius. ¶ † Ibi diutius. not. ꝙ frequentia delinquendi non excusat peccatum sed magis auget. C. de seruis fu
4 gi. l. quicunq;. & l. iij. C. de epi. audien. ¶ † Ibi, salutis eterne: vnde non valẽt statuta que pmittũt homicidia: qa inducũt peccatũ mortale nisi ille qui occiditur, hãc penã mereatur. vt C. de his qui ad ecclesias confugiunt. l. si seruus. nã qd legitimẽ factũ est. quinimmo qd legitimẽ passum est: & sic regula potius format passiuẽ quàm actiuẽ. penã nõ meret. C. de adul. l. gracchus. ff. sed. l. qd ait. §. si. & si hoc, debet potius inspici persona patiẽtis quàm facientis. vñ bãnitus bãnitum impune põt offendere, si statutum dictat, ꝙ bannitus possit impune offendi. & est ratio: qa offensus nõ potest se vindicare, nisi accuset & accusando facit se actorẽ: & alia pars obtinet locũ rei, & ideo fauorabilior. ff. so. ma. l cũ mulier. & ideo nec inquiri potest: qa inquisitor tenet locũ accusatoris, & ei incũbit pbatio ꝙ sit malũ perpetratũ: & tñ aliqñ permittitur inquisitio & nõ accusatio
5 vt singulariter no. in l. j. C. si tutor nõ gesserit. ¶ † Scias ꝙ poena cõtẽptibilis, vt qd homicida soluat quinq; solidos, tanquam derisoria non valet: qa remissio pene incentiuum tribuit delinquendi, & excitat ad peccatũ. in delictis puniẽdis, que sunt de specie grauium delictorum, requiritur seueritas. ff. de pub. l. licitatio. §. illicite. grauitas aũt pene arguit enormitatem delicti, p argum. ab effectu: ex quo licitẽ arguitur: vt not. ff. de reg. iu. l. in omnibus. & ea nõ attenta dẽt puniri homicidiũ. vt eleganter notatur per Archi. xxiij. qõ. iiij. duo ista. vbi oĩno videas. ¶ Ibi, corruptela, dicit lex, ꝙ praue cõ
a suetudines non sunt seruande nec [a] imitande. ¶ † Item dicit lex ꝙ
6 consuetudo praua est punire totã cõtratã. i. totã villam, vel totam parochiã p delicto vnius, cũ ceteri nõ sunt in culpa. vt legit. & no. in aut. vt nulli iudicũ. vbi est optima gloss. licet vulgaris, & per linguam assessorum licet diuulgata. Sed nunquid consuetudo vincit conscientiã? dic ꝙ conscientia sicut bona fides est facti: vt no. ff. de acqui. re. do. l. i bone fidei. & facta nulla iuris cõsecutione possunt
7 mutari. ff. de acqui. poss. l. j §. si vir. vxori. ¶ † Scias tamen quod du
b bius [b] in cõscientia non intelligitur facere contra conscientiã, nisi postq̃ monstrata est veritas. ita intelligitur qd no. Inn. infra de iudi.
8 c. nouit. ¶ † Ibi, iuris autoritas. in vsibus feudorum datur regula extra, ꝙ legis Romane non est vilis autoritas, non tamen tanta, quod vincat cõsuetudinẽ in capitulo, Obertus. §. strenuus. de feudi cognitione. & si intelligitur de consuetudine equa & naturali, satis potest cõcedi ꝙ preualet rigori iuris cõis. verbi gratia, ius cõe statuit ꝙ percutiens cũ gladio animo occidendi puniatur vt homicida: sed consuetudo dictat, ꝙ si mors nõ est secuta, puniatur solum de vulnerato: vt not. Cy. C. ad l. Corneliã, de sicarijs. l. is q cũ telo. & C. de episc. & cle. l. si quis nõ dicam rapere. & vide qd no. Archi. in c. si quis suadente diabolo. ꝓpositũ enim cum actu imperfecto equitas dictat mitius puniri, q̃ cũ actu perfecto. C. de ser. fugi. l. si fugitiui seruo. Ideo etiã lex dicit, cũ telo: qa ex qualitate instrumenti psumitur animus occidẽdi. infra de homicidio. c. significasti. vel non occidendi. ff. ad l. corneliam. de sicarijs. l. j. §. sed & si claua. & ibi per Iac. de are. Intellige considerari animum dumtamen sit aptitudo perfi
9 ciendi. arg. not. in l. j. C. vnde vi. ¶ † Sed nunquid secundum bonam conscientiam possum in eadem rixa occidere aggressorẽ meum? dic quòd non, si possum fugere. ita intelligitur quod not. ff. de iust. & iur. l. vt vim. sed de iure humano non teneor cum mea verecundia vel periculo fugere. ff. ad l. aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. ibi per Cyn. l. di. c. de his. per Archi. vbi omnino vide.
10 ¶ † Sed nunquid valet statutum vel consuetudo, quòd offensus possit facere competentem vindictam quandocunq; facultas se obtulerit? & videtur quòd non: quia inducit votum captande, imò in ducende mortis: certè istud non est uerum, quia istud statutum non intelligitur in casu homicidij, dico ergo valere: quia potest lex dolum cum dolo compensare: & nemini iniuriam facit fiscus si remittit penam, que sibi debetur sicut sunt omnes pene criminales. quia nemini iniuriam facit qui iuri suo renunciat. & not. istam rationem. ¶ Ibi rationabilis. non requiritur hic ratio stricte. i. inconuincibilis propositio: sed sufficit aliquod bonum motiuum vt no. in l. j. §. j. ff. de postu. ¶ Tamen quanto melior est ratio, tanto maior extensio: quia extensio non fit nisi per rationem que est immedia
11 ta causa extensionis. vt eleganter not. Cyn. in l. j. C. eo. ¶ † Scias igitur quòd licet ratio non sit de esse consuetudinis, nisi quando consuetudo est contra ius scriptum tamen est de extensione consuetudinis: qui vbi non est ratio, ibi est plantatum in aridum, quod non pullulat. ¶ Or modo dicamus aliqua de probatione cõsuetudinis. & Ber. dicit hic eleganter, quod nõn facilis est eius probatio. & Cy. melius examinat. C. eo. l. ij. videamus nunc de quarto. ver. ij. quæri
12 tur. ¶ Ex cuius dictis elice aliquas conclusiones. ¶ † Prima est, ꝙ quia ex tenore actuum inducitur consuetudo, ideo oportet quòd testes concordent in tenore actuum: quia discordia in forma facti reddit testes singulares. sicut dicimus in simili, si vnus testis deponit quòd agens numerauit, alter ꝙ reus confessus est sibi mutuatum: isti testes non probant: quia discordant in forma facti. Nam idem dicendum est de consuetudine: quoniam in facto probando requiritur vniformitas testium secundum Iaco. de ra. & Cy. vbi. s. ¶ Tamen sciendum est quòd isti duo testes, & si non probant plenẽ, tamen pbant plusq̃ semiplenẽ. qa veritas & confessio versant circa idem. tex. est singu. j. de succes. ab intesta. c. cum dilectus. ¶ Modo contra hoc surgit questio. qualiter probetur consuetudo, cum nõ sit ibi tenor actuum? respondeo probatur per actus incompassibiles. verbi gratia. statu um & consuetudo erat, ꝙ maritus lucraretur tertiam partem dotis: desuetudo probabitur per cõtrarium vsum: scilicet ꝙ per multas sententias quæ transierunt in rem iudicatam longo tempore obseruatas, fuit pronunciatum quòd integra dos restitueretur. nam quod vltimum est preualet: vt ff. de alimen. leg. l. Mela. §. j. tamen hic non accipio vltimum in intentione, vt ibi sumitur. ff. de acqui. poss. l. si quis ante. Sed accipio vltimum in vi
13 gore & efficacia: vt C. de testa. l. sancimus. ¶ † Ex his sequitur conclusio quòd opposita oppositis reprobantur: vt. C. de contrah. & commit. stipu. l. optimam, in fin. ¶ Sed dubium est si vnus dicit ꝙ vidit pronunciari super dote centum librarum, alter in dote ducẽtum librarum, vel mille, vtrum probent. Respondeo sic: quia quæ ratio coniungit per omnimodam identitatem facti, diuersitas non disiungit. Vnde in consonantia testium magis attenditur ratio quã factum. vt not. ff. de condi. & demon. l. cum tale. §. falsum. nam ratio est naturalis & vniuersalis propositio, quæ habet prædicari de multis eiusdem rationis. ff. de excu. tutor. l. scire oportet. §. sufficit. C. de indicta vidui. l. j. ff. de ver. signi. l. nominis & rei. § j. & de hoc
14 satis disputat Cy. in l. i. C. eo. ¶ † Ex his talis sequitur conclusio: qa ea quæ differunt gradu, & non specie, vt iurisdictio maior, & iurisdictio minor, in eadẽ specie iurisdictionis, licet in latitudine eius, id est in magnitudine eius discrepent, probatur per testes deponẽtes vnus de maiori, alter de minori: puta vnus de ducentis, alter de centum. secus si actus essent sub diuersa specie: & vnus deponit de iurisdictione pecuniaria, alter de iurisdictione sanguinis: quia non sunt eiusdẽ generis nec forme. facit quod no. Dy. ñ. l. ij. ff. de excusa. tuto. quia intellectus testis nõ apprehendit ea per eadẽ rõnem, sed per diuersam considerationem: & iõ testes isti non sunt socij testificando: sed penitus separati. & huiusmodi testes dicuntur singulares quia numeri singularis. de hoc alibi dixi, & adde quod not. Cynus in l. vnica. C. de sen. quæ pro eo quod interest proferuntur. in fi. vbi dicit, quòd licet animus testium sit de effectu, tamẽ si rõ est de effectu, probatur interesse: quia ratio reducit testes ad cõcordiã qd
15 est notabile. ¶ † No. quod iudex qui examinat testes super cõsuetudine debet eos subtiliter examinare: quia hec est regula in omnib. quæ sunt difficilis & dubitabilis probationis. C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. j. §. in a ijs. nam iste est de casibus in quibus subtilitas approbatur. & puto etiam quòd de simili consuetudine intentata possit interrogare testes: quia vnum simile plerunque cogno
16 scitur per aliud simile. ff. de legi. l. de quibus. ¶ † Quærunt doc. que differentia est inter prescriptionem & consuetudinem. & dic qd pscriptio est de reb. acquirendis: sed ꝯsuetudo est de bono & equo seruando, & de reb. disponendis. ¶ Item prescriptio reqrit continuationem: sed in consuetudine non attẽditur continuatio: qa surgit ex actib. discontinuis. dicit Archi. ꝙ consuetudo est sitis actus repetitio. sed prescriptio est eiusdẽ possessionis vel quasi continuatio.

ADDITIONES.

a ¶ Intellige & declara istud no. ex his que scribit late Iason in l. de quibus. ff. de legi & Feli. in c. j. de re iud. quibus adde quod ponit Panor. in c. qualiter in ij. no. j. ti ij.

b ¶ Dubius in conscientia non intelligitur facere contra conscientiam nisi postquam monstrata est ueritas. vide de isto dicto Moder. in l. Pompo. §. cum quis. ff. de acqui. pos.

tio xviij.q.ij.seruitium. ¶ Idem ait ꝙ ratione consuetudinis longi temporis debetur census nisi agatur de pręscribendo ꝯtra eccle
17 siam, vel sine titulo:quia tunc requirunt.xl.anni. Archi.ibi. ¶† Sed quę est ratio quare in seruitutibus prescribendis, si habent causam discontinuā nō sufficiunt quadraginta anni:& in censibus percipiēdis sufficiunt? Respondeo, quia in censibus pręstandis interuenit præstatio:sed in seruitutibus sola pñtia:vt not.per Cyn.C.de pac.l.si certis annis.dicit tex.l.valitura momēto.quæro, enim quare vocat momentum longi temporis tractum.cōsidera tria sunt tēpora,principiū,cursus siue medium terminus siue pfecto.inchoatur in primo actu publico,& currit vsq; ad vltimum exclusiuè.cōpletur autē aut in vltimo instanti.& istud appellatur momētū quā quam totum tēpus cum actibus suis posset dici consuetudo,& secūdum cōsuetudinē disponentur actus medij.argu.ff.soluto matrimonio.l.diuortio.§.quod in semente.& no.quod omnis cōcursus in fine canitur,sicut videmus in cōcurrentibus ad brauiū,& in alijs
18 similibus.arg.contra.ff.de fun.dot.l.si fundū. ¶† Et no.quòd consuetudo non contrahendi inducit prohibitionē cōtractus & commercij.ff.de legatis primo.l.apud iulia.§.fi.vltimo responso.in verbo,non soleant.tex.valde not. ¶ Vltimò de materia consuetudinis no.ff.de priuileg.credito.l.antiochensium.vbi dicitur,quòd consuetudo ciuitatis potest dare ipsi ciuitati priuilegium in bonis debitoris sui.quod est not.alibi dicitur.quòd consuetudines quę sunt circa res,imponunt legem pupillis & his qui in vtero sunt.ff.de administratione tuto.l.sine herede.§.lucius.& ille est tex. singularis licet
19 vulgaris ¶† Adde quod iura [a] communia quæ de cōsuetudine nō
a seruantur,pro nullis habentur:vt no. in l.ij.C.de iure do. impetrando.iuxta illud,lege cauetur,sed cōsuetudine nō habetur:vt C. de iu
20 dicijs.l.rem non nouam. ¶† Quero nunquid valeat generalis consuetudo prelatorū qđ possint donare de pecunijs redactis ex fructibus pertinētibus ad prelatum?& videtur dicēdū ꝙ sic, si ecclesia non sit pauperior.i. de fructibus superabundantibus. Archi. dicit ꝙ nō.Sed frater Ioannes in sua Ioannina dicit, ꝙ non est tutum ꝙ generalis obseruātia est quod valet.dic vt no.in c.præsenti.de offi
21 ordi.lib.vj. ¶† Scias ꝙ propter nobilitatem ecclesię permittitur plusquā aliàs permitteretur. argu.ff.de dona.l.filius.nec debet minus licet ratione sanguinis:qa nemo carnē suā odio habere debet,
22 sed fauoribus prosequi gratiosis.vt C.de leg.l.cū alienam. ¶† Sed nunquid valeat ꝙ vsufructuarius lucretur fructꝰ quos percipit antequā satisdet?Respondeo hoc potest fieri per patientiam heredis:vt not.in l.vlt.C.de vsufruc.per glo.& Cyn.ergo & per consuetudinē
23 q̄ habet in se tacitā voluntatem cum consensu. ¶† Quero nūquid consuetudo possit esse scripta?Respōdeo potest esse scripta ad memoriā.Itē possunt esse scripti actus,ex quibus surgit cōsuetudo:sed tacitus consensus populi nō potest esse scriptus.quia si scriptus,ergo expressus loquente calamo sicut loquimur linguis.simile in materia substitutionis.nā substitutio expressa apparet per verba, vel per scripturam. sed tacita magis intellectu quā verbis concipitur. ¶ Porro scriptura nō est nisi quę legi potest: vt l.j.ff. de his quę in testamento delentur. Dico igitur ꝙ actus ex quibus surgit consuetudo,possunt esse scripti,vt sententię & cōtractus que fiunt de scripti recitatione.& quod scriptū,& si nō reperitur,non habetur pro expsso qa scriptura loquit determinato modo:vt ff.de lib. & posthu.l.gallus §.j.
24 ¶† Concludo ergo ꝙ scriptura non fit ad esse consuetudinis. ¶ Item quòd actus ex quibus inducitur consuetudo, non sunt consuetudo sed materia consuetudinis. ¶ Porro causa efficiens consuetudinis est consensus populi causa formalis est forma actuum ex quibus surgit. Causa materialis sunt ipsa negocia, & controuersiæ in quibus imprimit.Causa finalis est vtilitas vel id quod habetur pro vtilitate statuentium,vt beneplacitum : quia lucrari videtur qui voluntatem suam implet:vt not.in l.penul.ff. de condi.ob causam. vbi bona & allegabilis glo. ¶† Sed nunc quæro
25 cum quadruplex sit consuetudo, scilicet,interpretans ius commune,vel aliud statutum.Item reformans vel emendans.Item ex toto immutans.Item casum omnimodo improuisum determinans.nunquid consuetudo totum immutans sit consuetudo. Respondeo sic, si populus est vsus ea intentione vt inducat consuetudinem apud gręcos qui vtuntur lege romana,nō qa lex,sed qa bona.Si aūt populus nō intēdat consuetudinē inducere, sed tanq̄ subiectis iuri publico legibus vtatur:iste assiduus vsus non est cōsuetudo, sed est ius cōmune actibus populi perseuerās.ita intelligitur quod not.c.j.de cōsti lib.vj.Ex his apparet ꝙ cōsuetudo interdū est productiua de nullo ad aliquid,ut in vsibus feudorū Interdum de aliquo ad aliquid aliud mutatiua interdum declaratiua sermonū. Iterdū ius
26 cōe totaliter immutās vt in regno Maioricæ. ¶† Quæro,cōsuetudo specialis est quodā oppido eiusdē prouincię: tandē extensa est ad totā prouinciā.Modo quæritur vtrū dicatur vna cōsuetudo vel duę.nam realitas vtriusq; cōsuetudinis vna est sed videntur duę:qa diuersis initijs & temporibꝰ sunt pręscriptę.sed ꝙ sit vna probatur qa species nō est species,sed ea facta sit regula.Ecōtrario probatur qa est reperire certi cōditionē generalē,& specialē:sicut dicimꝰ in mutuo naturali.nam ex ciuili mutuo nō orit obligatio, vel actio, ni si certi cōdictio generalis:qa natura ei nō patrocinatur.facit qđ
27 no.Cy.in l.ij.penu.col.C.quæ sit lon.cōsuetu. ¶† Concludo ꝙ penes causas efficiētes sunt duę cōsuetudines. penes effectū autē vna. sane oppida seu castra possunt habere ꝓpriam consuetudinē.s.inter se:vt no.Archi. xij.dist.c. illud.tamen cōtraria statuta suę ciuitatis habere non possunt, nisi per principem confirmentur: quia membra à capite discrepare non debent: vnde ꝙ vna obseruantia sit in ciuitate, a ia in castro, non congruit rationi.C. de testa.l. fin.
28 ¶† Quero vtrum sit differentia inter formam consuetudinis & substantiam eius. respondeo sic quia: forma est vna de causis: sed substantia est omnes causę substantiales simul iunctę, licet principaliter dicatur ꝙ forma dat esse rei.ff. ad exhiben. l.iulia. & perfectionem esse.ff.ad.l.falc.l.si is qui quadringenta.§ quædam.& ciuili-
26 bet rei nomen imponat.ff de pac.l.iuris gentium.in prin. ¶† Consuetudo interpretatur rudes sermones & etiam significata transformat:vt not.C.si secundò nupserit mulier.l.j.verbi gratia, vbi testator dixit dominam, interpretatur quo ad gubernationem & regimen:posset forte prædia locare dum verò subdit,massariam,interpretatur quo ad frugem vitam, vt quod conueniens est seruet in se.& in familia quod ad expendendum:& residuum cōseruet filijs. non tamen erit hoc nimis strictè interpretandum siue relinquatur vxori siue matri vxoris propter honorem ff.de leg.iij.l.item in legatis §. parui.matri propter reuerentiam. ff.de lib. leg.l. Aurelius.in princ. & cum subdit, vsufructuariam, notat similitudinem videlicet quòd propria authoritate capiat. quia est verbum dire-
30 ctu.arg.ff.de vsufruc.l.si quis ita. ¶† Deinde quæro,qđ est dictū,moribus vtentiū?respondeo dum dicit moribus,significat pluralitatē. vt quando sufficiunt duę vices: quandoq; plusquam pluralitatem. nam si casus emergit centum vicibus in anno , probare duas vices est probare exempla non mores.vt C.de senten.& interloc.l.nemo ¶ Oportet ergo quod probētur actus quamplurimum & pluries geminari, ita ꝙ verisimiliter trāsierunt ad consensum totius populi:verbi gratia si multę sunt latę sentētię cōdemnatorię ex pacto nudo.i.ꝙ nō est stipulatio nec alius cōtractus nominatus.nō enim debet esse nuuū causa:qa sine causa ęquitas nō dictat actionē nasci ne quis malè vtat substātia sua,& alius immerito locupletet.ff. de exceptione doli.l ij.§.circa.ff.de cōsti. pecunia.l.fi. vbi dicitur ꝙ nō sufficit ꝙ causa sit asserta. si nō est vera.& est lex multū notabi-
31 lis. ¶† Dubitabatur insuper quid est dictū pluries,vel pluribus vicibus?ecce dictat cōsuetudo ꝙ arbitri possunt prorogare & reparare terminū cōpromissi semel & pluries.respondeo si de numero loqueris significat saltem tres ꝓrogatiōes:tamē nō debet esse maiores ꝓrogatiōes quā fuit prima dilatio à qua recipiūt formam. Vnde quęlibet ꝓrogatio potest esse tanti tēporis: sed nō maioris nec vltra quaternam vicē:ut infinitas euitetur.C.de sen.quæ pro eo qđ interest.l.j.in fi. ¶ Si autem dictū est,ꝙ possint prorogare,& nō est dictū semel & pluries,intelligitur de vna & prima prorogatiōe.ff. de leg.iij.l.fideicommissa §.si quis.x.ff. de verb. sig.l. boues.§.hoc
32 sermone. ¶† Et vnū scias ꝙ prorogatio aliud est q̄ reparatio.nā reparatio est cōsūmpti tēporis restauratio C.de temp.appel.l.ij.Sed prorogatio est prexistentis termini ampliatio.ff.de verb.obli.l. cū stipulatus sum mihi à proculo ff.de precario l.sed si manente.& si primus terminus fuit puta ad mensem,non potest sibi arbiter prorogare ad vitā.qa prorogatio debet esse eiusdē formę & naturę:vt no.in c.hi qui authoritate.de prębendis.lib.vj.& per Bar.l.iiij.ff de
33 dam.infect. ¶† Quero per quem sensum corporis debeat ꝓbari consuetudo per testes?dic ꝙ per visum probantur res corporales: per auditū verò probatur dictum & auditū.i.res que auditur. Nam legistę ponunt ꝙ sonus & auditus sit quid incorporale, licet nascatur à corpore.& dico ꝙ ratio testis debet cōuenire naturę.vnde audibile non probatur per visum,nec visibile per auditum. hinc est ꝙ per famā non probatur veritas,sed opinio:eusq; infamia est auditus sine visu.& sic deficit vnū quod est maxime substātiale.s.visus. nā visus est potissimus sensus qui requiritur in testibus. ¶ Testimonio igitur ratio cōgrues debet assignari. & quę sit ratio congruens relinquitur arbitrio iudicis propter diuersitatē factorū.ff.de testib. l.ob carmen.§.fi.& l.iij.§.tu magis.& arg.ff.de interro. ac.l. confessionibus. Porro est ratio multiplex:qa est tam de opinabili q̄ de vero.Sed intellectus & visus nō nisi de vero:qa quod verū nō est nō videtur.& similiter ꝙ scientia est verorū dūtaxat:ut no.ff.de hęre. insti.l.si pater. ¶ Deinde in diffinitione consuetudinis ponitur verbum,vtentiū.nō dicitur totius populi:qa ciuilis multitudo cōtinet
34 plura quę nō possunt singuli capere. ¶† Quæro,pone ꝙ consuetudo rei dictat ꝙ pręscribatur per quinquēniū,cōsuetudo actoris dicerat

ADDITIO.

a ¶ Iura cōia quę de consuetudine non seruātur,pro nullis habentur.extende vt per Alex.in l.cum prolatis.ad fin.ff.de re iudic.

ctat ꝙ per decenniũ quę consuetudo seruabitur? dicit Archi. ꝙ cõsuetudo rei: vt no. xij. di. illud sed certè imo videtur ꝙ seruetur ius cõmune: qa non poterũt statuẽtes disponere de iure dominij eius qui subiectus nõ erat ipsis: vnde nõ potuerũt ei legem imponere. ut. l. extra territoriũ ff de iurisdict. omni. iudic. & in l. cunctos populos. & idem in similibus statutis quia vigorem suum non extendũt ad extraneos hoc est vtile: si Perusinus habet possessionem Assisij, vbi est statutum ꝙ post decem annos verus possessor possit conueniri, sanè per tale statutum non inducitur liberatio nec transfertur
35 dominium: quia non disponitur super eo. ¶ † Idem scias ꝙ de iure gentium sicut est idem obligatio & actio, ita sunt dominum & rei vendicatio quę nascitur de corpore dominij. & excitatur ad actũ iudicis officio implorato. Istos denique apices distinctionum iuris
36 ciuilis naturalis simplicitas ignorat. ¶ † Sed nunquid consuetudo que inducit prescriptionem annualem valeat videtur quod non quia prescriptio est sublata: ut l. j. C. de vsuca. transfor. In contrarium videtur quia non est prohibitum in contrarium statui & hoc est verius quia consuetudo est rationabilis eo ipso quod lex non
37 prohibet statui, vt no. hic per Bartol. ¶ † Sed nunquid est reperire possessionem cõsuetudinis? dic ꝙ sic sicut est reperire quasi possessionem censualem, quę non potest interuerti per eum qui soluere consueuit: vt no. in isto. c fi. p Ber. & tene menti. Sed hic dubitatur, dixi superius ꝙ consuetudo & prescriptio inter se differunt, scilicet prescriptio rerũ vel iuriũ, & licet prescriptio sit in cõsuetudine, tamen cõsuetudo non est in prescriptione, vel habent se ut excedẽtia
38 & excessa. ¶ † Quid autem dices de prescriptione pedagiorũ, vtrũ sit prescriptio, ita ꝙ acquiratur dominiũ iuris colligendi pedagiũ: qa in iuribus corporalibus per præscriptionem nũq acquiritur ius directum. vt. l. j. in fin. ff de aqua plu arc. & nota. ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. Vtile autem dicitur quod euellitur de corpore iuris directi continuatiuè: vt per præscriptionẽ, vel extensiuè descẽsiuè ut p emphyteusim & feudum. Dicunt quidam ꝙ propriè pedagiũ non prescribitur, sed acquiritur consuetudine. alij dicũt ꝙ præscribitur contra incertã personã. ¶ Item dicit lex, ꝙ interdũ præscribitur & tamẽ cõtra neminẽ pscribitur indeterminatè: vt singulariter not.
39 ff. de mino. l. etiam ei. ¶ † Considera, consuetudo est propriè de his quę non possidentur, vel quasi: prescriptio vero est de his quę possidentur, vel quasi. & ideo actus hominum non dicuntur præscribi. ¶ Item quia in eis non datur titulus nisi per priuilegium: præscriptio verò requirit titulũ, vel aptitudinẽ tituli. ¶ Vnde ꝙ cũ titulo nõ potest possideri, nõ potest præscribi. forte tamẽ sunt quidã actus mixtę considerationis, ita ꝙ participant in ratione consuetudinis: & in ratione prescriptionis: & hi requirũt bonã fidẽ sicut prescriptio dici põt ꝙ sit cõsuetudo. arg. ff. cõmunia prędi. l. vẽditor. § si cõstat &. C. de agri. & censi. l. domini prędiorũ. li. xj. ¶ Et ideo imperator ex certa sciẽtia potest tollere omnia pedagia nobilibus lombardię: qa potest cuilibet cõsuetudini derogare, & prẽsertim: qa faciũt
40 extorsiones enormes. ¶ Itẽ multo fortius põt ea taxare. ¶ † Item qa iura publica priuatorũ præscriptio nõ vsurpat. Et qa pscriptio priuati iuris est. ff. de via publi. l. viã. vnde iurisdictiones publicæ nõ prescribunt: & tamen cõsuetudine publica acquirũtur: qa cõsuetudo publica res est sicut priuilegiũ. C. de diuersis officijs. l. viros. lib. xij. & vide omnimodo quod no. Cyn. in l. j. C. noua vectigalia. vide quod no. Spe. in ti. de resti. spo. & Dy. & Bar. ff. de publi. & l. si publicanus. & Cy. in l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. & facit. ỹ. de sepul. c.
41 certificari. ¶ † Et scias ꝙ cui competit exigere pedagiũ, per consequens competit exigere pęnas ab his qui pedagiũ fraudãt: vt C. de acti. emp. l. creditor. §. lucius. & ibi per Cyn. ¶ Quidam sunt actus ex parte ante consuetudinẽ pscriptã, isti causant habitũ in mẽte populi, qui habitus cõfirmatus appellatur cõsuetudo. ¶ Quidam sunt actus ex parte post, qui debẽt formaliter obseruari, & oriunt ex cõsuetudine: & sic actus causales causant cõsuetudinẽ prout ordinant in futurũ: & ipsa cõsuetudo causat post se excessiuos actus. & est si-
42 mile qa pater generatur à patre suo, & filius suus ab eo. ¶ † Error nõ impedit præscriptionẽ. verbi gratia, qui credit se dñm, tñ pscribit propter bonã fidẽ: licet errãs in dñio nõ transferat dñiũ, & ideo præscriptio nõ est ppriè trãslatio, qa si esset trãslatio, transferret dñiũ directũ. sed dicitur vsurpatio. & ideo acquiritur vtile dñiũ nõ directũ. & hæc species dñij nõ est de iure gẽtiũ: & hoc exemplo cõsuetudo erronea prescribitur. ¶ Dicit Archi. qđ omnis consuetudo est rationabilis nisi sit phibita à iure. vt no. per ipsum c. viij. dis.
43 frustra. ¶ † Et no. etiã ꝙ tẽpus aliquãdo habetur pro ꝯsensu, atque fide. vt C. de postul. l. sub specie. ¶ Et scias ꝙ præscriptio quæ venit ad firmandũ cõsensum, vel quasi, habet in se cõsensum vel quasi. vt no. C. quomodo & qñ iudex. l. ab eo. ¶ Itẽ scias ꝙ in l. cũ de in rem verso. ff. de vsu. præstatio nõ operat per modũ causę: qa tẽpus & solutio nõ est causa obligandi: sed operatur per modũ signi: qa significat obligationẽ efficaciter pcessisse. & vt dixi superius in d. l. nõ est ppriè prescriptio, sed est potius quędã psumptio iuris firmata tẽ-
44 pore. ¶ † Sed quid est quod dicitur in diffinitione, vbi deficit lex: certũ est à quo remouetur diffinitio, remouetur & diffinitũ, & ecõ tra: vt not. in l. j. ff de vsufru. & ideo nõ reperitur diffinitũ sine diffinitiõe nec ecõuerso. sed ego dico qđ vbi nõ deficit lex, valet cõsuetudo. ¶ So. imo deficit lex, qa in intellectu cõsuetudo primò remouet legẽ ꝯtrariã: secũdò statuit consuetudinem oportet primũ habitũ remoueri priusquam contrarius habitus subintroducatur: sicut oportet ꝙ primò remoueatur ęgritudo, q̃ introducat sanitas. istę sunt squammę mei intellectus quas continere non poteram.

a ¶ De postulatione prelatorum.ᵃ Rubrica.

ADDITIO.

a ¶ Contra istã rubric. moue vnam difficultatem & solue vt hic subtiliter per do. Anto. de but. quem vide.

1 *Postulatio quid sit.*
2 *Postulatio simplex qualiter fiat.*
3 *Postulatio solennis quando dicatur fieri.*
4 *Fieri non debet vis inter vocabula, sed in facti & personarum qualitate.*
5 *Postulatio & electio si simul concurrant, oportet quòd postulatio fiat à duplo maiori parte.*
6 *Confirmationes episcoporum non debent fieri in camera regis.*
7 *Plurale informans singulare: singulare est.*
8 *Electio an sit valida si dicat, nos collegium eligimus.*
9 *Magistratus quando eliguntur in populo, singularis enumeratio personarum & pluralis numerus in proferendo sermonem non vitiat electionem quæ substantiatur in consensu.*
10 *Dictio in, non potest poni intransitiuè nec transitiuè.*
3 ius potest præscribi. ¶ † Not. ꝙ id quod non est informatum essentialiter, & hoc abusiuos actus lex spernit & non diffinit ipsos. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. ij. vnde abusiue voces nō non sunt voces. Nam voces sunt notæ earum quæ in anima sunt
4 passionum. ¶ † Item vox est instrumentum animæ rationalis secundum Albertum magnum in sua summa. Et not. ꝙ voces pro
5 nullis habentur. ¶ † Modo quæro, nunquid postulatio facta per falsum procuratorem possit ratificari? Respondeo: quia caret spiritu principali. & per consequens accessorio. Non obstat. ff de iudic. l. j. quia iudicium ibi habebat formam esse, & aptitudinem ad confirmari. hic non. nos dicimus ꝙ ille qui appellat, ratificat quod est verum vt habebat vim mandati. vt ff. rem ra. habe. l. iij. §. falsus. & licet ratificet non tamen ratificat & ego dico quòd si à laudo lato cum falso procuratore appelletur per dominum, solus procurator legitimatur. ¶ Sed si aliàs laudum est iniustum, per hoc non iustificatur nec est necessaria prosecutio appellationis: quia ne laudū transeat in homologationē, sufficit dicere, cōtradico. & frustra multiplicatur sermo. ff. de au. & ar. leg. l. pediculis. §. labeo Et not. ꝙ ille qui metu pęnę consentit, habet ratum sed non gratum. Ibi eligendi, & per consequens postulādi: qa qui præscribit electionē pręscribit postulationem quæ largo modo potest dici electio qa fit cū ratione & intellectu. ¶ Nota hic ꝙ quędam habent principium gratuitum, & processum volūtarium. vt hic. ff. de acqui. posses. l. qui iure familiaritatis. & ff. de offi. procon. l. obseruare. §. fin. ¶ Quædam habent initium gratuitū, & processum violentum, siue necessariū, vt quando se obligare volēs & valens obligat se in posterum: vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. & C. de dona. quæ sub modo. l. perfecta. & quandoq; quis potest recedere ab eo quod fecit, vt pu-
6 ta ab appellatiōe, quādoq; non: vt ȷ. de elec. c. quāuis. li. vj. ¶ † Ibi, nuncij, isti non erant procuratores ad petēdum postulationem admitti: & ideo illorum confessio nō nocet mittentibus. ar. ff. de ver. obl. l. qui romę. §. calimachus & etiam si essent procuratores, nihil confessi sunt de intentione aduersariorum: quia eorum cōfessio habet cōtradictionem annexam & inseparabilem rationē per illud verbū de gratia: in quo not. ꝙ admissus de gratia non efficitur possessor. quia in ipso instanti gratia incipit, & desinit executa. ff. de ꝓ
7 cura. l. is qui stichum. simile. ff. de infa. l. genero. ¶ † Et scias ꝙ possessio alia est ꝓpriè dicta possessio, vel ęquipollens, quę acquiritur per calcaneum. nam in calcaneo cōsistit firmitas pedis: vnde possessio dicitur à pedum positione. i. fixione. ¶ Alia impropriè quādo pro alio vt quādo colonus tenet pro domino, alia ab alio, vt teneo à te precario. ff. de acquir. pos. l. quod meo. Ille qui possidet pro alio simpliciter non lucratur vsum rei. Ille qui precario lucratur vsum quem consumit. ff. de donatio. l. aquilius. & l. Lucius. & nota. in l. j. ff. đ precario. vnde aliud est dicere possideo ꝓ te, & aliud possideo à te. licet per vtrāq; istarū formarū transferatur possessio & dominiū titulo imminēte. sic singulariter nota. ff. de pac. l. ab emp.
8 ¶ † Sed nunquid per signa accidentalia probatur realitas traditæ possessionis. dic quod non necessario & cōcludenter, sed pręsumptiuè sic per signa accidentalia non probatur illud quod substantialiter est probandum. ¶ Vnde argumentatio à signis accidentalibus non arguit de necessitate, secundū Old. in consilijs. per anulum non probatur matrimonium. infrà de pręscri. c. illud. & perceptio salarij non facit quem decurionem: vt ff de decurio. l. hærennius. ibi, conscius nedum assensum. ¶ Et no. quod ille qui non vult interesse cōsilijs, perdit ea vice commoda possessionis si quā possessionē haberet. Ibi, non cōstabat. nota quod in his quæ variatur per accidens, vtendum est distinctione: quia nō potest dari vniformis doctrina de difformibus vt l. j. quomodo & quando iudex. Itē regula debet esse de his quæ vt multum; exceptio de his quæ vt parum. vt not. inst. de inutilibus stipulatio. §. si quis alij. ¶ Ibi, cessassent. not. quod quis potest cessare à contradictione: & renūciādo contradictioni habilitat aduersarium: tamen non fundat ius ipsius nisi

nisi ille probet. ¶ Ibi, diffidere.no.quòd ille qui diffidit de iure suo
amplius non potest audiri in prosequendo. vt C. de fide instru.l.si
a nec sarius.& C.de pac.l. postquam liti. ¶ Item si prelatus diffidit
de iure ecclesię debet dimittere ius indiscussum,& non respōdere:
q̃ expedit sibi tacere: & magis prodest ecclesię tacendo q̃ secundū
conscientiam rńdendo.vnde aliquādo idonea defensio est silentiū.
vt no.ff.de procu.l.vel in operis. ¶ Ibi, multa discordia.not. ꝑpter
multam discordiam aliquem reprobari. ¶ Ibi, canonicam. not.ꝙ
iste sermo attribuitur electioni:postulatiōi verò attribuitur sermo
9 qui sequitur cōcordē. ¶ †Item not.ꝙ non sufficit aliquādo factum,
nisi sit prescriptū: licet enim post factum nō disputetur nisi de pos-
sessione; tamen ante factum est disputandū de proprietate vbi ha-
bet idoneū contradictorem. Versi. verum.ibi anteq̃ literę vel man-
datum non ligant processus iudicum, nisi post intimationem de
hoc not.ff.si cer.pe.l.eius qui in prouincia.quas verò. & j. de resti-
tu.spoli.c.audita. ¶ Ibi, innouarunt,scilicet interim postulando.
¶ Ibi, intelligentes. intelligere dicitur abusiuè ille qui errat. ¶ Ibi ad
notandum literis.not.ꝙ quis nō potest venire contra literas suas.si
mile dicit lex ꝙ desiderium apud acta publicatum nō potest emē
a dari.C.de omni agro deserto.l.rura.lib.xj. ¶ Ibi, pendente.no.ꝙ [a]
papa à nullo dependet. & sicut se habet sol in planetis, ita papa in
ecclesijs. ¶ Dicit Innocen. ꝙ papa vltra plenitudinem potestatis ni-
hil potest præscribere:quia præscribitur id quo quis caret, non id
qđ hēt l.sequitur.§.si viam.de vsuc.& quòd exercendo plenitudinē
potestatis nullius possessioni præiudicat nisi quatenus expresè de
rogat.Plenitudini potestatis nil potest addi vel detrahi, iō nec præ-
10 scribi. ¶ †No. ꝙ post præsentationem factam papæ non licet varia
re:q̃a variatio est quædam illusio. dicit lex ꝙ erubescit varians.C.
de modo mulctar.l.eos.dicit etiā Cato.Cōueniet nulli qui secū dis-
sidet ipse. ¶ Ibi, cum bona conscientia. nō potest quis iudicare de
re cuius non habet notitiam Item dubius in conscientia debet se
declarare. Archidiaconus dicit, ꝙ dubius in conscientia non facit
contra conscientiam: nec debet ire venando nec perscrutando de
cconscientia alterius. ¶ Dicit Cassiodorus quòd non discutitur in
11 conscientia iustitia nō pura:†& est duplex conscientia.s. iustitiæ fo
ri iudicialis,& in iudicijs prędualet cōscientia fori: sed in his q̃ spon
te fiunt conscientia mordax non est spernenda: q̃a est conscientia
arctatiua:sed cōscientia cōsilij & non pręcepti potest spermi absq;
peccato mortali:dummodo nō fiat in cōtemptum diuinę maiesta
tis:sed de friuola conscientia non curamus: vt si quis haberet con-
scientiam comedendi carnes porcinas: dicit lex ꝙ non debet quis
esse curiosus vbi tractatur de damno vitando: nec sollicitus dam-
ni sui inquisitor:secus si tractat de alio impugnando.vt ff.de noua.
l.doli mali.§.fin. ¶ Ibi, honestus.nota gradatim ascendendum po-
tius quā à latere transeundo. ¶ Ibi, licet temporibus diuersis.not
quod no.in c.si capitulo.in nouella.super verbo,recipere.libro.vj.
12 ¶ †Item not.ꝙ diuersis temporibus potest interuenire consensus.
quod est verum in consensibus singulorum.vt ff de serui.rusti.præ
di.l.per fundum. ¶ Sed in consensibus vniuersorum nisi sit funda-
ta vniuersitas per prius,non valent consensus accidentes:q̃a non in
13 ueniūt aliquod substātiale formatum cui possint applicari. ¶ †Re
uertor ad principium,& quæro nūquid extrinseci admissi ad eligē
dū vel postulandum pręsumuntur admissi tanq̃ debentes interes
se,an de mera gratia.respon.de mera gratia.quia iste actus naturali-
ter eis non competit. & ista gratia non est extēdenda ad alios actus
successiuos argu.ff.de neg gest.l.tutori. quia nemo pręsumitur ius
14 suum iactare.ff de proba.l.cum de indebito. ¶ † Quæro quid econ
tra si ille qui debet admitti de iustitia sit admissus tanq̃ de gratia ꝙ
apparere potest per protestationem.Dicit Inno.ꝙ sibi præiudicat:
quia qui consentit sua iura perdit.C.de admi.tut.l. cum quædam.&
ideo si protestatio displicet, debet statim cōtradicere protestatio-
15 ni.vt l.fideiussor.in princ.ff.qui satisda.cog. ¶ † Quæro quid si non
apparet vtrū sint admissi de gratia vel de iustitia. respon. iste actus
est similis seruituti, in qua oportet ꝙ aliquis probet se admissum
iure seruitutis:vt l.fin.ff quemad.serui.amit. Nam omne ius quod
acquiritur in alieno perseueranter alieno quędam seruitus est.vt ff.
16 de le.j.l.si tibi homo.§.fin. ¶ † Sed quomodo probabitur,ꝙ fuerit
vsus iure seruitutis? respondeo ex pręcedētibus & sequentibus:q̃a
talis declaratur actus per posterius qualis ordinabitur prius.vt ff.de
leg j.l.si seruus plurium.§ fin.ff.de iudi.l.j in illa notabili quæstione
quæ ibi formatur.& ff.de reg.iur.l.,semper in stipulationibus. nam
quæ dicta sunt in præludijs videntur in conclusionibus repetita.ff.
de hæredi.inst.l.fi.ibi patet ꝙ præambula vitian conclusiones.Est
autem ibi conclusio hæredis institutio non legata:quia legatis non
erat proœmium applicatum, nisi appareret de intentione cōtraria
testatoris, videlicet ꝙ non esset aliter legaturus nisi q̃a nolebat præ
grauare nouum putatiuū hæredem.tunc enim legata deberētur.de
17 hoc dixi.C.de fideicom.l.ea quam. ¶ † Quæro nunquid possessio
tribuat ius eligendi? respondeo sic accipiendo ius pro iuris licētia,
nisi appareat de nō iure per contrariam dispositionem iuris cōis:
vt in c.ad decimas.de resti.spo.lib.vj.facit quod not. Inno.j.de fil.
presby.c.constitutus.'nā in iuribus exercēdis quasi possessio debet
esse iusta,id est nō vi,nec clā,nec precario: vt hic.& C. vti possi.l.j.
18 ¶ † Quæro vtrū actus electiui dicātur propriè possideri, vel quasi?
Dicit Inn. ꝙ canonici nō dicuntur esse propriè in possessione vel
quasi iuris eligendi: sed magis in ipso pleno iure eligēdi:q̃a hoc cō-
petit eis plenè ex ipsius rei natura. Idem ait ꝙ dominus non dici
tur esse quasi in possessione dominij: q̃a rerū dominia quasi possi-
deri nō pnt: licet sit in possessione rei corporalis,puta fundi,vel a-
liquorū actuū puta eligendi ꝑ quos actus repręsentatur dominiū-
vt no.j.l.pe.ff.de cōdi.insti.C.de proba.l.cū res. ff. fami.hær.l.j.ff.si.
serui.vē.l.sicuti.§.si quęrat. ¶ Sed quę est ratio ꝙ dominiū nō pos-
sidetur,sed vsufructus sic.ff.ex qui. caus. maio.§ itē ei.l ait prætor.
cū alia lex dicat, ꝙ est reperire dominiū vsufructus.rń.q̃a vsusfru-
ctus possidetur per patientiā domini.quæ patiētia habetur pro cō
tinua traditione. vt ff. de vsufru l. 3. §.dare. Præterea si dominium
possideretur,ergo non posset ab alio præscribi.quod est falsum.
19 ¶ † Et adde quod no.Cy.C.de pact.l.traditionibus in vltima q. vbi
dicit,ꝙ mala fides non impedit translationē dominij, sed impedit
vsucapionē si concernit initiū præscribendi Si ergo inchoata erat,
nō impeditur accessio tēporis.ff.de contrah. empt.l. dolia.§.eum.
sed de iure canonico requiritur ꝙ non superueniat mala fides. vt
not.in l.j.C.de vsuc.transformanda de iure ciuili si res est præscri-
ptibilis, inspicitur initiū si quis habet titulū: secus si sit impręscri-
ptibilis:vt quemadmodū incipere nō pōt,ita nec permaneat.ff.pro
suo.l.si ancillam.argu.ff.de fideius.l. Vrannius. ¶ Item si titulus con
funditur,vsucapiendi conditio absorbetur,vel verius reuertitur ad
actorem,sicut dominiū.arg eorū quę no.ff.de dona.l.j.in magna gl.
20 quæ est not. ¶ † Quæro qualiter probetur qualitas animi possesso-
ris:puta bona fides? respondeo, habes gl. singularē ꝙ ꝑ iuramentū.
21 insti.de act.§ aliæ. ¶ † Quæro ad declarationem duarum legū quare
præscribitur libertas seruitutis prædialis mala fide, & nō præscri-
bitur seruitus.vt ff.de vsuc. l. sequitur.§.si viam.respondeo libertas
est res naturalis, & præsumitur libera. vnde possessio libertatis est
actus cui natura cooperat: & etiam ipsum prædium quamuis in-
animatum præscribit. vt ff quemadmodū serui.amit. l.qui fundū.
22 ¶ † Quæro Papa concessit mihi aliquid de plenitudine potestatis:
Nunquid alius possit contra me illud ius præscribere? & videtur
ꝙ non: quia contra plenitudinem potestatis præscribi non potest.
contrariū est verū. q̃a mutatione personę mutata est rei qualitas.
ff.de publica.l.licitatio.§ earū.ff.de acquiren.hære.l. Paulus respon
dit per procuratorem.§.fin.de impo.lucra. descri.l.j.lib. x.& tamē
ille qui præscribit intelligitur possidere de plenitudine potestatis
Papæ.ff.de dona.cau.mor.l.qui alienam.quia à principio tituli for
23 matur successus posterior.ff.de dona.l.qui id quod. ¶ † Quæro nū-
quid Papa cum bona conscientia possit donare decimas, vel castel-
la ecclesiarum? dicit Inno quòd sic.quod tenementi pro castro Pi-
sano cuidam donato à Papa habentem plenam notitiam qualita-
tis rei. Pone imperator concessit mihi bassam iurisdictionem in
quodam oppido.īterra non habente episcopū puta j.trecētos au-
reos:tibi aliam iurisdictionem.i.supra.Certum est quòd in pręscri
benda iurisdictione requiritur scientia eius cōtra quem pręscribi-
tur:detur igitur ꝙ vnus istorum scit gaium vti iurisdictione: alter
ignoret,nunquid contra scientē præscribitur,& cōtra ignorāte nō:
an contra neutrum,an contra vtrūq;. respondeo contra sciētē tā-
tum:quia ignorans quasi possessionem retinent. argu. ff.de vsuc.l.
24 iusto.§.non mutat. ¶ † No.contra ignorantem pręscribi.ff.quem-
admo.serui.amittantur.l si partem.ff.de contrahenda.emp.l.in vē
25 dendo.§ j.C.de præscrip.long.temp. l. fi. ¶ † Ignorans autem non
præscribit,qđ debet habere bonā fidem.ff.de acqui. possessi.l.pos-
sessio quoq;. §. fi. ¶ Sed nunquid in pręscribenda iurisdictione est
necessaria scientia populi videtur quòd non: q̃a populus non hēt
26 aliquam iurisdictionem: sed isti donatarij imperatoris. ¶ † Et est
simile, quia agricolarum prædium præscribitur cōtra dominū cū
ipsis agricolis absq; conscientia agricolarum: quia in hoc nō ha-
bent velle vel nolle:sed tanquam appendices agri sequuntur inui-
ti.ff de lega.j.l.si quis inquilinos §.fi C.de agri. & censi. l. quemad-
modū.& tamen ipsi sunt ingenui, & habēt proprium de quo pnt
contrahere & testari.de quo singulariter not.insti.de iure persona-
rum. ¶ Item aliud simile. quia creditor potest alienare ius suū In-
uito debitore. & ista ꝓscriptio est species accessionis siue alienatio
nis. præterea actus passiui competunt populo non actiui. In con-
trariū facit quod no.ff.de fideicōmis.liber. l. inuitus. prima verior
q̃a ista est alienatio legalis. ¶ Et scias qđ si me possidente alius pro-
miscuè vtitur, ista vsus qui interpretatur clandestinus nō interrū-
pit

ADDITIO.

a ¶ Papa a nullo dependet: & sicut se habet Sol in planetis,ita Papa in ecclesijs
ad eundem Bald.in l. fin.C. de si contra ius vel vti. publ.& cumulata per do.
nouissi.in c.j.s̄.de spec.do.

p't possessionē nec præscriptionē meā vt dicit illa.l.no.ff.de fund. dot.l.fundum.Scias & aliud, ꝙ si in aliqua terra non reperitur alius iudex q̄ spiritualis, ꝙ ille etiam habet tēporalitem ex quo non inuenitur alij attributa. ¶Nā iurisdictio spiritualis apta est ampliari ad temporalitatem: quia non est dare locus vacuus in quo vt ita dixerim iurisdictio non inhabitet, ac si iurisdictio esset quidam vniuersalis homo sicut fiscus qui dicitur esse vbiq;. vt no.in l j.C.de quad. præscri.& est ratio,qa deficiēte magistratu seculari ecclesiasticus iudex illius loci supplet eius vices: vt C.de annali excep.l.vt præfectius. & in auth.vt differentes iudices in prin.col.a.ix. ¶Nec est hoc irrationabile:quia iurisdictio temporalis sumpsit originem ab ecclesiastica & ei ab origine iurisdictionum fuit associata. vt no. Inno.in c.
27 licet.ff.de foro cōpe.† ¶Adde dicit Inno.ꝙ ille dicit aduersarius q est in possessione obstatiua.Sec⁹ si possessio sit cōpatibilis,vide qd norat Bart.in l.fin.ff vti possi. ¶Itē dicas iurisdictio possidetur per actus correspondentes.i.qui non possunt fieri citra nomē & ius iurisdictionis:vnde per arbitros iurisdictio nō præscribitur,sicut nec per perceptionē pomi nō præscribit.sicut nec per cęnare vel spacia
28 ri.vt ff.de serui.l.vt pomū. ¶† Quæro nūquid agens ex contēptu ītelligit proponere vtile interdictū;vnde vi,tanq̄ spoliatus, vel vti possidetis tanq̄ inquietatus, vel qd vi aut clam tanquam turbatus. Nā primū interdictū est personale similiter secundū:qa ptor locutus est per verba secundę personę:& debemus verbis edicti seruire. vt ff.de exercitoria.l.j.§.si is qui nauē.Tertiū verò est in rem :quia nullius personę in edicto prętoris fit mētio.ff. qd vi aut clam.l.aut qui aliter §.fi.& ratio quare prętor ita diuersificabat: quia violentia est actus de persona in personā, licet circa rem : sed turbatio est ab ipso opere facta inquietatio siue turbatio : qa plerūq; ponit vnum pro alio.ipsum aūt opus in re secutū est,& quotidie turbat:& ideo habito respectu ad opus; id est operatum quod remanet ex opere, & ad vtilitatem prędictorum pretor statuit interdictum qd vi aut clam esse generis neutri : ita ꝙ pręlicetur de vi facta à se & ab alio. respondeo nullum interdictum hic ponitur sed officium iudicis quo petitur rescindi quod est inordinatè factum. arg.ff. de condit. & demonstra l.quibus diebus. in prin. ¶In gloss.quemadmodum si alicui prohibetur ingressus ad rem qui nolebat ingredi alio iuris quam iure seruitutis:& sic nō competit sibi confessoria:sed officiū iudicis:vt ff.de serui.l.vt pomum. & notatur in l. pecoris.ff.de serui.rusticorum prędiorum.& ff.de alimentis legatis. lege Mela.no. similitudinem quia sicut nouum opus destruitur expensis ędificantis contra nunciationem noui operis:ita hic contemptus purgatur per refectionem expēsarum.& operis destructionem: vt ff.de ope.
29 no.nun.l.fin. ¶† Deinde vide ꝙ ab exceptione proposita potest quis recedere:& quia Papa hoc permittit expressè, non condemnatur recedens in expensis in quibus condemnaretur si recessisset tanquam temerarius oppositor : vt not. C.de eden.l. edita actio.& ff.de iudi l.destitisse.C.de fide instru.l.iij. ¶ Sed videtur quòd non possit recedere:vt C.quomodo & qn̄ iudex.auth.qui semel. Sol.ibi aduersarius contradicebat, hic consentiebat. vlterius vides ꝙ forma mandati est stricti iuris : & tamen actio mandati est bonæfidei: vbi qualitas facti parit actionem mandati.hic tamen natura negotij actionem non paritur:quia iurisdictio publici officij est. argumen. ff.de eden.l.quædam in prin. ¶In gl. & ideo.facit ad quæstionē dicit statutum ꝙ mulieres non possunt contrahere; nisi cum cōsilio duorum consanguineorum:nūquid si mulier habet decem cōsanguineos & spretis alijs duo dederint consiliū, tali consilio sit standum.hic est argu.quòd non.contrariū est verum qa sufficit ꝙ fit satisfactum verbis statut ;& nō dicunt alij contemni qa non habent aliqđ ius propter qđ possunt dicere se contemptos:sufficiunt ergo
30 numerarij,& de supernumerarijs non curamus. ¶† In gloss.si hæc. conclusio istius glo est,ꝙ non trahitur ad necessitatem factum ex quo ius nō acquirit:& ꝙ protestatio est vtilis ad pręsumptiuū pręiudiciū tollēdū:& qđ agens dēt exprimere quo iure agat,si ius cōe ei nō patrocinat. ¶In glo de modo.not. de quibus debet esse informatus à dño: quia de omnibus quæ habēt originem ex natura cau
31 sæ. ¶† In g .arg.not. ꝙ prælatus tenens nomine ecclesię id quod de iure tenere non debet. nō tenetur contra conscientiam ecclesiam defendere.& est hoc generale in omnibus qui debent iurare de malitia.vt no.ff.de neg.gest.l.at qui natura.§.cū me absente. ¶In glo. ideo dicit ista glo.concludit,ꝙ publicato scrutinio nominationis vel postulationis fiendę non licet variare.dummodo factū teneat. secus si nō teneret.ff. de iureiuran.l. qui per salutem.ff.de condi.& demonstra.l.q̄ condi.in prin. ¶In gl.idem esse.hæc glo.dicit,ꝙ possessio ius tribuit eligendi,postulandi,& pręsentandi. ¶In glos si nō dum.hæc gl. dicit quòd postulatio in discordia non consueuit admitti.& dicitur in discordia vbi non sunt duę partes concordes.
32 ¶† In gl.arg. ꝙ ista gl. determinat ꝙ successiui consensus non dicuntur facti in concordia, qn̄ concordia est de forma substantiali actus. ¶In gloss.fin. dicit ꝙ pallium moritur duobus modis.s. cum persona & ecclesia.Item cum ecclesia moritur dupliciter.s.per priuationem & translationem.ar. contrà ꝙ per translationē non moriatur,sed continuetur.ff.de test.mil.l.cum filius.§.fin. vbi insignijs veteribus noua iunguntur insignia tanq̄ per vnum & idem. sed illa est alia materia:reliqua per te examina.

CAP. V.

1 *Ius nullum acquiritur ex postulatione.*
2 *Postulanti an licitum sit variare.*

Postulationem. Postulatio ex gratia depēdet:ex gratia intelligas scilicet papę cui dirigitur postulatio, vel alterius superio-
1 ris ad quem pertinet. ¶† Nota quòd ex postulatione nullum ius acquiritur, quo scilicet sit plenè formatum id est non acquiritur ius agendi & necessitandi superiorem sed solum acquiritur ius supplicādi. Et sic supplicatio non concludit superiori sed electio sic,secundum Innocen. ¶ Et ideo supplicatio admittitur officio iudicis non rigorosi sed misericordis.& dicit Io.An. quod propter periculum variationis debet qui postulat, cum omni vigilantia instare:quia contra denegationem non est recursus sicut nō est in cæteris mere arbitrarijs & gratiosis quæ sunt liberi arbitrij ff. de lega.iij.l.fideicom.§ quamquam. ¶ Verumtamen libertas arbitrij est cum moderamine inculpatæ voluntatis:vt ff.manda.l.credi
2 tor.§.fin.vbi tex.sing ¶† Et an sit licitum postulanti variare. Ber.dicit quod non,si est facta in solenni scrutinio,licet non sit pręsentata papæ.*communiter* docto.tenent contrarium, videlicet ꝙ anteq̄ sit præsentata papę possunt postulantes variare, & nemini iniuriā faciunt.& dico hoc verum etiam si promittant se non variaturos: quia libera debet esse postulatio re integra.

CAP. VI.

1 *Episcopus postulandus an sit eligendus.*
2 *Postulari qui possunt,& non eligi.*
3 *Dubitatio vehemens an excuset.*
4 *Patronus ecclesię an possit vti duplicitate formarum in sua præsentatione.*
5 *Postulatio subscripta & solenniter presentata, licet non tribuat potestatē postulato in ecclesia, nec in administratione, tamen si postulato nihil potest obijci,non debet denegari assensus.*

1 Et si unanimiter. †Epūs postulandus est nō eligendus:& si eligit,nō debet cōfirmari:qa nō hēt liberū consensum:sed violatū.& rō rōnis est:qa cū sit sponsus alterius ecclesię,non possunt ista spōsalia dissolui nisi per vicariū Iesu xpi.i.p papam qui hoc facit ex autoritate diuina s'm Ber. ¶Non tñ teneas pro regula ꝙ oīs qui nō pōt cōsentire proprio motu sit ineligibilis:quia monachus nō pōt cōsentire,& tñ pōt eligi:vt patet.j. de electio. c.quo-
2 rundā.C si religiosus.& c.si nullus l b.vj. ¶† Tractat hic gl.qui sunt illi q pñt postulari & nō eligi:& inter cęteros de abbatibus, sed hoc non est verū quia eligi possunt vt j. de electio c. si abbatem.lib.vj. ¶Item dicit hic ꝙ qn̄ est dubiū vtrū qs sit eligēdus vel postulādus, procedit ista forma, eligimus & postulamus prout de iure melius possumus. ¶Isti sermones nō pñt accipi à ꝓprietate cōi: qa discrepant,nec à proprietate alterius tm̄ : qa non se determinauit ad hoc aliquid.vñ in istis sermonibus inest quędā confusio.tñ Io.An.in tit. proxi.in rub.dicit,ꝙ propter iniustam icertitudinem valet ista forma.ar.ff quorum legatorum.l.j.§.qđ ait.& ista rō hēt sensum diuisum qui debet accipi in potiorē partem.i. q̄ de iure pręualeat.sed
3 nunquid† vehemens dubitatio idem est ꝙ ignorantia, vt sic excu-
a set.rñ sic:vt j.eo.c.j. li.vj.C.de fur.l.manifestissimi.§ si autē dubius. sane dubietas non solum in facto sed etiam in iure parit anxietatem:& est quædam tenebra mētis: vt ff.de iure patro.l.diui fratres. nisi possit sedari consultis peritioribus:vt C.de ingenuis & manu. l.si auiam Sed nunquid patronus ecclesię potest vti hac duplicita-
4 te formarum in sua præsentatione.†rñdeo sic.quia hæc forma non est ꝯ naturalem rationem. & quia patronus non tenetur ad aliquā formam.nam pręsentatio non est electio.nec postulatio:nec habet proprietatem communem cum aliqua ipsarum secundum Arch. & Pau.de leaza.in d.c.j. ¶Et scias ꝙ in casu in quo dicta forma tolleretur,tamen confirmatus habet eligere alteram partem:quia cōfirmatio quæ fit cum causę cognitione, habet vim sententiæ quæ debet esse certa. vt insti.de act.§.curare. quod dic vt j. eodem cap. vno.li.vj. Dicit Innoc. quod filius in potestate est postulandus à patre.quod non placet per.l.nam quod.ad trebel. Dicit Ber.ꝙ purus laicus non potest eligi sed postulari. Idem Innocen.& est notabile pro

ADDITIO.

a ¶ Vide Iaso. in l. apud iul.§.si titius.ff.de leg.j. & eundem Ias. in l. quandiu. C.qui admi.

pro his q eligunt in abbates: nec habent aliquã ordinem. ¶ De ista materia vide p summatores, & maximè in summa fratris Ioannis
5 quæ vulgariter appellat Ioannina. ¶ Et not. quod licet postulatio subscripta & solẽniter pręsentata, nõ tribuat potestatẽ postulato in ecclesia nec in administratiõe:tñ si postulato nihil põt obijci, nõ dẽt denegari assensus: qa desideriũ eius cum iuribus & rationibus cõgruit. ff. de aqua quoti. & ęsti. l. j §. permittit. & ꝓpter hoc habetur recursus ad superiorem qa recursus licet sit quędam species appellandi. ar. ff. de arbi. l. non distinguemus §. cum quidam. tamẽ nõ est propriè appellatio, nec tantę efficacię. Et ideo fatalia appellationum non vendicant sibi locum. Bal.

¶ De electione & electi potestate. Rubrica.

1 *Electio quid sit.*
2 *Duo an faciant collegium.*
3 *Matrimonium spirituale an contrahatur per electionem.*
4 *Quantum tempus detur ad eligendum.*
5 *Compromissum si sit in duos, & discordant: an cogantur nominare tertium cuius autoritati pareatur.*
6 *Electio si sit inualida, an electores possint eligere iterato.*
7 *Electio Papa qualiter debeat fieri.*
8 *Scrutinium triplex requiritur circa electionem.*
9 *Præsumi an debeat pro electione.*
10 *Nominatio an sit electio.*
11 *Iurisdictio est quid perfectum.*
12 *Iurisdictio est de priuilegio imperatoris vel regis.*

Quia postulatio. est præuia electionis. ideo post titulum de postulatione, subijcit de elec. & quia electio est ius & potestas ad tuendam ecclesiam quæ
1 sine suis ministris tueri non põt, subdit de electi potestate. ¶ † Quæro quid est electio? rñdeo ꝙ est determinatio voluntatis ad personam quæ in prælatum eligit, vel rectorẽ producta in actũ per for-
2 mã debitã & numerũ cõpetentẽ. ¶ † Sedò quæro nunquid duo faciũt collegiũ? rñdeo sic vt j. e. c. j. si preordinatũ est qđ ecclesia sit collegiata & qđ sint ibi saltim tres ad minus qa in duobus nõ reperit maior pars. ff. de reg. iur. l. Neratius. & ff de arb. l. item si vnus. §. si in duos. qa dualis numerus nõ põt diuidi in partes inęquales. dupł r aõtentia diuidunt: aut in partes quotas, vt no. in l si ff. de re. du. & in proemio sexti li. ¶ Isti duo vel tres habere debẽt autoritatem superioris: aliàs collegiũ esset illicitũ: vt ff de collegijs illicitis. l j. & l.
3 sodales. ¶ † Quæro, nunquid per electionẽ ɔ̄hat matrimoniũ spirituale? dic ꝙ nõ contrahitur perfectè, sed initiatur. Matrimonium vero carnale perfectè: sed cõtrahit per cõsensum viri & mulieris. ff. de reg. iur. l. nuptias. verborũ adminiculo cõcurrente. vt no. ff de ąct. & obli. l. non figura. Nam etiam de iure ciui i matrimoniũ non contrahitur sine verbis. vt no. ff. de adop. l ij. & C. de præscri. longi
4 tem. l. cũ notissimi. in prin. ¶ † Quæro quãtum: tempus det ad eligendũ. respõdeo in ecclesijs cathedralibus & regularibus tres menses à die tertia pontificis premortui. lxxix. dist. nullus per Archid. Sed in minoribus dignitatibus siue beneficijs danẽ sex menses ad eligendũ à die obitus prędecessoris. qđ dic vt j. eo. bonę. el secũdo & j. de cõcess. prębẽ. c. nulla. & est rõ: qa vbi maius periculũ est ĩ mora, ibi minor dilatio datur. ar. in l. ij. ff. de re iudi. ¶ Sed nũquid istud tempus quod datur ad eligendũ, est vtile? respõdeo sic: qa electio nõ cadit in ignorantẽ. & ideo natura sui requirit sciam & potentiam: vt j. eo. c. eisquibus. & istud est generale in oĩbus quæ animi sensu geruntur: vt ignoranti vel impedito nõ currat tempus legale: vt l. j. §. biduum. ff. qñ app. sit. C. de ap. l. præses. ¶ Qñque tñ etiam ignorans obseruat tempora legis ipso facto labentia. arg. ff. quęadmodum serui. amit. l. qui fundũ. Nam aliqñ res inaminata supplet factũ hominis sine hoĩs cõscientia. verbigratia, propter cultum pu
5 dicitię: vt ff. de infami. l. genero. ¶ Quæro † cũ electio dupliciter fiat, scilicet per viam scrutinij & per viam cõpromissi: vtrum si sit cõpromissum in duos & discordant cogant nominare tertium cuius autoritati pareat: & vr ꝙ sic: vt ff. de arb. l. si vnus §. principaliter. ¶ In ɔ̃rium videtur ꝙ nominatio tertij non est à via compromissi: sed à dispositione legis: sed qa hoc nõ reperit lege cautũ, erubescimus loqui sine lege. vt in auth. de triente & semiss. §. cõsideremus. ¶ Pone in electiõe discordi oĩa sunt paria. s. numerus, meritũ, zelus. Quid fiet. Respon. à pari numero nõ fit capitulum? & si aliquid, fierent duo capitula, qđ est ĩpossibile. & ideo de nouo est eligendũ. vt ar. ff. de iureiur. l. qui per salutẽ. Alij dicũt ꝙ superior põt gratificare. sed certe ista gratificatio non tenet via scrutinij: & iõ prima opi
6 nio verior est ff. de stipu. ser. l. proinde. in ratione sui. ¶ † Quæro si nõ valet electio, vtrum electores possint eligere iterato? dic ꝙ sic, si habẽt electionẽ iure ꝓprio & perpetuò, nisi essent priuati p legẽ à iure suo. ¶ Sed si iure alieno tanq̃ nudi cõpromissarij eligũt, si quidem non seruant formã mandati. iterum possunt eligere. si seruant formã, tunc si ex alia cã non subsistit electio, nõ possunt iterato eligere. ita dicit Cy. ff. de iureiur. l. qui per salutẽ. & probat in c. si compromissarij. lib. vj. eo. tit. Sed videtur ꝙ tandiu durat mandatum, q̃diu sit consummatum de iure: vt not. Inn. in c. in literis. de offic. de leg. sed ibi non loquit in electione, sed in prouisione. Et no. ꝙ si electio tenet, consumit ius eligendi. ff. de procura. l. si is qui Stichum.
7 ¶ † Quæro de electione papę, qualiter debeat fieri. Rñdeo à duabus partibus cardinalium non computato electo. dicit dñs Goffre. in summa, ꝙ cardinales possunt illi decretali renũciare, & statuere cõcorditer ꝙ electus à maiori parte sit papa. ¶ Sed quid si dicitur ꝙ est electus per metũ: quis erit huius rei iudex? respõdeo ille cui cõmittitur tutella cardinalium. vt not. Stephanus in ca. ne romani. in
8 cle. eo. ti. ¶ † Quæro quotuplex scrutinium requiratur circa electionẽ. Respon. triplex. quod dic vt per Goffre. in summa huius tituli.
9 ¶ † Quæro an pro electione pręsumat. rñdeo sic si forma ẽ seruata, aliàs non nisi electus sit confirmatus: vt j. eod. cũ nobis per Innoc. ¶ Dicit Host. ꝙ si per negligẽtiã nõ eligentiũ fit deuolutio ad superiorem, superior habet eligere nõ cõferre. & ideo est necessaria cõfirmatio quam faciet ipsemet diuerso iure. non enim in diem incidit. arg. ff. de bo. pos. l. sed cũ patrono. & si ɔ̃firmaret, & nõ eligeret, nõ valeret: qđ si eligeret, & nõ cõfirmaret, non sufficeret: & vtrũq; dẽt facere itra suũ ips. de sup. neglig. pla. c. dilecto. in nouella Dicit Ber. qđ electio non põt acceptari ante pręsentationem. C. de cõsulibus. l. sancimus. per Bar. & no. tria. s. eligere; confirmare & demũ sequitur ingressus officij. ff. de conditio & demonstratio. l. publius.
10 ¶ † Quæro an nominatio sit electio. rñ. ꝙ aliqñ sic, aliquando non. C. de app. l. nominationes. C. de decur. l. nominationũ forma. lib. x. nã si haberent quę sunt electionis, sunt electi: si nõ tũc nõ. ¶ Item no. ꝙ electio dat principiũ, cõfirmatio perfectionẽ, ĩgressus officij
11 possessionem. ¶ † Et scias ꝙ iurisdictio est quid perfectum: & ideo non competit ante confirmationem hęc confirmatio in magistratibus populi nõ pertinet ad populum de iure communi. quia apud populum non est iurisdictio plenè formata. potest tamen compe-
12 tere de consuetudine præscripta. ¶ † Item de priuilegio imperatoris vel regis vt hic probatur. & in auth. de. defen. ciui. §. iterum. & §. seq. sunt aũt ię electiones rerum, personarum, & mixtę quę causãtur plerunque ex oratione alternatiua vel disiunctiua: vt ff. de iure do. l. plerunque. §. si. ¶ Quandoque ex legis prouidentia, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre. quandoque ex remediorum affluentia. ff. de le. ij. l. cum filius. §. varijs. ff. de pac. l. rescriptum. § si pacto, quandoque ex pluralitate tribunalium. ff. de eo quod certo loco. l. non vtique. sed hoc est extra materiam nostram. & ideo non prosequor. & quædam electio, quæ fit fortuna, vt in diuina scriptura ibi, cecidit sors sup Mathiam. C. cõia de leg. l. si in princ. & nõ est aliud nisi quidam euẽtus pręter rationem & consilium humanum. & dicitur fortuna vt l. iij. de admi. rerum ad ciuitatem pertin.

CAP. I.

1 *Electio prçlati spectat ad ipsam cognitionem.*
2 *Congregationem duo homines faciunt.*
3 *Collegium quot faciant.*
4 *Sacerdos & clericus si uiuant in humanis an possint eligere tertium.*
5 *Quot homines faciant vniuersitatem castri vel villę.*
6 *Episcopus habet prouidere de rectore vel clerico perpetuo, vbi collegium non est.*
7 *Collegium si Papa funditus destruat: & tandem tractu temporis illlud Papa reintegrat, an rector antiquus recuperet rectoriam.*
8 *Collegium penitus desolatum, & postea reparatum, an sit vnum & idem, an uero nouum.*
9 *Quot homines faciant gentem.*
10 *Quot homines faciunt notorium.*
11 *Pastor dicitur ab actu officij non à prędominio rei.*

a 1 NVllus. a Congregatio debet sibi eligere prælatum, aliter electus repellitur. ¶ † Not. ꝙ in ecclesia vbi est congregatio, ad ipsam congregationem spectat prelati electio. not. quod duo vel tres faciunt congregationem. Vnde in euangelio, cũ duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ego sum in medio eorum. dicit grammaticus, da congregandi, vt bmul. Ergo per contrarium da disgregandi, vt seorsum. ¶ Congregatio autem debet eligere non disgregatio. tamen si electio pertineret ad singulos non ad vniuersos teneret quod fit à seorsum, & de per se ab omnibus. l. si ff. communia pręd. & ff. de serui. rusti. pręˊ
2 di. l. per fundum. dixi de consti. c. cum accessissent. ¶ † Quæro quot
3 homines faciunt congregationẽ. dicit gloss. ꝙ duo. ¶ † Quæro quot faciunt

ADDITIO.

a ¶ An dispositio istius. c. possit tolli per contrariam consuetudinem. vide per Panormi. post doc. in c. ij. de in inte. resti.

faciũt collegium. dicit gl. ꝙ tres. aduerte qđ aut loquimur de congregatione collegiali, aut de simplici. Primo casu idem est congregatio & collegium. Secundo casu nomen cõgregationis est magis generale, quàm nomen collegij: quia nomẽ collegij ex vniuerso sumitur & alicui certo nomini est subiectum. ff. de vsuc. l. rerum mixtura. & loco vni⁹ personę habetur ff. de fideiuſ. l. mortuo. ff. quod me. cau. l. metum. §. animaduertendum. sumitur ergo collegium & congregatio ex pluribus differentibus numero. sed collegio attribuitur ex intellectu significatio complexiua, quæ ex vniuerso sumitur non tam voce quàm significatione. ff. de re. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum & l. quod maior. ff. ad muni. ¶Quæro vtrum duo faciunt collegium? & videtur ꝙ nõ tantum duo sed vnus: quia ius collegij remanet in vno: vt ff. quod cuiuſ. vniuer. no. l. sicut. §. si glo. dicit contrarium. vnde si in ecclesia est vnus sacerdos, & vnus alius clericus perpetuus, & præbendatus, & mortuus est sacerdos clericus non eliget sacerdotem nec ecõtra. quia ibi non est collegium, nec superueniens potest eligere seipsum: quia nemo potest oriri à seipso. vt no. ĩ. eod. c. licet debitanda. in nouel. hoc naturalem intellectum habet: quia electio actiua est in eligente. passiua in electo est. & ista tanq̃ inter se opposita in eodem subiecto non cadũt. ar. ff. pro suo. l. si ancillam. & l. ij. ff. de stip. ser. man. l. si mandauero. §. si
4 tibi. ff. de procu. l. licet. §. pe. ¶† Ex his concluditur, ꝙ etiam si sacerdos & clericus viuant in humanis: tñ possunt eligere tertium: quia non sunt collegium, nisi olim fuerint: quia res de facili in sua natura sustentatur potius quàm de nouo in nouam naturam creetur. ¶Sed quid si omnes sunt mortui, nunquid desinit esse collegium? & videtur ꝙ sic: ga mortui nõ possunt esse subiectum alicuius qualitatis: vt ff. de ope. liber. l. qui libertinus. §. posthumus. dic ꝙ aut nõ est spes reparationis, & desinit esse collegium: vt ff. de leg. iij l. pater. §. tusculanus. nam & ciuitas desinit esse, si oẽs sunt mortui & non est spes ꝙ vnquã habitet. & licet remaneant muri, tamen non est ciuitas sicut arbor non est arbor, licet remaneãt radics: vt not. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum fere. §. placet. & not. infra
5 eodem capitulo, licet canõ. libro vj. ¶† Quæro quot homines faciant vniuersitatẽ castri vel ville. Respõ. qđ quinq;: vt C. de testam. l. fi. vnde si statuto cauetur, quòd villa teneatur emendare damna cõmissa in suo territorio, & in villa non sunt quinq; viri. i. patresfamiliç: non comprehenditur in statuto. Sed ecce sunt decem scholares socij, nunquid faciant collegium? respondeo quòd non: quia collegium debet habere caput. i. præpositum, & cęteri sunt mẽbra. sufficit tamen quòd ita ordinatũ sit quod habeat pręposituu. hoc patet, ga pręposito mortuo nihilominus est collegium sua significatione perseuerans vt hic. ¶Conclude quòd priuata societas plurium non facit collegium, sed publica autoritas. licet glo. videatur dicere contrarium in lege prima. §. quibus. ff. quod cuiusq; vniuer.
6 nomi. ¶† Et no. qđ vbi non est collegium, episcopus habet prouidere de rectore vel clerico perpetuo. ga omnium ecclesiarũ principalis cura pertinet ad eum. ¶Si ecclesia haberet patronum, episcopus deberet spectare presentationem patroni. & adde quod not. Arch. x. q. j. c. j. vbi omnino videas. & ĩ. eod. ca. sciant cuncti. super verbo, spectat. lib. vj. ¶Pone, quodam collegiũ est funditus destructum à papa: tandem tractu temporis illud collegium Papa reintegrauit: nunquid rector antiquus recuperat rectoriam? dic quod nõ
7 ĩ. eod. cap. statutum. libro. vj. ¶† In gloss. not. ergo. & videtur ꝙ nõ ga rectoria similis est sponsę quã non recuperat, qui quodammodo surrexit à mortuis: vt ff. de cap. & postli. reuer. l. non vt à patre, ga nouus homo est: vt ff. de adimen. leg. l. si seruo. ff. de condi & demon. l. intercidit. In ꝯrium videtur: ga videmus ꝙ pater recuperat patriã potestatem. C. de sen. pa. l. fin. & res publica recuperat suum ciuẽ. eo. tit l. j. & quicquid non reperitur in alium trãslatum. ad hoc
7 ff. de manumiſ. testa. l. aristo. ¶† Quęstio stat in hoc, vtrum collegiũ penitus desolatum postea reparatum, sit vnum & idem, an verò sit nouũ. & quæstio vtilis est propter. c. vlti. de rescri. in cle. ¶Sicut qñ testator reuocat testamentum suum: & deinde redit ad illud nouũ testamentum est, si per se subsistere potest. ff. de secũ. tab. l. qui ex liberis §. testõ. sic dicam in proposito qđ est nouũ monasteriũ. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. ver. sed proficiet. Nam etiam si remansissent quædã reliquię in materia, puta muri & campanile monasterij, tamen hoc est simile corpori hominis mortui. vbi non est spiritus nec substantia. ego puto ꝙ in materia prima remaneat virtus ad resumendũ eandem formam: vt no. ff. de leg. iij l. quęsitum. §. illud &
8 l. deferre. §. fi. cum. l. seq. ff. de iure fisci. † De hoc etiam not. gl. in d. l. sicut. §. fi. quam omnino videas. Quędam eñ remanent in virtute fauorabili, quę sunt destitute virtute informante. ff. de ser. vr. præ. l. seruitutes. § si sublatum. & l. eñ debere & ff. de rei vend. l. si nauis. & ff. de contrahen. empt. l. ęde sacra. ff. de pig. l. paulus. dic ꝙ si iste rector non transiuit ad aliam rectoriã, ꝙ debeat gaudere prima: alias nõ. ar. ff. de offi. assesso. l. diem functo. & tñ verũ est ꝙ est nouũ monasteriũ, sed nõ per omnia nouũ: ga subrogatũ loco antiqui monasterij, & illo respectu instauratũ. ff. de lib. & posthu. l. filio quem pater. argu. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si donatę. §. si sponsus. da exempli, per peccatum mortale anima separatur à Deo: per pęnitẽtiã reconciliata ea omnia bona opera & virtutes resurgunt cum ipsa. Item est simile: ga lex dicit, qđ media tempora non curamus dũmodo habeamus valentiam extremorũ. ff. de hęre. instit. l. sed si
9 in conditione. §. solemus. ¶† Extra quero, quot homines faciant gentẽ. Bart. dicit qđ ad minus debẽt esse quatuor. ff. de proba. l. j. sed ibi loquit de gente naturalis familię & cognationis, nõ de gente prout est quędam collectio hominũ studiosa. Vnde dicã ꝙ tot
10 homines requiruntur quot in turba. ¶† Quæro quot homines faciunt notorium? dic vt no. C. de acc. l. ea quidem per Cy. ¶Quero quot animalia faciant gregẽ? solue vt in glo. tamen scias, ꝙ pastor gregis dicitur qui pascit oues etiã alienas vt suas. ff. de rei ven. l. marcellus. Et est argũ. ad abbatem, qui in monasterio bona credulitate & fide retinet monachum alienum credens eum esse proprium vt
11 sit sub eius regimine. ¶† Pastor dicitur ab actu officij non à prædominio rei. & iõ nõ requirit dominium hęc vox: secus qñ genitiuus signat actum maioris poeentię. vt mutare statũ rei: vt ff. de re li. l. ij. §. in locum. & cũ dicimus, iste est pastor ecclesię: significamus actum nobilis officij. & intelligit de eo qui pręest dignitati. nã præeminentiam seu prælaturam significat iste sermo. ¶Cum testator legat oues suas, vtrum videatur legare seruum ouibus deputatũ. dic quod non. & est arg. ꝙ nomine monachorum non cõtineatur abbas. ff. de leg. iij l. auibus. Bal.

CAP. II.

1 *Literis populi non creditur.*
2 *Deo displicet qui populo placet.*
3 *Statuentium nomina an necesse sit exprimi in legibus, & statutis & consuetudinibus.*
4 *Electione spontanea præcedente si statim interuenisset timor & rumor an vitietur rescriptum.*

Osius episcopus. Populus non debet episcopum vel alium prælatum ecclesię eligere. Casus. dicit Osius episcopus in concilio si aliquis literas populi acciperet, per quas literas populus in suum prælatum petat ipsum: quia presumptio est cõtra episcopũ quòd procurauerit voces populi: talis electio reprobetur: & sic electus careat ecclesiæ sacramentis. nisi pęnituerit: synodus
1 respondet placet. ¶† Not. non credi literis populi. Not. quod contra vulgum sunt malę præsumptiones. Item in populo sunt multi qui corrumpuntur de facili. Item not. quòd electio facta ad clamorem populi non valet: quia clamor impedit animum ne possit discernere ęquum. ff. de appel. l. si constat. ff. qui & à quibus. l. si priuatus. Nihil enim rectè geritur: si cum clamore vincitur. argum. ff. de
2 hæredi. instit. l. fina. ¶Item not. † quod qui placet populo, displicet Deo: quia populus est docendus, & non sequendus. ¶Item not. à communiter accidentibus sumi quodammodo regulam pręsumptiuam. ¶Item not. quòd vbi electio fit per clamorem pręcedentem & instantem, præsumitur quod iste clamor fuit causa finalis
3 eligendi, etiam si fiat per debitos electores. ¶† Vltimò not. illud verbum, synodus respondit. nam est argumen. quod in legibus & statutis vel consuetudinibus non sit necesse exprimi nomina statuentiũ vel qđ ipsi statuentes subscribãt: ga si requireretur subscriptio, requireretur nominatiua expressio singulorum. Hinc est ꝙ in alienationibus & instrumento debent exprimi nomina quia publicum instrumentũ succedit loco subscriptionis testium: vt l. fi. C. de
4 venden. reb. ciui. libro. xj. & ista est doctrina Arch. ¶† Extra quæro, quid si pcedẽte electione spontanea statim interuenisset timor & rumor. respõdeo non vitiari quod perfectum est: sicut si statim peruenisset furor: vt ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. vel mors naturalis quæ omnia soluit: licet aliquando transferat radices obligationum. vt no. Cy. C. de pac. l. pacto successorum. & l. hæredibus. ff. de dona.

CAP. III.

1 *Bona fama & mala inspicitur in loco conuersationis.*
2 *Confirmationes electorum fiunt ex debito: non ex gratia pura.*

Postquã. Electus dẽt cõfirmari si nõ sit qui electũ impediat: & de eius vita & moribus in-
1 quiri dẽt vbi cõuersatus est. ¶† No. ꝙ bona fama & mala inspicitur in loco conuersationis. sup. e. i. delicti, vel contractus. C. vbi de crimi. agi opor. l. ij. ff. de re mili. l. nõ omnes §. à barbaris. ergo de fama debet inquiri. tamen fama quæ orta est à suspectis & conspiratoribus non dicitur fama, sed vocatur calumnia. ff. de adulte. l. miles. §. penulti. text. valde nota. & fama quæ est generaliter in loco conuersationis, præfertur cuilibet alij famæ. vt hic.

2 hic qđ est notabile. ¶† Vltimò not. ꝙ confirmationes electorum
fiunt ex debito nõ ex gratia pura: quia vbi vinculum & obligatio
est, iuris publici executio gratiam non habet: vt l. proximè. ff. de ri
a tu nup. quia non impendit beneficium qui facit debitum.[a] ff. de hę
redib. institu. l. si seruo fideicommissaria. §. j. & l. vnum ex familia. in
prin. ff. de leg. ij. ¶ Omnis electus dicitur inuitatus. j. e. c. cupientes.
§. j. in glo. subaudi. lib. vj.

ADDITIO.

a ¶ Non impedit beneficiũ qui facit debitũ. alibi dicitur ꝙ q facit illud ad qđ
per legem obligaẽ nõ dicit conferre beneficium. l. proxime. ff. de ritu nupt. l.
vnum ex familia. §. si de falsidia. ff. de legat. ij. l. si seruo fideicommi. ff. de hære.
instituen. hic dicimus quod in necessitatibus nemo liberalis existit. l. rem le-
gatam. in fi. ff. de adi. leg. quemadmodum econtra qui exequitur dispositionẽ
iuris non dicitur partem grauare. c. nouit de appel. parona.

CAP. IIII.

1 *Spiritualia conditionem recipiunt.*
2 *Modus quandoque est adiacens determinatio pissositionis, quandoque voluntaria adiectio.*
3 *Conditio an obliget.*
4 *Iuramentum fidelitatis & obedientiæ debet pręcedere inuestituram corporalem.*
5 *Iuramentum omnem qualitatem verborum desiderat.*
6 *Conscientias aliorum non videmus.*
7 *Pallium debet sumi de manu Papæ.*

Significasti. Electo in archiepiscopum sedes apostolica non tradit pallium, nisi primò fidelitatis & obedientiæ præstet iuramentũ.
¶ Casus. Papa misit pallium tradendum sub conditio
ne admiratus est rex & sapientes regni tribus rationibus. primò,
qa nec consuetum. secundò, qa nõ iure cautum. tertio, qa iurari ꝓ
hibitum. Papa dicit quòd Christus non tradidit Petro potestatem
quin apponere conditionem, & qđ tale iuramentum est licitum &
1 necessariũ. ¶ † Not. qđ spiritualia conditionem recipiunt. dicitur
autem conditio quatuor modis. Primo, quia conditionaliter pro-
fertur. ff. de condit. indebit. l. qui promisit. secundo, quia requiri-
tur ad realitatem actus. ff. de verb. obl. l. interdum. ff. de cond. & de-
monstra. l. j. in fin. tertio modo dicitur conditio onus annexũ à iu-
re, vt hic, & C. de precibus impe. offe. l. vniuersa. Quarto modo dr̃
conditio modus & hic est duplex. s. intrinsecus: vt lego tibi decẽ. ut
ea restituas Titio. & extrinsecus: vt lego tibi decẽ? vt geras negotia
filij mei: vt ff. de conditio. & demonstra. l. quibus diebus §. termi-
2 lius. ¶ † Est autem modus quandoq; adiacens determinatio dispo
sitionis quandoque voluntaria adiectio. C. de senten. & interlo. l. cũ
corũ. & scias qđ interdũ tacita conditio tantũ suspendit, quantum
expressa vt singulari. no. ff. de pac. l. item qa. ¶ † An conditio obli-
3 get. dic ꝙ sic si contineat intra se obligationis substantiã, vt nume
ratio pecuniæ. C. de non nu. pec. l. fi. l. certi cõdictio. §. quoniam. ff.
si cer. pet. secus si non continet in se obligationis materiã. vt si ca-
pitolium ascendero. l. si quis. de iureiur. & l. ex placito. de rerũ per-
4 mutatio in glo. ¶ † Item no. ꝙ iuramentũ fidelitatis & obedien-
tiæ debet præcedere inuestiturã corporalẽ. Itẽ not. ꝙ prælatus te-
net, iurare fidelitatẽ. Idẽ in quolibet qui suscepit infulas dignita-
tis, vel administratiõis. Itẽ oẽs ciues quos rebellio fecit suspectos.
ut in tit. de pace cõstantię Itẽ oẽs vasalli durãte feudo. Item recto
res ciuitatũ. Item tabelliones & nũmularij. Itẽ milites & stipendia
rij. Itẽ custodes portarũ, & similes. Itẽ tutores, curatores orphana
trofi iurat officiũ suũ fideliter exercere. C. arb. tu. l. fi. C. de admin.
5 tut. l. fi. decedẽdo. l. quędã. §. nummularios. ¶ † Et no. qđ omne iu-
ramentum proprietatem. i. qualitatem verborum desiderat: qa nõ
contrahiẽ cõsensu, sed verbis. arg. à contrario sensu. ff. de act. & obl.
l. ꝯsensu. ¶ Item no. ꝙ legis dispositio simoniam nõ committit: sed
quid fiendũ insinuatur. Item no. qđ deus est factor conscientiarũ.
6 ¶ † Item not. ꝙ aliorum conscientias non videmus. Gloss. tangit
hic quæ cõditiones impediãt trasmissionem legatorũ, & quæ non.
sed adde qđ dixi. ff. de legatis. j. l. hæc verba. in mea solenni lectura.
7 ¶ † No. ꝙ pallium debet assumi à corpore beati Petri. id est de ma-
nu Papę. vt patet ibi dum dicit, nostrę insigna dignitatis. & expo-
ne sic: à corpore, id est à manu nam esse de corpore. Nã vt ait phi-
losophus manus sunt organum organorum. Alibi accipitur ma-
nus pro potestate: aliàs dominio & authoritate. l. manumissiones.
ff. de iust. & iure. ¶ Vltimò no. ꝙ ille qui petit insignia, debet præsta
re solita iuramenta.

CAP. V.

1 *Eligi non debet de rigore ille qui fuit schismaticus propter infamiam præsentis vitæ.*
2 *Schisma vnde dicitur.*

Quia diligentia. Schismaticus qui redit ad vnitatem ecclesiæ si in episcopũ eligiẽ, de iure cassabit. sed dispẽsatiuẽ
poterit confirmari, salua debita iustitia & reuerentia sui
1 priori ecclesiæ debita. † Nota hic, ꝙ ille qui fuit schismaticus pro-
pter infamiã præcedẽtis vitæ de rigore nõ est eligendus, sed dispen
satiuè cõfirmandus. No. ꝙ legatus de latere pōt cõfirmare electio-
nes epõrũ & archiepiscoporũ. ¶ No. illa verba salua debita iustitia
& reuerẽtia, quæ verba habẽt vim protestationis ſm glo. ¶ Adde
2 qđ no. in l. itẽ labeo. in gl. parua. ff. fami. herc. ¶ † Quæro vnde dicit
schisma? respõdeo à scissura: qa qui schismatichus ẽ, libẽter diuide-
ret inconsutilem tunicam dñi si posset. No. ꝙ ordinatus à schisma
tico nõ pōt promoueri. ¶ Not. ꝙ ecclesia Aquileiẽsis propter deli
ctum prælati non perdit honorificentias suas: qa delictum perso-
næ nõ nocet ecclæ. ¶ Not. qđ licet schismatici sint excõmunicati:
tamen post absolutionem recuperant honorem & administratio
nem: & ideo recuperant etiam formam secundum Ber.

CAP. VI.

15 blicum. ff. de offi. præt. l. Barbarius Philippus. ¶ † Quæro, prælatus noīe prælaturæ iurauit aliqđ soluere debere: tandē vitio suo depositus est ab officio, vel renūciauit in manibus superioris, vtrum sit liberatus à vinculo iuramenti? dicit Io. an. ꝙ sic. qa non iurauit tanq̄ ipse in propria persona, sed tanq̄ alius in persona ecclesiæ. ff. quādo ex facto tutorū. vel post mortē qđ verum est si debitū erat ꝯtrac̄tū pro vtilitate vel necessitate ecclīæ: secus si pro negocijs ꝓprijs. ¶ Itē secus si nō ꝑlatus sed gestor sine mādato, & sic pōt exponi. l. proc. qui ꝓ euictione. i. ꝓcurans: qa sua sponte se astrinxit: nec ratificatio dñi tolleret ius quæsitum contrahenti: vt l. fi. ff. de pac. vel loqtur qñ nomē ꝓcuratoris nō est expressum in instrumeto, qa dixit ego Petrus: non aūt adiecit ego ꝓcurator: & hæc vera. vel ibi ꝓcurator dixit expssè, obligo fidē meā vel spōte se obtulit oneri duplæ, & ꝯtrac̄tui absq; speciali mandato dñi. ¶ Quid si est expressum vtrūq; nomen interposita copula, qa dixit, ego Titius & ꝓcurator. dic ꝙ virtute copulæ vident duo rei debēdi & vterq; in solidū tenet hoc casu: dñs pp naturā officij, & ꝓcurator ꝑpter naturam verborum. Illud sciēdū est ꝙ nulla obligatio debet trahi extra suos terminos tpales, vel reales vel verbales. C. loca. l. si cū Hermes. ff. eo. l. si in lege. in princ. l. de fideiu. l. stipulatus es. & l. [illegible] sores magistratuū § pro Aurelio romulo. vnde qđ nō cantat instrumētum, nec ego cantabo more Venetorū. ff. de institoria. l. lucius. ¶ Item ratio contrahendi inspicienda est. ff. de constituta pecunia. l fina. ff. de exercito. l. lucius. & not. ff. cōia prædi. l. si in venditione.

16 & ff. de le. ij. l. cum pr. §. dulcissimis. ¶ † Pone prælatus iurauit soluere. j. mēsem, ꝓrogata est sibi dilatio ad aliū mēsem: certū ē qđ in primo termino non est periurus. sed qđ de scđo. & si quidē fuit facta ꝓrogatio cum repetitione iuramēti nō est dubiū quòd esset periurus & remouendus à prælatura ¶. Si autē simpliciter, videtur quòd non sit periurus: vt ff. locati. l. cum in plures. §. lege dicta. & arg. j. de iureiuran. c. clericus itē verè sunt duo termini: quia duæ terminandi formæ quæ nō terminant ad eūdem terminū: licet terminus qui extēditur, assumat sibi formam termini extendentis: & econuerso terminus extēdēs assumat sibi naturam primitiui temporis, & est quædam fictio: vt no. Cy. ff. de arb. l. si cū dies. in prin. in additionibus. ¶ In contrarium videtur per. l. celsus. §. idem ait. ff. de arbi. Itē nō dēt ei prodesse bñficium prorogationis quā secutus nō est, sed potius contempsit eam. & facit. ff. de lega. j talis scriptura. quia prorogatio videt facta cum eisdem modis & eisdem qualitatibus. argu. ff. loca. l. qui ad certum. & cum eisdem pęnis. ff. de verb. obli. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ¶ Non obst. §. lege dicta. qa ibi sub certa forma qa forma erat postea mutata ſm qđ exponit ibi Martinus Sili. & nō dr ꝑpriè prorogatio, vbi forma est mutata vt not. in c. hi qui authoritate. j. de prebē. libro. vj. ¶ Porro si non esset prorogatio temporis, sed cuiusdam contractus facta repetitio sine iuramēto, non esset periurus: vt ff. de sto-

17 rijs stipula. l. Valerianus. ¶ † Quæro, an ille qui petit se absolui à vinculo periurij, videatur se fateri periurum? respon. sic. & tamen potest quandocunq; se excusare à periurio. ff. qui satisda. cogan. l. penul. ff. de publi. l. cęsar. dicit Inno. quòd ille qui petit se absolui, non videtur confiteri obligationem. Tu dic qđ aut petit se absolui à vinculo, & si quidem loquitur simpliciter, videtur fateri. Si cōditionaliter nō vt. no. C. de exceptio. l. si quidem. Sed si excōicatus nō dicat, peto me absolui a vinculo & sic à iure, sed à facto excommunicationis vel petit reconciliari & non videt fateri vinculum

sed

sed proponere merum factū.arg.ff.de uerbo oblig.l. quidam cum
18 filiū.¶† Quęro an qs propria authoritate possit venire cōtra iu ramentum illicitum? videtur quod debeat adiri superior & fine eius autoritate non possit veniri contrà: vt hic. ¶In contrarium videtur quia illicitum iuramentum reputatur impossibile: vt ff. de leg.j.l.si quis inquilinos §.j.& lex absoluit iurantē: vt not. ff. de iure pa.l.adigere § fi.vbi est glo.sing.q̄ dicit,qđ vbi lex remittit iuramētū,locū apostolici Papę tenet,¶Itē in eo qđ necessariò defe rēdū nō est necessaria superioris authoritas.[a] ff.de leg.iij.l.fideicō missa.§.si quis illicitè Sol.aut per apertam naturam negocij appa retꝙ iuramētum est illicitum, & tunc nō oportet adire iudicem, aut non pōt seruari sine interitu ꝓprię salutis,& idem intelligo ēt de salute corporali vt si qs iurat inire duellū.Nā ēt sub iusto clipeo perire potest.& nemo est dñs membrorū suorum.ff.ad l.aquil.l.liber homo.Aut potest seruari sine periculo,& tunc aut est prēstitū dolo vel metu interueniente tamen cōsensu licet inualido, & tūc debet per superiorem relaxari quia causę cognitionem desiderat. ¶Itē qa nemo potest ius sibiȷ̄ psi facere. de metu habes.j.qđ met. causa.c.j.De dolo habes exemplū in vsurario: quia vsurarius semper est in dolo qa contemnit legem diuinā licet ex parte iurātis nō sit peccatum.Dicit Inno.hic rem valde notabilem,qđ vbicūq; iuramentū est perniciosum exemplū,debet per iudicē scilicet ecclesiasticū relaxari.¶Ex hoc arguo qđ si quis iurat non allegare, nec probare ꝙ laudū sit latū per dolum quia istud iuramentū est perniciosum exemplo.cū potest peti relaxatio iuramenti,& tandē petetur reductio qa per relaxationē aperitūia ad iudiciariū ordinē,nō aūt fertur diffinitiua vt j.de iureiur.c.j. ¶Item dicit hic Inno.qđ si necessitas vrget,vel nō possit hēri superior,pōt qs sua authoritate venire ꝯ illicitū vel temerariū iuramentū. ¶Idē si magna necessitas spiritualis hoc exigat verbi gratia,si iurauit nō denunciare prælatū suū de dilapidatione.¶Ista sunt dicta Inno.q̄ sunt multū notabilia. ¶ Perniciosum exemplū est illud qđ dat alijs exemplū & materiā delinquendi sicut vtile exēplū est purgare ꝓuinciā prauis & perniciosis hominibus.C.ad l.iul.repetun l.j.& l.congruit.ff.
19 de offi.ꝓsi.¶† Quęro nūquid aliqs ꝓcuratorio noīe possit excōicari,vel ab excōicatione absolui:& est ar.ꝙ nō ff.de hęre. insti. l.paterfa. testamento.dic qđ nō dēt fieri,factum tñ tenet scđm Io. an. hic in nouel.¶Et prædicta faciūt ad quæstionem quidā fuit Potestas electus pro sex mensibus.nā si pro alijs sex mēsibus fuit denuo electus,duo officia sūt.si aūt dixerunt, prorogamus ad aliud semestre,est vnū & idē officiū.ar.ff.de fur.l.inficiādo.§.infans. & tūc iō nō deberet stare nisi ad vnū sindicatū ꝓ vtroq; semestri.& arbitriū sibi datū in primo semestri videret repetitū, in scđo: vt no.Bar.in l.4. ff.de dam.infe.nisi prorogatio esset per statutū prohibita arg. ff.de iudic.l.ij.§.j.¶Sed qđ si esset clausa iurisdictio, & postea facta esset prorogatio post clausam iurisdictionem, puta vltima die primi semestris,vt ff.de ferijs l.pridie Respon. non est eadem iurisdictio:vt ff.de precario.l.in rebus.§.fin.& eodem modo si per statutum non posset prorogari tempus? quia nōn valet tanquam prorogatum, sed tanquam de nouo datum nisi esset factum in fraudem statuti.facit.j.eo.c commissa lib.vj.& not. in l.j. C. de priuilegijs scholarium.lib.xij. Baldus.

ADDITIO.

a ¶ Vide do.cardi.Floren.in consi.xxv. inci. quidam habens vnum filium. ij. colum.versi.ad secundam.facilis est responsio.

CAP. XXXVI.

1 *Prælatus qui se videt in mortis articulo an possit cum suo capitulo de electione tractare.*

2 *Electio facta ante sepulturam an valeat.*

3 *Citatio inualida non arctat citatum.*

4 *Contemptus an reddat electionem nullam: ita quòd non sit necesse prętorem adire vt eam casset.*

5 *Vniuersitas an resideat in vno.*

6 *Electio potestatis si ptineat ad duo collegia,si pars vnius ex istis collegijs deliquat,an deuoluatur potestas ad aliam partem:an ad reliquos de utroque collegio.*

Bonę memorię. Cassatur electio maioris partis facta cōtempta minori,uel non legitimè citata: tamen antequā cassetur, ad minorem partem ius non deuoluitur eligendi:& si eligerent,cassatur.¶Casus.dum adhuc episcopus Cremonensis viueret in humanis,tamen de morte ipsius desperaretur, capitulum fecit citari.H. studentē in ciuitate Rhegij ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro futuri electione pontificis facienda: tandē elapso termino,& episcopo mortuo antequam corpus eius sepeliretur & absente prędicto. H. canonico capitulum dedit eligendi potestatem quibusdam,qui elegerunt Archipresbyterum: deinde dictus.H. credens ad se ius deuolutum eligendi elegit magistrum suum electione facta vice capituli non cassata. Modo papa dictū. H priuat voce: quia deliquit non expectando iudiciū papę super cassatione:irritans cassationem dicti H.deinde cassabat alterā electionem: qa fuit facta occasione tractatus facti corpore episcopi nondū traditio sepulturę:& qa cōtempto dicto.H.qui licet fuerit citatus nō tñ citatio valuit:& iō nō potuit arctare citatū. dicit hic Inn.ꝙ citatus q die statuta nō tenet ꝯparere ꝑ ꝑ solēnitatē diei, vel alia de cā,tñ postea cōpetenti tpe cōparere debebat.non obs.ff.si qs in ius vocatus nō ierit.l.ex quacūq;.in fi.qa ibi nō dicit,ꝙ non teneat comparere postea tpe congruo:quādo tps statuitur à iudice: sed quādo statuitur à lege,nō prorogatur instantia sed dēt ꝯparere congruo tpe ante terminū.tex.est notabilis.C.de temp.ap.l.ij.in fi. & hoc nisi lex vel statutū vltra ꝓcedat: qa à finib. legis vel statuti nō est recedendū:vt ff.lo.l.si lege.in prin.illū.§.fi.intelligo in ferijs solēnib. qa solēnibus diebus celebrant.:& sunt certę:& possunt ꝓuideri.in repentinis & fatalibus qa incertę sunt,fit diei prorogatio. ff.ex q.cau. maio.l. sed & si ꝑ pretorē.§. sed si ferię. & si necessaria sit restitutio fiet sine libello.ar.ff.si quis cau.l.ij.§.si quis in iudicio & no.ꝙ restituetur nō solū quātū pro quanto sed quale pro quali.
1 ff.de verbo.obli.l.& ideo hęsitatur.per Bar.¶†Quęro nūquid prę latus q videt se in mortis articulo, possit tractare cū suo capitulo de electione successoris? Respon.sic,nō tamen aliqd determinando vel ꝓmittēdo, nec de certa persona pręficienda:alioquin cassabitur electio. ¶Quęro quis dicat esse tractatus? Rñ. ille q fit capitulariter & solēniter;nō ille qui fit ꝑfunctoriè & difformiter,fm Inno. ¶† Quero si ante sepulturā est facta electio:an valeat? & vi-
2 detur ꝙ non quia triduo est vacandū ab electione ꝓpter exequias defuncti.& quia videtur contra canones facta.dicit Inno.ꝙ valet, & qđ ita fuit obtentū in curia.Nam statim quando ecclesia est viduata potest ei ꝓuideri de nouo sponso, cùm sit soluta à lege viri, nupat ī domino. & ꝑdicta sunt ar. ꝙ rege mortuo filius eius nō debet de honestate coronari,nisi post triduū:qa post tres dies Xp̄s resurrexit à mortuis,ego ī filio nō facio tp̄is distinctionē:qa corona ꝯtinuatiuè descendit in ipsum,vt insti. de hęre.que ab intestato. §. sui.licet corona exterior requirat manus impositionē & officiorū celebritatem.ar.s.eo.venerabilem.¶Ibi, desperaretur scilicet per medicos quibus est credēdum vel per euidentiā facti. ¶ Ibi, Rhegij.not. quòd ciuitas Rhegij habet ꝓrogatiuā siue priuilegia studij. ¶Ibi in vigilia. vigilia est dies nō feriata, & etiā dic feriata posset fieri citatio. ad eligendū:qa quo ad hoc non sunt ferię.xv.q.iiij.in summa.¶Ibi pro sua, id est quam fecit de suo doctore; vt patet in antiqua. ¶Ibi, temeritate scilicet dicti. H. eligentis, non magistri electi. Ibi expectare. simile. ff. de excusa. tuto. l.diximus. ¶Ibi ad secundū cum alijs pariter celebrandam. ¶Ibi, ad irritandā id est irritam nunciandam Hostien. ¶Ibi, contradicentes. sensus literę est, quòd sic capitulum de nouo eundem quem elegerat prius, dictus.H non potest contradicere scilicet pro aliquo suo singulari interesse:tamen quilibet canonici pōt obijcere rationes formatas à iure secundum Inno.& huic aufertur vox cōtradictionis sed non vox electionis secundum Abba.& Aegidiū.¶Ibi,iustitia exigente.not.quòd iustitia triumphat super omnem aliam virtutem, vitam,famam & sciētiā.& sic non prodest bona fama vbi quis caret iustitia,vel vbi requiritur peccatum esse. ¶Ibi cōtemptus obesse.dic quod contemnitur qui est in iure, & possessione eligendi, & tunc habet locum pęna contemptus,secus si esset in iure & nō in possessione vel in possessione & non in iure:vt no Hosti.j.de resti. spo.c.in literis.quod est not.dignum secundum Colle. ¶Ego dico quod quędā spēs spoliationis est ꝯtemnere possessorem & qđ vbi possessio tribuit ius eligendi,non requiritur proprietas:vt ff. de acqui. possess.l.naturaliter.§.nihil commune. item cum eligere prout est actus eligendi non sit aliud quam fruitio ipsius iuris, non potest auferri possessori bonęfidei,q facit fructus suos:sed vbi possideret mala fide nō faceret fructus suos ab alio perceptos:ut ff de vsuris,l.q scit. §.in bonę fidei.¶Ibi,tractatum.ꝑ hoc electio nō est nulla sed annullanda:vt no.Inno.s.eo.considerauimus. & hoc qn̄ fuit tractatus habitus eo uiuo licet ī extremis:sed eo mortuo soluta.est ecclesia à lege viri,& nubat in dño:vt no. Arch.xcix.di. nullus.& j.eo.si electio.li.vj & tāgitur.j.eo.ne pro defectu.fm Colle. ¶Ibi nō traditus sepulturę.dicebāt antiqui poetę ut patet in glo. lucani ꝙ tria sunt in homine.s.anima,q redit ad cęlum:corpus,qđ reuertitur ad cinerem:& vmbra quę circa corpus insepultū anteꝗ vadat ad inferos stat annis centum. Nam sępe accidit quòd videmus vmbrā & non corpus:sed fabulę sunt cōtra catholicam fidē. ¶Ibi,tractatum.si hoc sit causa electionis cassandę exponi tractatum scilicet diffinitiuum id est ducentem ad fidem secūdū Hosti. Ibi,vnius.not.contemptum vnius nocere sicut contemptum multorum. ¶Item not. quòd plus obest nōn citatio, quā dissensus. sic ff.de arbi.l.sicuti etiam si constet de precisa intētione absentis qđ est contra Inno.j.de testa.c.raynaldus.¶Ibi,nec prædicta.respondet tacitę obiectioni:quia diceret aliquis, iste non fuit cōtemptus
3 quia citatus.† Papa respondet quod citatio inualida non arctat citatum.

ADDITIO.

a ¶ Citatio.inualida non arctat citatum vide Lu.Ro.in consi.ccccxij.

tatū:& si non remanet debito tempore,postea non conualescit.& est argumen.quod iudex non possit inquirere de morte ante mortem licet vulnus sit mortiferū. ff. de confess.l. si is qui stichum & licet pendente iudicio moriatur vulneratus,tamen ex inquisitione malè formata & præpostera non potest sequi condemnatio. Item not.quod ad hoc vt citatio sit valida,debet habere extrema possi-
3 bilia, id est principium & finem. ¶†Modo ad apparatum venio. opponitur,& videtur quòd contemptus reddit electionem nullā: & sic non est necesse quòd adeatur prætor vt eam electionē casset ff.de no.ope.nunc.l. de pupillo.§.habet autem. & ibi gloss. solennis,licet in alia materia.ff.de conditio.insti.l.quę sub condi.§.fina. & l.j.C.de thesau. libro.x.Et confirmatur oppositio,quia si non citatur ille cuius interest, ipso iure non valet quod eo absente fit. ff. de mino.l.etiam.§. fina.in authen.de hęre.& fal.§.si vero absunt.ff. de adop. l. nam ita diuus. Solutio, imo valet si non rescindatur: quia facta fuit à capitulo quod fuit conuocatum & legitimè congregatum saluo iure agendi de contemptu. ¶† Opp. si plures de-
4 liquerunt in eligendo, ergo ad vnum solum qui non deliquit,pertinet ius eligendi: quia in vno residet ius & authoritas totius capituli ff.qđ cuiusq; vniuer.l.sicut.§.fin.Sol.dicunt quidam ꝙ vniuersitas nō residet in vno:quia vnus est numeri singularis. ista so.est falsa.qa verū est ꝙ ī vno nō residet primitiuè, vt s. eo.c.j.sed deuolutiuè sic.quia pro pluribus habetur qui in plurium ius succedit,vel plures repręsentat.ff. de autho.tut.l. accipientis. ¶Sic ecōtrà pluresqui in vnius locum succedunt, si comparentur ad vnū qui hēt ius diuiduum,loco vnius habentur.ff.de condi.& demonstra.l.cui fundus.in fi.¶ Et ideo Ioannes dixit aliomodo, videlicet qđ non deuoluitur ius eligendi ad vnū, imo nec ad plures,nisi quando reliqui eligunt sciēter indignū,& dicit qđ si etiā per contēptū,cassatur electio non sit ista deuolutio nisi cassatio sit papalis: si inferior à papa cassat, non est canone aliquo cautum qđ deuoluatur ad aliquē aliū.& in hoc residet glo. ¶Idē si casset propter formā nō seruatā.vel dic qđ nō refert vtrum papa casset electionē an inferior eo.nam ius ɔmune succedit qđ deuoluit potestatem ad nō peccātes.& ista est *cōmunis* opinio & verior.& est simile qa sicut filius exhęredatus habetur pro mortuo:ut l.j.§.si pater. ff. de cōiungendis cū emancipat.liberis.ita isti exclusi.item qa cōtēnere est peccatū quasi formę & iō succedit dispositio cōcilij.ī.eo.c.qa ꝓpter. Sed q̄ est ratio differētię? respō qa qui eligit sciēter indignū, est semel malus,& iō in illa tota vacatione pręsumit malus:vñ ad eū nō redit verbū electiuū propter vitiū suum.ar. C. de accu.l. absentem. ¶Extra quęro generaliter,nunqd per exclusionem aliquorū accrescat alijs ius eorū?& vr̄ qđ sic vt hic,& C.de cadu.tollē. §.ꝓ scdo. ff.de acq.her.l.cū hęreditate.ff.de hęredibus instituēdis. l. quo loco.§.si a mortuo.ff.de re.iudic.l.ex ɔ̄ctu.¶In ɔ̄riū videt. ff. de arbitr.l.Pedius .§.j.ff de bo.poss.l.sed cū patrono.ff.de condit.& de monstr.l.mulieri & Titio.ff.de iureiuran.l.si duo patroni.in princ. ¶Pręterea sicut se hēt priuatio ad habitū, ita econuerso habitus ad priuationē.sed lege cauet qđ hoc qđ est vni deputatū alij vr̄ ablatum vt ff.de le.j.l.qđ in rerū.§.qđ si post.Ergo idem ecōtrà vt ff. de vulg.substi.l.sed si contra ¶ Sol.aut plures vocant vt collegiū, & accrescit remanētibus aut vt singl'res psonę & tūc nō accrescit nisi sit ius indiuiduū: vt ff.quęad.ser.ami.l.aquā.& l.vtrū.ff. de assig.li.& l.& Proculo.ff.de le.ij.Vel nisi ius accrescēdi sit necessariū, vt d.l.si seruus.vel nisi sequeret absurdum: puta,ꝙ idem ɔ̄ctus pro parte valeret,& ꝓ pte non:vt ff. de ɔ̄hen.emp.l.fundus ille.Vel nisi in vsufructu:quia ibi tractatur de modico pręiudicio.i.de facili resoluit & iō de facili accrescit vt l.j.§.interdū.ff.de vsufr. acc. ¶Et ideo aliud esset in emphyteusi debita ꝑ stipulationē:qa nō accrescit nisi sit pactum de accrescendo:quia tractatur de magno pręiudicio. nā nec in feudis habet locum ius accrescendi ratione coniunctionis verbalis vel pr̄edialis,licet habeat locū ratione vnius stipitis,& inde deriuatę successionis. vt in c.j.§. conradus.qui feudū dare pos.col. x.& quando accrescit cū sua causa naturali & cōuentionali quę legis potestate ambulat de vno in alterum,accrescit quasi continuato sermone:qa omne animatum habet oculos retro ad suum prin-
5 cipiū.vt ff.de sti.ser.l. si seruus cōmunis męuij, §.fin. ¶†Item non habet locum ius accrescendi in his quę primordiales fines & limites nō possunt excedere. ff.de acquir.re.do.l.in agris.limitatis. nec in alimentis proprijs:qa nemo potest habere duos stomachos qui habent alimentum continere.ff.de vsufru.l. dominus. Sed mirum est quare in d.l.si duo patroni.non habet locum ius accrescendi in iure patronatus: dicit ibi glos. ꝙ ratio est, quia per iusiurandum liberti non tollitur ipso iure ius patroni.¶Porro ius accrescendi nō constat nisi ex duplici radice. s. ex non facta acquisitione, vel funditus resoluta,& neutrū horum est ibi. Tu dic ꝙ ibi iuramentum ordinatur ad ingenuitatem, sed ius accrescēdi tēderet ad oppositum videlicet ad libertinitatē:& sic qđ fieret ad vnum effectū, operaretur contrarium? quod esse non debet: ut ff.de hęre.institu.l.ex
6 facto etiam agitatū. ¶ † Sed pone quòd ad duo collegia pertineat electio potestatis alicuius terrę, puta collegium fabrorum, & artis lanę:& pars vnius ex istis collegijs delinquit: nunquid deuoluitur ad aliam partem, an vero ad reliquos de vtroq; collegio ? & videtur quòd ad proprium corpus sui collegij.arg.ff.de vulg.substi. l.cohęredi. §. qui discredas & §. qui patrem.Dici potest ꝙ nulla sit deuolutio tamen illi qui prauè eligunt,nō computant in numero qđ ideo si promiscuis vocibus vtriusq; capituli trutinatur electio, vincit maior numerus:sed si mediam vocem habet vnum collegiū,& mediam vocem alterū,non cōfundimus collegia in numero vocum qa quodlibet collegium per se discernit quēadmodū si ꝑtineret ad prelatū pro dimidia ,& ad capitulum ꝓ alia dimidia & omnes de capitulo essent mortui pręter vnū,ille vnus haberet parem vocem cum pręlato,& vt ita dixerim, vna pecus tantum valet quantum pastor in hoc exemplo.

CAP. XXXVII.

1 *Monachus an possit eligi ad prælaturam secularem.*

CVm ad nostram. Clericus secularis in abbatem promoueri non potest. ¶Casus.quidam simul fuit factus monachus & electus abbas:papa cassat electionem vt tollatur materia dandi spem vel ꝓmissionem ingredienti monasterium de eligēdo ipsum in abbatē.¶Not.neminem ex cupiditate platurę monachari debere.tñ ista simonia nō repellit eū à monachatu,sed ab abbatia. text. est hic notabilis qa hic papa cassat electionem sed non ꝓfessionē.¶ Adde ꝙ hodie religiosus eligi nō pōt,nisi sit expresse ꝓfessus.e.ti.c.nullus.lib.vj nec electioni de se factæ,cōsentire sine superioris licētia.e.ti.c.si religiosus.superior autem est abbas illius. & dicunt quidam ꝙ etiam si eligeretur in papā non posset cōsentire sine licentia sui abbatis.xviij.q. ij. quam sit. quod non credo qa
1 electio ad papatum liberat eū ab abbatis potestate ¶ † Sed nunquid monachus possit eligi ad prælaturā secularem? dicit glo.qđ sic dummodo habeat curam animarum.¶Idem not.Host. de statur egula. c.quod Dei timorem. ¶Alij dicunt cōtrarium. de hoc not eo.titu.c.j.in cle.in fi.& idem videtur de canonico regulari.de supplenda negligentia prælatorum in clementi.j.Mendicātes autem extra suum ordinem eligi non possunt. quod dic vt plenius hic per Colle.& vide qđ no.per Arch.xviij.q.ij.c.quam sit.etiam immediatè allegatum.

CAP. XXXVIII.

1 *Eligi in abbatem non debet qui non est instructus in regula monachali.*
2 *Legatus de latere potest dispensare in omnibus casibus qui non sunt papę reseruati.*

1 OFficij. † Qui non est instructus in regula monachali non potest eligi in abbatē. ¶Casus. quoddam monasterium positum erat in medio nationis peruersę, nec poterat reformari nisi per nobilē & potentem:vnde supplicauerunt cuidā nobili ꝙ dignaretur eis ɔcedere filium in monachum; qui consensit bona gratia & sine simonia.monachi statim elegerunt eum in abbatē & legatus de latere cōfirmauit:papa dicit ꝙ ex eo quod incōtinenti subsecuta est electio,pręsumitur pactio illicita.& qa non erat instructus in regula, talis electio non tenet:sed cum erit instructus purgatione recepta poterit eligi in abbatem.¶No. propter celeritatem actum aliqđ pręsumi qđ alias non præsumeret.qđ facit ad multas quęstiones: vt no. Bar.ff.de dona.l.post contractum.¶Ibi,ꝙ filium induceret: non dicit compelleret:qa non licet patri cogere filium ad consentiendum.vt not.quarum rerum actio non datur.l.j.§ quæ onerandę.
2 ¶† Ibi,dispensare.tenet hic Compostel.quòd legatus de latere bene potest dispensare in omnibus casibus qui non sunt reseruati personę papę.Ibi, incontinenti. not per prius actum videri ꝙ in cōtinēti postea est subsecutū.ff.de priui.credi.l.si ventri.§ fi.& est ar.ꝙ ex continuatione cōtractuū pſumat cōtractus vsurarius.Ibi, ostendatur,scilicet iuris suspitione.Ibi, maximè.hęc est finalis rō. Host.¶Ibi,magister.no.ꝙ filij comitum & baronum non possunt ad apicem doctoratus assumi nisi prius in illa scientia sint instructi. ¶Ibi,assumi,de iure cōi,s'm Host.Et est ar. qđ scholaris semel reprobatus in examine,si iterū didicerit,possit iterū pręsentari,examinari,& approbari.& quod differtur non aufertur.

CAP. XXXVIIII.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione an possit eligi.*
2 *Excommunicatus minori an possit esse testis.*
3 *Excommunicatus minori an possit accusari de contemptu.*

ILla quotidiana. Excommunicatus minori excōicatione ꝓpter participationem,electionem canonicā cui interfuit non reddit inualidam. ¶ Casus. Quidam partici-
pauerunt

pauerunt cum excõmunicatis:tandem interfuerunt electioni:Papa dicit qđ hoc nõ officit, ad cautelã tñ supplet de plenitudine potestatis si qs ex hoc esset defectus. Dicit Berñ. qđ ista suppletio nõ est necessaria, sed abundans:& non facit ius, sed inuenit & ɔfirmat:& an illa clausula possit operari contra ius naturale? dic ꝙ non vt in c.pastoralis.de re iudi.in cle. Item per hãc clausulam non tollũtur rerum dominia nec obligationes.vt.C.de preci. ĩpe. offe.l.rescripta. Sed nũquid possit excommunicatus minori cedere ius eligendi.dicit Innocẽ.qđ sic:tamẽ vbi est necessaria collatio meriti ad meritum excõmunicatus minori reputaretur minoris meriti: quia non est in gratia ecclesię sicut libertus qui in modico offendit patronũ. Sed an excõmunicati maiori possint expelli? dic qđ sic si sunt publicè excõmunicati aliàs non:vt s̃.eo. cum inter.per Innoc.& tamen si sunt contẽpti, nunq̃ possunt agere de contemptu siue sint noti excommunicati, siue occulti:qa nõ possunt esse in iudicio, & ideo non oportet eos citare in facto electionis.¶†Quæro vtrum excõmunicatus minori possit eligi. rñ. non.qa est suspẽsus à sacramẽtis ecclesię,& sic aliquid põt facere alij qđ ab alijs recipere non potest Vnde excommunicatus minori est ineligibilis, scđm Ber. quod intelligo quo ad dignitatem vel canonicatum ecclesię cathedralis: sed in monachum potest eligi quia excõmunicatio nõ impedit ingressum monasterij.¶†Quæro nũquid excommunicatus minori possit esse testis in iudicio? Innocẽ.sentit hic ꝙ non.vnde licet possit eligere tñ nõ potest testificari. Nam testimonium est rei dubiæ faciens fidem, & est officium publicum: sed eligere ɔpetit ex iure proprio quod fortius inhæret.ar.ff.de fideic.libe.l.si filius §. erit rubriano. ff. de captiuis.l.si quis in bello. ¶†Sed nunquid excommunicatus minori possit accusari de contemptu clauium? dicit Innocen.quod sic & per sententiam remoueri à iure eligendi. quod dictum est valde notabile. Quæro si excommunicati maiori per vim ingrediũtur capitulum, & eligunt simul cum non excommunicatis? videtur quod non valeat: quia excommunicatio est morbus cõtagiosus. ¶Contrarium est verũ qa ẽt in minori excõmunicatione q̃ fit p participationem, requirit quidam dolus.i.cõtemptus clauiũ: sed qui cogitur nõ cõtenit.ff.de iu.om.iu.l.si quis id qđ.§. doli.& l. ij. ff.de falso tutore.&.l.imo.ff.de liberali causa.ɔsilium tñ est qđ fiat ɔtestatio.ff.de acq. hęre.l.qui in aliena.§.celsus.hoc tenet hic Inno. ¶ Quæro qđ si sunt tres iudices dati cũ clausula qđ duo sufficiãt:nũqđ si iudicãt vnà cũ tertio excõicato valeat sñia duorũ? rñ. sic,ꝑ virtutẽ clausulæ cui inhæsisse videntur:vt.ff.de arbi.l.sed si cõpromissum.ut res potiꝰ veleat q̃ pereat ita tenet hic Inn.& sic vtile ꝑ inutile nõ vitiat.nõ obst.ff.de arb.l.pedius.§.j.qa ibi totũ erat inutile,ꝑpter defectũ ɔpromissi cuius forma seruari nõ poterat.

CAP. XL.

1 *Electio an teneat si omnes sunt excommunicati.*
2 *Ius eligendi non probatur per instrumentum electionis:& est duplex.*
3 *Examinatus semel an debeat iterum examinari.*
4 *Actio an quæratur postulato.*

SCriptum est. Quando postulatio cũ electione concurrit, hæc decretalis distinguit aut numerus postulantiũ est duplo maior aut nõ. Primo casu si postulatus est idoneus, ɔfirmat.si aũt est indignus ignoranter,tũc cassatur postulatio ratione indignitatis, & electio rõne numeri paucitatis. ¶ Sed si postulantes postularũt scienter indignũ confirmabitur electio. & idẽ si postulantes nõ sunt duplo maior pars. Et diuidit in quatuor partes. primo ponit arenga decisa.scđa ibi.sane.narrat factũ electionis & postulationis.tertia ibi,verũ.ponit cã cõmissionis.quarta ibi, per apostolica.ponit ɔmissionis forma.¶Casus. vacante ecclesia Cõstantinopolitana cũ immineret electio facieda,nonnulli archidiaconũ postularũt videlicet nouem canonici septẽ ꝑpositi, & duo procuratores vice & nomine vniuersitatis conuentualium ecclesiarũ. Alij verò videlicet.xvi.canonici elegerunt plebanum sancti Pauli de Venetijs:demũ vtraq; pars coram Papa prosequebatur factum suum per procuratores constitutos hincinde.procurator autem electi confessus fuit in iudicio postulationem factã a duplo maiori parte:sed eam confessionẽ ilico tanq̃ erroneã reuocauit. Papa commisit causas istas & primò mandauit inquiri de meritis electi & postulati apud Venetias, vbi ambo nati, & diutius ɔuersati sunt:de alijs vero ĩquiri apud Cõstãtinopolim.vbi postulatio & electio fuerũt celebratę.& si partes ɔsenserunt q̃ notarius Papę diffiniat. ꝓcedebat hoc modo vt si constiterit de mutuo ɔuenisse consensu.i. capituli & habentium ius in electione, quod ad electionem patriarchę septem admitterentur prępositi,q non erãt de gremio ecclesiæ,& duo alij ex parte vniuersitatis plãtorũ cõuentualiũ ecclesiarum ꝙ inter omnes facerent duplo maiorẽ numerũ.q.xvj.electores plebani:dictus notarius vice Pape dẽret admittere postulationem nisi contra postulatum aliquid probaretur ꝙ impediret promotionem ipsius. Si autem non esset duplo maior pars, cõfirmaret electionẽ & hoc qñ vterq; dignus existit, Si aũt solus postulatus esset indignus, si quidem postulantes fuerunt per ignorantiam circũuenti, casset tam postulationem q̃ electionem.Si autem sciẽter,ɔfirmet electionẽ factã de persona idonea cũ propter priuationem postulãtiũ in electores ius reddat eli-
1 gendi.¶†Dicit Inn.ſm quosdã ꝙ etiam si omnes essent excõicati,non tñ per sententiã iudicis,ꝙ tenet electio.Inn.tñ qa in cõtẽptum canonicorũ factũ est, qui solus contemptus sufficit ad cassationem:vt no.s̃.eo.c.bonæ.per Inno. dẽt cassari. ego dico ꝙ si est notorium ipso iure,non valet.& accipio notorium largè ẽt p famã.ut no.ff.de testa.l.cum lege. Stricte autẽ dicitur notoriũ,qđ rei indubię indubiã facit fidẽ.ista postilla cadit super. c. proximo nõ hic.¶Ibi in Apocalipsi.iiij.c.& expone vt not.in ꝓemio Specu.¶Ibi plebanum.not.fieri electionẽ de alia ecclesia.¶Ibi,de numero.s.duplo maiori.¶Ibi per instrumentum tñ suspectum, vel qa noĩati in instrumento nõ probant ꝙ apud eos esset ius eligendi
2 cũ de iure cõi ꝑtineret ad eos.Io.an.Et sic no.ꝙ †per instrumẽtũ electionis nõ probatur ius eligendi.Nã ius eligẽdi est duplex.s.regulare & naturale & istud ɔpetit capitulo ipsius ecclesiæ. quoddã est nõ naturale ut qđ ɔpetit ex speciali ɔmissione & istud nõ ꝓhibet ut hic.¶Ibi,postea glo.dicit ĩcõtinẽti.tu dic qñq; ante sñiam qa cõfessio ꝓcuratoris nõ cõsonabat cũ iure cõi.¶Ibi altera.s.postulantium.Et no.ꝙ dictio altera inter duas partes ponit vt. C.de fur.l.ancillæ.¶Ibi,fundatã.i postulationẽ ꝓferendam.¶Ibi, apud Venetias qa quãtus qualisq; ɔuersationis quisq; sit, scitur ĩ loco vbi cõuersatus est:& testes illius loci melius ꝓhibẽt testimoniũ veritati.ut l.ij.C.vbi de ratiocinijs agi oportet.¶Et no.super diuersis articulis testes examinari in diuersis locis.Ibi,de mutuo.i. cõi. vñ Papa hic cõmisit examinationẽ & si quidẽ partes ɔsentirẽt ꝙ notarius Papę deciderct,ille diffiniret alias remitteret cãm instructã ad Papã.¶Ibi ex parte vniuersitatis.no. ꝙ vna pars põt cõmittere vices ipsius partis, non autem totius capituli etiã vno contradicente ſm Inn.¶Ibi,cõcedendo.no.ꝙ Papa qui annuit postulationi,dicitur concedere postulatum.¶Ibi,postulationem.s.factã de indigno.¶Ibi quã electionem.s. factam à tertia parte. ¶ Ibi, scienter indignum indignitate peccati, in quo perseuerat postulatus:secus si pateretur defectum puta natalium quia tunc non cassaretur postulatio:ut.s̃.c.innotuit.dicit Inn. sup verbo indignũ, indignitate peccati in quo ꝑseuerat, sed si pateret defectũ absq; suo defectu,sicut est illegitimè natus:vt.C. de naturalibus libe. l. lege Anastasij | iste non dicitur propriè indignus, sed pati defectum : nec priuarentur postulantes potestate eligendi nisi cassatã postulationem irritare vellent.Inno. simile habes in alia materia. C.de his quibus vt indignis.l.hæreditas.& per Cy. C. de hære. insti.l.si pater.¶No.in isto.c. quod cęteris paribus vel parum disparibus electio præualet postulationi.¶Quæro vtrum istud capitu-
3 lum cõtinet ius commune.respon.sic:quia tradit regulã.¶†Quęro vtrum semel examinatus debeat iterum examinari? respõ.sic,
a si transit ad longè altiora ſm Berñ.& ideo doctorati a in iure si assumantur in auditores sacri palatij, debent iterum examinari. & sic de facto seruatur.¶ Quæro,certum est ꝙ ius patronatus innitit gratiæ sicut ius postulandi:nũquid ergo q̃ denegat hãc gratiã: qa non admittit præsentatum vel postulatum, teneatur actione iniuriarum. dicit hic Innoc.ꝙ sic per.l.j.§ permittitur.ff. de aqua quoti.& æsti.quòd est no.dignum.¶ Sed an criminaliter extra ordinem? videtur quod sic,vt in.l.vlt.ff.de priuatis delictis. Adde dicit glo. quod priuatum crimen quando agitur ad vindictam publicam,habet instar publici iudicij.ff.de procur.l.licet.§.j.non tamen per omnia,ut not.in.l.pe.ff de condi.ob causam.Tu dic cessare crimina ẽm pœnam.ff.de relig.l. at si quis.§. generaliter.ff. de infami.l. qui autem. ¶Quæro nunquid vox prælati transeat ad ecclesiam dormitantem.i.vacantem? rñ.non facit. ff. de fideicõ.
4 libe.l.cum quasi.§.eleganter.¶†Quæro an aliqua actio detur postulato. Rñ nõ, sed de gratia cõcedit ei misericorditer superioris officiũ implorare: sed electus nõ implorat misericorditer sed de rigore iustitię facit.ff.de reli.l.si qs sepulchrũ.dicit Inno. ꝙ si vnus ꝓ pluribus admittat, tot hẽt voces quot dños.dt Ber. ꝙ si minor sciebat postulatũ indignũ nõ reꝓbat eorũ postulatio:secus si maior.dt Io.an.ꝙ electio nõ põt diuidi,videlicet ꝙ qdã ꝓcedant per cõpromissum alij ꝑ scrutiniũ:qa forma capituli,qa ꝑpter.non põt diuidi.

ADDITIO.

a ¶ Doctorati in iure si assumant in auditores sacri palatij debent iterum examinari. & sic de facto seruatur secundũ Bald. hic quẽ referũt & sequunt doc.in multis locis & ita ẽt nunc de facto seruat in personã rñdendi.do.Anto.pomi.doc.excellentissimi qui quis ꝓprio motu Iulij secundi pontificis fuerit creatus auditor ut ipse scripsit qđ motu ꝓprio fuerit creatus nihilominus in festo sancti Antonij q̃ erit dies mercurij ꝓxime examen suum facere debet & ita etiam.d Fel.refert se similiter fuisse examinatum quando fuit creatus auditor prout ipse alibi refert.

diuidi,sed vt omnes per scrutinium aut omnes per cōpromissum
& totum hoc incontinenti & vno contextu.& instrumentū qđ in-
de fit,non dicitur factum ex interuallo:vt not.in l.duos reos.§.fi.ff.
de duo.reis.in glo.idem in instrumento.

CAP. XLI.

1 *Eligere habentes prelatum si intra tres menses non eligunt, carent potestate eligendi ea vice & deuoluitur ad proximum superiorem.*
Et quot dies capiant isti tres menses.nu.3.
2 *Mensis quot dies habet.*
4 *Statutum de tribus mensibus intra quos eligentes eligere debent, aliàs carent potestate eligendi:an habeat locum si ecclesia regularis patiatur defectum alicuius prioris.puta claustralis:abbas tamen viuit.*
5 *Electio hospitalis,massarij,vel prioris hospitalis,qualiter fieri debeat.*
6 *Capitulum ecclesię regularis si non eligunt intra tres menses,deuoluitur potestas ad diœcesanum,qui se eligit, sed nō confirmat,an currat ei tempus.*
7 *Episcopus ad quem fit deuolutio,an teneatur requirere suum proprium capitulum.*
8 *Et si fuerit negligendo in eligendo deuoluitur ad suum archiepiscopum.*
9 *Tutorem debet mater petere filio impuberi intra annum:aliàs priuatur successione impuberis.*

NE pro defectu. Vide qđ no.j̃.eo.si cōpro
missarius.in glo. scilicet. li.
vj.an propter impedimentū vnius mensis restituātur
tres menses?videtur ꝙ sic.j̃.e.si electio ex eo. lib.vj. dic
qđ cū tp̄s sit vtile,solet vtile vtili cōiungi, & nō āpliari. nō ob. ꝯtrū
ibi nō est restitutio tp̄is sed noua vacatio.s.de facto, licet de iure sit
vna & eadem vacatio.vel ibi lex vltra ꝓcedit.& sic nō ob.ff. de mi-
no.l.fi. Aliud est enī tēpus instituere aliud restituere.vt in auth.ei q
appellat.C. de temp. appel. Tamen quo ad capitulū nostrū omne
tempus impedimenti subducitur de medio siue impedimentum
sit in princip.siue in medio, siue in fine.nec est necessaria in inte-
grum restitutio, vt euitetur circuitus, & ecclesię viduatę prouidea-
tur clericus,ne lupus rapax inuadat ouile saltem seminando discor
dias sicut scriptum est,iniquus homo.i.diabolus seminauit zizaniā.
& quia litera non distinguit de impedimento principij medij vel
finis, & sic præscriptio ista est dierum vtilium.i.habilium per to-
tum contextum seu tenorē præscriptionis trimestris, & dies vtiles
coniunguntur & tempora impedimenti occultantur:ut l.ij.§.dies.
ff.quis ordo in bonorum possessione seruetur. Cū igitur text.nō di-
stinguat,nec nos distinguere debemus.ff.de publicia.l de precio.ff.
de testa.milita.l.in fraudem.l fi.ff.de bonis autho.iudi.possi.l.in vē
ditione. §.de tēpore.ex his surgit talis conclusio,ꝙ tempus qđ da
1 tur electoribus est vtile.i.dierum efficaciū secundū Inno. ¶ †Si illi
ad quos spectat eligere prelatum cathedralis, vel regularis eccle-
sie.j̃.tres menses iusto impedimento cessante non eligunt,eligendi
potestate carent ea vice,& ad primum superiorē deuoluit.in prima
2 proemiū.in scđa statutū.scđa ibi,statuimus.¶ †Quot dies habebat
mensis?dic ꝙ tot quot currunt in Kalendario.& id qđ deest mensi,
supplet ex sequēti:vt plenè no.j̃.e.quā sit.super verbo,mēsem li.vj.
Sed in ꝯtibus & statutis municipalibus videtur ꝙ sit duodecima
pars trecētorū.lxv.dierū & sex horarū.tene gloss.s̃m artificialē di-
uisionem.sic,dies aľr sonat in ęstate,aliter in hyeme:quia sol hoc fa
cit,& rerum naturam sequi oportet.dicit magister hystorię schola-
sticę in Exodo, qđ in exponendo scripturas. xxx. dies pro mense
ponimus.tex.no.de reg.iur.l.vbi lex. sed ibi vnus dies addit de gra-
tia C.de tempo.app l.j.¶ Ibi, lupus.i.diabolus hæreticus tyrannus,
prędo.& no.quod vbi non est pastor,lupus triumphat.¶ Ibi, cathe
dralis,id est episcopalis.Innocen. ¶ Ibi, regulari supple collegiata
quacunque in qua sint clerici vel conuersi viuentes communiter
sine proprio.¶ Idem si ei prouideretur per superiorem s̃m Inn.&
Cōpostel.¶ Ibi,cessante.tunc enim si impedimentum adesset, non
curreret tempus:qa non leditur ex tēporis cursu qui negligens nō
fuit:vt j̃.de elec.c.fi.& not.in authē.de ap.col. viij. Et hoc verū nisi
esset modicū impedimentū qđ esset in suo arbitrio remouere.ff.ex
qui.cau.ma.l.sed & si per p̄torē.§ ij.¶ Aliquando tamen iuste impe
dito currit pręscriptio,sed indulgetur restitutio.ff.de ser. ru. præd.
l.& attilicinus.qđ dic ut not.Cyn. C. de p̄ci.impera. offe.l.quoties.
¶ Et adde qđ si tempus est vtile,vel quasi , aut est in totum vtile &
non currit præscriptio inchoanda vel inchoata:aut est vtile quo ad
principium postea continuum,& tunc aut est impedimentū à prin
cipio,& nō currit:aut superuenit præscriptione currente:& tūc nō
interrumpit:qa non numeratur inter modos præscriptionis inter-
rūpendę naturaliter vel ciuiliter nec etiam dormire facit quin in-
terim sua natura currat. Sed si quidē est impedimentum iuris vel
iudicij,& currit,sed datur restitutio.ff.de offi.p̄si.l.senatusconsulto
tamē posterior mora dietim eā cōsumit & corrodit vt.ff.de mino.
l.fina:aut est impedimentū facti & tūc aut cursus debet oriri ex ne
gligentia & non aliter:& impedito datur restitutio:quandoque ta-
mē currit facto naturę & nihilominus datur restitutio vt d.l. & at-
tilicinus. ¶ Cōsidera , ibi loquitur in eo qui est impeditus in quo-
dam ire & agere,non in actione proponēda.Nam ista sunt valde di
uersa.Et quandoq; quis seruatur i lęsus ipso iure.ff.de publi. cæsar.
C.qui pet.tutor.l.cū à matribus & C.de appel.l.p̄ses.& in auth. ei.q
appellat.C.de tempor.appel. ¶ Et qnq; ꝯ fortuitos casus nō est da-
re remediū vt C.si cer.pet.l.incēdiū.Sanè diuersę materię ꝓ autho
ritate potētiū legē cōdere,vel interpretatione prudentū, vel ratio-
ne diuersitatis,vel emergentia casuum diuersorū non possunt cō-
petēter vni regulę subijci.ar.ff.de vsur.l.mora.& ff.ex qui.cau. ma.
l.j.in fi.& ff.de legi.l.nō possunt & ideo ex legū memoria tuā sciētiā
3 funda.¶ † Quæro quot dies capiant isti tres menses? & vr̃ qđ.xcj.&
dimidium.nam.lxj.dies faciunt duos menses vt ff.de regul.iur.l.vbi
lex.ergo. xxx. dies & dimidius faciunt alium mensem per locum
à proportione numeri.Contrarium dico,ꝙ immo inspiciuntur mē
ses s̃m cursum Kalendarij:& si aliqua dies cucurrerit ex primo mē-
se,supplebit ex sequentibus s̃m Io. and. quia ista denumeratio est
certa & non fallit,nec fallitur.¶ Porro illa opinio est ęqua q̃ vtriq;
4 parti est vtilis. vt ff. de solutioni. l. cum stichus. ¶ † Quæro , vtrum
istud statutum de tribus mensibus habeat locum si ecclesia regula-
ris patiatur defectum alicuius prioris puta claustralis, abbas tamen
qui propriè dicitur prelatus viuit? respon. non : quia talis ecclesia
non dicitur viduata. Nam sponsus eius viuit sicut mulier non dici-
tur viduata mortui. ¶ Item viuente marito licet filij sint , non po-
test dici iste sponsus,cum ecclesia habeat alium sponsus scilicet ab-
5 batem.l.j.in fin.ff.de his qui not.infa. hoc tenet Inno. ¶ † Qualiter
fiat electio hospitalis massarij,vel prioris hospitalis.not.j̃.eo.c.ex
eo.quod.in pe.glo.li.vj.¶ De massario communis habes.ff.de vsu.
l.Caius.& in auth de defensoribus ciuitatū.§. pręcepta vero.quòd
ciues possunt reducere ius eligendi ad paucos,notatur in authenti-
co de defenso. ciui.§.interim.vbi omnino vide propter impossibi-
litatem congregandi multos deuenitur ad paucos. ¶ † Quæro etiā
6 ꝙ capitulū ecclesie regularis nō eligit abbatem.j̃.tres menses,& sic
deuoluta est electio ad diœcesanū & diœcesanus eligit, sed nō cō-
firmauit,vtrū currat tempus diœcesano?quidam dicunt aut diœce
sanus viuit,& non requiritur alia cōfirmatio:aut eligit &,tūc sic.po-
test ergo eligere vnum quem vult,& si assumit viam eligendi, ꝯfir-
matio debet sequi:si ꝓuidēdi hoc verbo cōfertur plena prælatura.
adde quod no.j̃.eo.c.pe lib. vj. Et hic per Ioā an. ¶ † Sed nunquid
7 ep̄s ad quem est facta deuolutio , tenetur requirere suum propriū
capitulū?r̄ndeo nō:qa ad capitulū nulla fit deuolutio. Nam de ep̄o
loquitur lex,nō de capitulo.ar.ff.sol.ma.l.si vero.§.de viro in ratio
ne sui & C.de codi.l.illam qa id qđ nō exprimitur,ꝓ cauto non ha-
betur.j̃.e.c.quamq̃.lib.vj.& ibi plenissimè.vide de materia deuolu
tiōis.ar.ꝯ.C.de indicta vidui.l.fi.sed loquitur in ꝑsonis correlatiuis
q̃ ꝓmiscuo sensu iungunt & si ep̄s morit nō deuoluit ad capl̄m eiꝰ
qa istud ius nō cōpetit ep̄o nāliter sed accidētaliter,& pręter, natu
ram.& in talibus capitulū ecclesię vacantis nō supplet vices ep̄i. ut
8 j̃.c.j.ne sede va.li.vj.¶ † Sed qđ si ep̄s fuit negligēs,nūquid deuoluit
ad archiep̄m suū?r̄ndeo sic. & ita successiuè donec veniat ad apo-
stolicū: q nō habet posteriorē q possit supplere vices eius.sic aqua
currit donec inuenit stagnum in quo residet.ff.de acqui. re.domi.l.
9 lacus & stagnum.¶ † Extra scias qđ aliquādo pęnę sunt ambulato
rię gradatim,aliquando non ponunt doct.exemplum si mater non
petit filio impuberi testamentario & legitimo tutore carenti,tuto-
rem infra annum,priuatur successiōe impuberis.pone ergo quod
auia.j̃.sequētē annū nō petierit , neq; tutelę renūtiauit : ita ꝙ aperi-
ret tutelā legitimo tutori nunqd priuabit auia ? quidā dicunt ꝙ sic.
Alij dicūt ꝙ nō.nō est materia hic. dixi. C.de impub. & alijs sub.l.
precibus.in lectura mea. ¶ Quid etiam si priuatur nō cursu tempo
ris,sed ex quasi maleficio qa cum esset tutrix,trāsiuit ad scđa vota,
siue ad carnalem copulam ex arrupto tutela habita pro delicta non
petito tutore.vt in auth.de nup.§.si aūt tutelam.& no.insti.de cura.
§.interdum.& auia inuenitur in simili defectu , vel in negligentia
a annali.Similiter sunt opiniones a :tamen Barto.tenet auiam simili
ter priuari,& locum esse exclusorio edicto quemadmodū si mater
esset mortua a principio,& viueret auia: sed si viuit auus paternus
& auia siue materna siue paterna, videtur mulier excusari.arg. in l.
credendum.ff.qui petant tuto.sed ut dixi de hoc alibi fiet sermo.&
non mireris si vna materia deriuatur ab altera , quia hoc non po-
test esse nisi vtile.

ADDITIO.

a ¶ Vide Fran.curt.consilio.xlvj.inci.super controuersia.

CAP. XLII.

1 *Scrutinij forma est difficilis.*
2 *Vtilis forma per inutilem non vitiatur.*
3 *Electio non valet si dicatur,eligo tamen si est dignus.*
4 *Coditio nō debet adijci,si statutū dicit, ꝙ respōderi dēat clarè positionibus.*

5 *Procurator si eligit indignum,an noceat domino.*
6 *Electio si debet fieri cum consilio alicuius:illo mortuo non est expectandum consilium.*
7 *Consensus canonicorum non habiti in communi an valeant.*
8 *Consensus pertinet ad capitulum.*
9 *Legis quatuor sunt virtutes.*
10 *Publicatio est duplex.*
11 *Consensus debet esse simplex.*
12 *Substantia & forma electionis qualiter differant.*
13 *Forma naturalis quid sit.*
14 *Validum non sequitur per actus inualidos.*
15 *Cardinales sunt de clero, & in clero romano.*
16 *Paradisus est naturalis patria nostra sicut Deus est pater noster.*
17 *Dictio quia, est redditio causę.*
18 *Dictio propter quandoque significat causam propinquam,quandoque remotam*
19 *Opiniones captiosę non sunt sequendę.*
20 *Electio an locum habeat si non sint in collegio nisi tres, vnus, vel duo.*
21 *Dictio mox,secundum subiectam materiam recipit diuersa significata pro ut materię congruit.*
22 *Ius eligendi non ordinatur naturaliter ad compromissum.*
23 *Compromissum an valeat, si compromittitur in vnum.*
24 *Presumitur vnusquisque idoneus compromissarius.*
25 *Procuratoris vsus est necessarius non voluntarius.*
26 *Collegium quomodo potest consentire.*
27 *Procurator debet esse talis in quem possit cadere exercitium iuris & facti.*
28 *Scrutator vnus si recedat an alij poterunt scrutari.*
29 *Testimonium testis qui deponit in publico,an sit validum.*
30 *Separatio destruit humanum opus.*
31 *Expectari debet qui non potest comparere.*
32 *Consilium quod debet habere extra collegium an sit de substantia.*

QVia propter. Pro intellectu huius decretalis
vide quod no.j.eod.sicut cum
li.vj.in glo.No.qd̃ si oēs de capitulo sunt mortui,alij de
bēt substitui, & seruari forma istius.c. secus si collegiū
destructum authoritate superioris.j.eo.c.statutū felicis.in pe.glo.
¶ Ibi etiā no.ꝙ numerus nō facit collegiū nisi debeat habere præ
latum.¶ Scrutari aūt seipsum nemo pōt, nisi in libro ꝯsciētiæ q̃tū
1 th ad ꝓpositū spectat ista scrutatio non est authētica.¶† Et nota
qd̃ difficile est formā seruare ꝑ viā scrutinij. Et ideo media forma
siue mixta est inuēta.j.eo.c.cū expediat.li.vj.& ibi not.in gl. est er
go cardinales qa vice dei eligūt ad aliquā formā non astringunt.ut
2 j.eo.sicut.in glo.no.ista.li.vj.¶† Dicit tex.via quā elegerit ,hic sibi
a pateat [a].ff. qd̃ met.cā.l.si mulier.tn̄ vtilis forma per inutilem non
vitiatur vt.l.iij.ff.de test.mili.Dūtamen quis non sit contrarius sibi
ipsi saltim in conclusionibus ut l.j. C. de furtis.l.fi.C.de codicillis.
¶ Qui eligit vnū incōpatibile alteri renūciare tenetur, & tacitè videtur,etiam si protestetur contrariū , vt.j.eod. c.vt qui duas.lib.vj.
¶ Et libellus per electionem declaratus procedit ac si à principio
fuisset specificatus.¶ Ibi in glo. proponendo ergo. Et sic appellatio alternatiuę declaratur postea ,& valet.licet Io.an. videatur dicere cōtrariū.Debet omnis electio esse clara & certa,ita vt non supersit quæstio voluntatis,vel alia probatio requiratur voluntatis
3 sic.j.e.c.procu.li.vj.¶† Vnde nō valet si dicatur,eligo si est dignus.
quia si valeret,per hāc cautelam posset euitari pęna eligentium in
dignum :& licet tacitè hęc conditio videatur inesse,tn̄ nō inest per
oīa qa nō quo ad pęnā,sed solū quo ad electionis efficaciā.ut.j.eo.
4 c.fi.li.vj.† Vnde ex hoc no.ꝙ si statutum dicit,ꝙ debeat clarè inde
ri positionibus non potest adijci conditio etiam quæ tacitè subintelligit ex cōiecturis.Item duplex est electio.s.secreta in scrutinio,
& hanc facit quilibet per se:& in secretario etiam cōmunis,& hanc
facit vnus vice omniū in capitulo : si tamen plures faciunt quilibet
vice omniū,non vitiat.arg.ff.de aur. & arg. leg.l. pediculis.§.labeo.
Si electio cassatur integrū tēpus de nouo dat.j.eod.si electio ex eo.
lib.vj.ar.ff.de ver.ob.l & ideo hęsitat.An sit differentia inter oēs in
plurali nnmero & omnis in singulari. Bart.dicit ꝙ sic:quia in plurali ponitur collectiuè , in singulari distributiue : vt ff.de iure fisci.l.
moschis.ꝑ Bart.dic vt.l.si pluribus.ff.de leg.ij.Et pluribus obiectis
electo sufficit alterū ꝓbare qd̃ per se suffecisset opponere. ff. de appel.l.scio.nisi se astrinxisset offerēdo se paratū omnia probare. j.c.
5 c.is qui cōtra.in vltima gl.vbi omnino vide.¶† Compromissarius
ęquiparat generali ꝓcuratori cuius negligentia nocet dn̄o in tpis
cursu:qa in hoc dn̄s cōcurrit cū ꝓcuratore.de ver.obli.l.cū filius.§.
6 in hac sed † prauitas puta si eligit indignū,nō nocet domino:qa factū cohęret ꝑsonę delinquētis.sed nō factū est in rē. j.e.si compromissari⁹ li vj.& est subtilis rō.Si ꝓcurator respōdit credit vł nō credit,cū iurauerit in animā dn̄i.intelligit credit vel nō credit s. domi
nus.j.eo.c.ꝓcurator.lib.vj.¶ In glo.bene dicit & no. Adde ꝙ confirmatio malè petita potest bene peti:secus si in electione sit vitiū
declaratū.j.eo.c.si cōfirmationē.lib.vj. ¶ Si duę procurationes de
iure incompatibiles vel de facto ꝯtrarie apparet sub vna die , neutra valet:vt no.j.eo.c.si qs iusto.in gloss.per ordinem. ¶ Quid operetur reseruatio Papæ,quid prohibitio,quid decretū.j.eo.si eo tpe.
7 in glo.puta.vbi oīno vide.¶† Si electio debet fieri cū cōsilio alicuius,illo mortuo nō est expectandū consiliū:sed si de ꝯsensu nō pōt
fieri electio.vt no.in c.vnico.ne sede vacan.in glo.quid si.lib.vj. ar.
ff.de arbi.l.pedius.§.in seruū.vbi est collegiū,electio ꝑtinet ad collegiū:vbi nō est collegiū,electio ꝑtinet ad patronū:vbi non est patronus eps̄ habet ꝯferre.vt no.j.e.c sciāt.cuncti.lib.vj.tn̄ ēt inferiores
pręlati habent cōferre beneficia ad suā collationē spectātia:vt not.
in c.si eps̄.de supplen. neg. pręla lib. vj.Solet dubitari nunquid valeāt cōsensus canonicorū nō habiti in cōmuni?dic ꝙ nō: in electionib⁹ in qbus qd̃ nullū est ab initio nō recipit suffragiū ex post facto
secus in alienationibus si p̄cessit tractatus in cōi.vt no.in c. dudum.
8 in glo.si igitur.de rebus ec.nō alie.lib.vj.¶† Et no.ꝙ ad capitulum
pertinet ꝯsensus qui pōt cōualescere:ut l.receptū.ff.cōmunia prædio.authoritas eīn & decretū nō pertinent ad īferiores.i.ad canonicos,sed ad superiorē:& dēt interponi ab initio & nō dudn̄ post: qa
ita volunt iura vt ibi no.Nā pretorē cōtemnit qui eius authoritatē
vel decretū debito tpe nō requirit:& iurisdictio semp dēt ꝑuenire
nō ꝑueniri:qa esset ꝑposteratio vt no.in l.instar.C.de iure fisci.li.x.
a qui dẽt probationes[a] cedere cõtra se: ergo & respondere. vt in cle. j. de vsur. Super ciuili etiã incidit criminalis, quæ potest examinari seorsum à substantia criminis est respondẽdũ. C. ad l. Fabiã de plagiarijs. l. præses. ¶ Item in causis ecclesiasticis est respondendum. vt hic. ¶ Itẽ si non fiat positio de delicto, sed de processibus, vel infamia est respondẽdũ: licet iudicium & præiudiciũ sit criminale, secundũ Inno. debet & ipse ponẽs prius interrogari an sciat vel credat quòd sua positio sit vera. vt no. C. de confes. l. j. in fi. gl. in facto proprio debet respõdere per scio. i. per veritatis verbũ. l. marce. lus. rerum amotarũ. l. res ff. de crimi. expil. hære. in alienis per credo vel nõ credo. de resti. spo. c. cũ ad sedem. & quod vbi negatur verbũ negatur aduerbiũ, sed nõ econuerso. ¶ Sanè quędam sunt positiones iuris. i. constitutionis, quibus ipsa lex respondet, istis nõ est respondẽdũ: qa nõ releuant nec grauant. l. ornamẽtorũ. & l. Titiæ. de aur. & arg. le. nisi esset lex consuetudinaria: qa cõsuetudo est facti in ꝓbãdo, iuris in disponẽdo: & dẽt respõderi: qa debet probari: & est facti qa potest probari vtraq; pars. i. pro & contra. Ex cõflictu probationum quęstio facti oritur ff. de aur. & arg. le. l. vxori legauit. ff. ex quib. cau. ma. l. deniq;. ff. de sta. ho. idem erit. ¶ Est autem positio, oratio siue propositio aliquid esse vel non esse enuncians & est regula, quòd nisi ponenti patrocinetur non est respondendum. C. de non nu pec. l. in contractibus. §. illo. & ideo actor debet super contentis in libello vel coadiuuantibus vel dependentibus facere positiones non super impertinentibus, vt quòd rex est in Francia. vt. ff. de excep doli. l. ij. §. circa. & in c. j. & ij. de confes. li. vj. & l. ij. §.

7 quod obseruari. C. de iura. calum. & ibi plene dixi. ¶ † Interrogationes debent fieri sicut litis necessitas & processus causarum desiderat. vt. ff. de noxa. l. quoties. §. prętor. C. de ap. l. ampliorem § j. infra de fi. instr. c. cum Io. Heremita Quando iudicium non potest aliter fundari tunc ne frustra procedatur, etiam de dolo quis interrogandus. est ¶ Sed nũquid de conscientia an quis interrogandus est non in foro contentioso. vt in aut. de consue. recti. feudi, §. fi. col. x. & tamen conscientia coadiuuat libellum vniuersalem, quia recipit incrementum. argum. C. de ap. l. ampliorem. in fi & de re iudi. c. ab bate sane. lib. vj. quia libellus generalis non est coartandus à specie loci vel temporis: licet secus in libello speciali. tamen illud. c. alleg. non obtinet de iure ciuili per. l. non potest videri. ff. de iudi. sed in foro canonico obtinet, licet sit quædam suppletio iudicis si viuã rationem ponderas quę appellatur vrgens disputatio. & alibi appellatur puncta rationis sicut puncta ensis ferientis. Porro omnes interrogationes desiderant aut statutum expressum in illo casu aut ęquitatem naturalem, quæ habetur pro lege: aut ęquitatem iudicialem. Nulla enim interrogatio debet fieri si non patrocinatur; quia iudicia considerant interesse, vel id quod pro interesse habetur. vt ff de serui. l. quoties. & l. j. ff. de ap. reci. Item non debent subtiles interrogationes fieri rusticis & imperitis testibus: quia cum nõ possunt testes per aliũ respondere cũ in testificando nõ admittatur procurator, & si interrogatus fuerit, & dicat nescio, non est periurus. verbi gratia, interrogatus super stipulatione, dixit se non inter fuisse: quia ex quo non intellexit verbum stipulationis, non intelligere tenebatur non interfuit: & si dixit se intellexisse, quòd non sit verisimile, debet subtiliter interrogari à iudice, quæ verba interuenerunt & an fuerit instructus. similiter si dicat mulierem renũciasse velleiano: quia quicquid est hoc rustici nesciunt, neq; mulieres. vt ff. de ver. obl. l. sciendum. Pone fit positio quod Titius natus est ex concubina. Item quòd cum ea postea fuit contractum matrimonium: tamen non probat quod interuenerit dos. Nunquid hoc sibi sufficit? dic quod sic quantum ad dignitates ecclesiasticas Item quantum ad temporalia in terris ecclesię: quia dos est solennitas extrinseca. & matrimonium non eget aliqua solennitate extrinseca: vt ipse eleganter not xxvj. q. viij. c. j. Adde quod omnes nati ex nostro corpore dicũtur naturales largo modo: licet sint spurij. vt notat Archi. xxxij. q. ij. liberi. quod est not. ad legitimationes quæ fiunt per comites palatinos, in quibus exprimitur naturalitas & non eius qualitas: quia à quo remouetur quiditas, id est substantia, remouetur qualitas & omne accidens. vt l. ii. ff. de vsufruc. ¶ Ibi, non inuenimus no. quòd vbi petitur electio cassari, debet lis contestari. ¶ Item not. quòd idem est si excipiatur, quod etiam libello per electum non oblato fieri potest: quia est exceptio anomala & quasi popularis: quia ius ecclesię tuetur secundũ Inno. nõ præsumitur litem esse contest. nisi appareat ex actis ¶ Ibi per petitionem. & qa qui ponit, nihil petit, sed factũ narrat. ideo ꝑ respõsionem ad non petitionem nõ fit litis contes. ¶ Ibi, eundem ꝓcessum, scilicet totum. & ideo iterato offertur hic libellus.

8 † Nunquid ille qui negauit positionẽ possit pęnitentia ductus eã cõfiteri? videtur φ sic, vt excusetur à pęna periurij si res est integra argu. ff. de in ius vo. l. quis. ff. de iureiur. l. eum qui. & quod no. insti. de ac. §. item mixta est actio contra eos. Sed quantum ad consecutionem alicuius præmij: puta si ex forma statuti rem tritur confitenti aliqd, vel pęna maleficij nõ prodest ei, qui iam negauit, posterior ꝯfessio: qa de facili à beneficio remouetur. & postq̃ est ipso facto extictũ nõ reuiuiscit. vt no. ff. de fideius. l. si dubitetur. §. j. & arg. instit. de noxa. §. si seruus. & est ratio differentię: qa facilius quis cõsequitur veniã quã præmiũ: qa venia pęnitenti, pręmium soli merenti datur. & mẽtiri quandoq; est species furti. vt. ff ad l. fal. hæreditatum. §. fi. Item si statutum dic t, si cõfiteatur, habeat pręmium, & semel deficit cõditio, nõ potest mora purgari. vt no. Cy. C. de transac. l. si maior. ff.

9 de fidei. li. l. Thais. §. intra. ¶ † Pone, reus dicit, nego narrata prout narrantur esse vera, an sit lis conte videtur φ non: qa non est respõsum ad petita, sed ad narrata. tu dic videri responsum super toto. & ita not. in l. j. ff. quarum rerum ac non datur. & no. per Cy. C. de lit. conte. l. j i iiij. q. & ibi per te videas & j. de resti. spo. cum ad sedem. Tamen aduocati dicunt, φ debet responderi, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur esse vera, & fieri debere. & sic ꝓ

10 cul dubio fit lit. contesta. ¶ † Et not. φ lit. contes. fit per responsionem relatiuam. i. relatam ad libellum cõuentionalem oblatum iudici, & parti, vel iudici tantum, vel parti tãtum apud actã, nõ tamẽ requiritur φ in oblatiõe libelli iudex sedat pro tribunali, nec dies sit iuridica siue solennis. vt ff. de adulte. l. miles. §. sexaginta. sed in processu super libello bene requiritur φ dies si iuridica: ergo & super litis conte. qa litis cõte. nõ solum est de processu, sed est fundamentum processus. vt in aut. de litigio § omnem. tunc enim iudex incipit cognoscere de causa principali saluo quod in extraordinarijs processibus contradictio etiã sine interrogatione habetur pro conte. lit. s. vt hic per Inno. in glo. sua. ¶ Ex his ergo apparet quòd non oblato libello, vel oblato, sed non prosecuto per respõsiones emergentes non fit lit. contest. Nimirũ qa si fieret, non valeret. vt in auth. offerat. C. de lit. contest. & hoc verũ in ꝯtradictorio iudicio: sed si quis cõfitendo iri cedit, vel offert in iudicio, aut interrest rei, qđ ꝓcedat ad diffinitiuã: & tunc fit litis contes. vt ff. de neg gest. l at qui natura. §. cũ me absente. aut non interest, & tũc fit præceptũ in confessum si reus nõ offert debitum. vt ff. de re iudi. l debitoribus. ff. de iudic. l. si debitori. Hoc præceptũ potest fieri per iudicẽ ordinariũ, sed per iudicem delegatũ nõ: cum non sit sibi radicata iurisdictio causę vt ff. de procu. l. si reus paratus nec etiam si offerretur debitum posset iudex delegatus ante lit. contes. absoluere reum ab obseruatione iudicij: quia illa absolutio impediret ordinariũ processum. vt instit. de perpe. & tempo. exceptio. § fi. Tamẽ ego intelligo illam. l. si reus paratus. in delegato ab inferiore non a principe: qa delegatus principis est maior quolibet alio ordinario. vt ff. de mino. l. minor aũt magistratus. & ar. clemen. auditor. de rescriptus

11 ¶ † Ex his apparet quòd ad hoc quòd fiat litis contest. per confessionem, requiritur animus procedẽdi super libello: ergo qui habet animum declinandi processum confitendo non ꝯtestat̃ litem. & glo. in d. l. si debitori dicit quòd confitenti dantur dies x. ad soluẽdũ, quòd est verũ si quantitas est parua: sed si magna, datur maius spaciũ dummodo nõ excedat tẽpus quadrimestre. quod dic, vt in l. 2. ff. de re iudi. ¶ Vnũ etiam dico quod ista pręcepta possunt fieri tempore

tēpore cōtractus per iudicem ad quem pertinet tunc cognitio;qa fit de plano:per tabellionem autē non potest fieri de iure cōmuni sed per statuta ciuitatum si debitū est purum,vel ad diem certā potest fieri præceptū,quod tusci appellant præceptū guaretigie.i. firmitatis vel obseruātię:qa statutum municipale tabellioni dat hāc iurisdictionem,cum statuta plerunq; requirunt quod sit de matriculatis illius loci:qa cum tabellio debeat cognoscere contrahētes,& expediat ipsum esse iu arte probatū,merito conueniens est ipsū esse matriculatū:alias nō est relatus in numero tabellionū ordinariorum:sed extrauagantiū quibus datur minor fides.& hoc totum suadet vtilitas publica.& ad hoc bene facit quod not.C.de offi.magi.mili.l.j.& l.eos hęc præcepta non infamāt:qa non sunt sententię. ff.de infa.l.quid ergo.§.quantū.licet paratissimam habeant executionem.de prædictis autē præceptis siue mandatis quæ fiūt imme diatè in ipso contractu.no.Cy. C.de cōfes.l.j.&fami.hercil.certū. Perusij autē vocantur instrumenta confessionata.tamen quia per talē confessionē non fit litis contest.qa non fit cōfessio animo litē contestandi vel quasi.& quia acta nō patiuntur cū nihil fit in iudicio actitatum,merito non perpetuatur actio.f.in annos.xl.sed simplici cursu decurrit sine additamento vlteriori.¶Ibi,quia personatus.no.pro allegantibus qui faciunt primo vnam allegationem,& postea subiungūt aliam dicēdo si nō obstat prima,obstabit ista

12 secunda.¶ † Itē no.φ personatus est quędam excellentia in ecclesia cū administrationis annexę gradu.& dicit magister sententiarū

13 quod persona idē est quod per se sonans in si capitulo.¶ † No quod quādo aliquis cędit liti debet notificari iudici:& si iudex admittit cessionē,nō est necessaria alia sententia:qa lis est sopita.C.de pac.l. postq̄ liti.ff.de adul.l.si maritus.§.si negauit. ff. ad tertullianum. l. j.§.accusationem.¶Ibi,in iure.scilicet in loco causarū,non in campis vel plateis.ff.de iusti.& iur.l.pę ¶Ibi pronunciandum. no.formā pronunciandi super nullitate.¶Ibi,respondentem.argu.quod per contrarias petitiones nō fiat litis conte.sed seorsum offeratur. sed si in cōtinuato tenore actor petat reū condemnari & re9 petat se absolui,fit lit.contest.ff.de in ius vo.l.libertus.in gloss.¶Ibi,veritate.dicit glo.φ istud est ius nouum sed ratio est antiqua.& sume argu.quòd licet statutum fundetur in ratione veteri,tamen non trahitur ad diem rationis:quia ratio erat magistralis,& nondum habebat formam statuti,& ratio est,quia statutum de nouo editur: non autem iam editum situatur in volumine statutorum .sed & tunc non ligaret retro quantum ad pęnam quia noua est ¶Ibi ; & si confiteretur.f.purè:quia de præterito sed non simpliciter,quia annectebat duas excusationes.f. ignorantiæ & dispensationis.& tertiam.f.tenuitatem beneficiorum.sed Papa acceptat confessionē & nō acceptat qualitatē cōfessionis:qa quoties cōfessus ɔtra se prætēdit aliquid quod nō potest naturaliter inesse,habet illud probare necesse.verbigratia,si quis dicat occidi:sed nō animo occidendi,nā debet probare id per quod animus remoueatur ab actu: puta quod fecerit ex defensiōis necessitate,vel necessitatis probabilis suspicione:nec refert vtrū dicat,feci.sed nō feci animo occidendi. nā ista ars verborū nō patrocinatur ad excusationē maleficiorū.& ca

14 sus est hic not.& plene dixi in l.j.C.de confe.¶ † Ibi,non credebat. not.nō credi ei qui dicit non credebā cū debeat credere.vt.ff.si cer.

15 pe.l.φ te.¶ † Ibi in iure sed nūquid omnis qui cōfitetur corā iudice cōfitetur in iure?& videtur quòd sic qa iudex est publica ꝑsona ergo potest acquirere absenti.¶In contrariū,qa iudex est publica persona,& nō facit vt alienus minister.& ideo eis non quęrit.si eni vult absenti acquirere,oportet quòd nomine absentis interroget,& recipiat cōfessionē.ff.de interro.ac.l.si.& ibi per Cy.in addi.ad simplicē tamē informationē & instructionem iudicis quæ ī motu eius consistit,bene patrocinatur talis respōsio:qa talis informatio ē facti:& vndecunq; potest capi;& factę informationes pro infectis haberi nō possunt:quāq̄ non transeant in verā efficaciā probationis. vt l.qui vltimo.ff.de pęnis. ¶Ibi,de ɔsuetudine.no.quod ɔsuetudo dat curā animarū.Itē assignat iurisdictionē,parochiā,& populum. ¶Itē no.hic φ cura probatur per exercitiū eorū actuum qui proprie spectant ad cura animarū,& sic per actus probatur habitus & per exercitiū iurisdictio.¶Itē no.hic plura quæ pertinēt ad curam animarū.¶Ibi,quādo personatus.no.φ nō sufficit excusare se ab vno capite si ab alio capite se nō excusat:qa vnū inconueniēs totū

16 actu vitiat.ff.de transa.cū hi.§.si prætor.¶ † Not.φ per effectū cognoscitur causa:sic per perceptionē fructuū,& per ambulare & residere in loco,& per claues cognoscitur possessio.ff.de ɔtrah.emp l. clauibus.Vnde ab effectu est locus demōstratiuus,& sufficit ad intelligētiā rei intelligere effectū,licet quis nesciat diffinire quid pertineat ad solū sapientē & intelligentē medul ā & apices rationis.vt no.ff.de ver.obl.l.stipulatio ista.§.hi quoq;.¶Item not.hic,φ friuola conscientia non excusat peccatū:qa fatuitas nemini patrocinatur.vt ff.quod vi aut clam.l.Seruius de argu,ab effectu. not. ff. de regu.iur.l.nullus videtur.¶De possessione an inferat circa domi-

17 nium.not.de ver.sig.l.recte dicimus.¶ † Ibi,suppresserit veritatē. no.φ indulgentia subreptitia non valet,& nō est efficax.ar.φ legitimatio imperatoris facta tanq̄ cū bastardo nō valeat,si re vera erat spurius,vel incestuosus:qa est suppressa vera qualitas,φ verū puto,si est legitimatus ad ɔcursum successionis cōsilio legitimo & naturali:qa ista legitimatio est quędā indulgentia que per verę qualita-

18 tis suppressionem redditur nulla. text.est hic no.¶ † Ibi,suppressit. etiam no.φ quis nō potest habere diuersas ecclesias simul nisi vna penderet ex altera:tūc enim posset:qa vnū & idē videtur quod diui di nō potest vt ff.de lega.ij.l.si ex duobus.& C.de iur.deli.l.quidam eulogio.& in c.j.in filius an agnatus.colla x.¶Ibi,intentionis nostrę. not.quod quādo Papa ɔcedit possidere,intelligitur de eo quod potest iustè possideri:qa indulgētia nō tribuit ius de nouo. facit quod no.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.l.j.¶In glo.qa cū not. φ qui desinit esse prælat9,statim efficitur intrusus,nisi discedat de possessione.¶Itē no.φ quęstio istius glo.procedit quo ad salutē animę:sed superueniēte sciētia cōsulo φ iterato faciat se absolui ꝑ verū prę-

19 latū. vt C. de ince.nup.l.cū ancillis.¶ † In gloss. no tēpus.not.φ id quod nō habet efficax pricipiū,& amotionē causæ impedietis,nō conualescit.Nā arg.sumitur ratio similis est naturę ; sed naturaliter videmus q̄ partus qui nascitur ante diem pariendi est abortiuus: sic electio & gratia nascitur abortiua si nō seruat suū ordinē.vnde spectrum natiuitatis suę semper est considerandū:& in ordine naturę nihil præposterandū.¶In glo.sed pone.ista glo.disputat an per cō

20 fessionē fiat litis cōtestatio.¶ † In glo.no ergo,ista glo disputat si œconomus vel syndicus monasterij fuit in causa litē ɔtestat9,& iurauit de calūnia,an nihilominus prælatus teneatur respōdere positionib9 sub iuramēto de veritate dicēda?& dic φ sic,qa ɔfessio sua saltim facit indiciū & aliquādo complet probatione si aduersarius probauit semiplenè.¶Itē disputat an stetur cōfessioni prælati so-

21 lius in facto proprio,& quid in alieno ¶ † In glo.innuit.ista glo disputat an liceat habere plura beneficia,& est glo. magistralis an liceat habere vnam ecclesiam præsentem,& aliam sub expectatione.certum est quòd sic:secus econuerso.quam dic vt in cle. gratię. de rescrip.dico quod quis perdit expectationem impetrando prę-

22 sentem habita possessione.¶ † Porro tribus ex causis prohibetur duplicitas in beneficiis prima ratio est,quia qui non impendit seruitia non debet habere commoda.vt C.de sacrosanctis ecclesijs l. qui sub prętextu.& in c.j.de milite vasallo qui arma bellica deposuit.& in l.j.C.de re mili.Sed ille qui habet vnū beneficiū sufficiens, non potest seruire duobus integraliter,& perfectè.vt C.de asse.l.fi. iuxta illud.Qui binos lepores vna sectabitur hora ,vno quandoq; quandoq; carebit vtroq;.¶Itē nemo potest corporali ter residere nisi in vno loco.Ergo cum omne beneficium sufficiens reqrat residentiam,& requirat curā saltim tēporaliū,sufficit sibi vnū bñficiū iuxta prouerbiū,oculus dñi impinguat agrū.Secūda ratio.qa incōgruū est φ vnus sibi approprIet quod multorū est n.hil reliquis relictur9:tertia ratio est,qa fugiēda est ambitio,quę in infinitū cresce

23 ret si frena tēperātię nō haberet.† Ratio ergo cū totorū moderatrix nō finit appetitū humanū frena iustitię nō haberet.vt in c.rex pacificus.in proęmio.& C fini.regun.l.si cōstiterit & l.j.C.de sen.q̄ pro eo quod interest. illud enim ɔstat φ omne beneficiū debet habere

24 curā aiarū si habet populū & congregationē vel parochiā.¶† Itē no.φ multa tēporalia requirūt residētiā.ar.l. prolate.C. quādo tuto.habēti tutor dari nō po.& ff de fo.l.φ si forte.§ j.Itē ista glos.dicit quot modis dicitur titulus.no.C.de peti.hære.l.cogi. dicitur titulus cōtractus collatio,suprascriptio.imago,vexiliū,signū & similia verba.Inn.¶No.electores petere cōfirmationē.sed & ipse electus pōt petere:nec est ambitiosus qui ius suū prosequitur.ff.de of. prętō.l.Barbarius.Not.etiā φ aliud est opponere quod pōt facere etiā nō vocatus ad cām.aliud excipere:qa nō pōt excipere,nisi aliquid petatur ab aduersario.ff.de exce.doli.l.purè, in fi. ¶Et not. φ isti obiectus debēt fieri in scriptis.Inn.Quod toleratur ab ignorante si postea superuenit contraria sciētia,debet fieri legitimè , si est actus qui debet repeti:aliàs nō oportet iterari , & ideo sufficit φ qs sit semel absolutus secundū Inn.Appellatio nō deuoluit collationē beneficij:qa nō est de processu,sed ea pēdēte nō pōt dari posses-

25 sio.Inn.¶ † Itē Inn.dicit hic,φ cū viris discretis & literatis de facili dispēsatur super pluralitate beneficiorū:quod minimè fiēdū est cū grossis & rudibus si agitur cōtra electores ad pęnā priuationis nō est citandus electus,& nullū fit sibi præiudiciū.Innoc. Si agitur de gratia Papę ad beneficiū nō est necessaria cōtestatio litis nec libellus:qa rescriptū Papę habetur ꝓ libello & authoritate rescripti nil peti pōt,nisi quod cōtinetur in rescripto. Inn. Vbi officiū iudicis imploratur,nec est cōtradictor,nō cōtestatur lis.¶Itē si is cui pertinet ɔtradicere,tacet,videtur cōfiteri.Inn.nemo tenetur cōfiteri crimē aduersario suo,nec quod tēdit ad crimē,si tamē dicatur diffamatus,tenetur rndere postea dicit Inno.φ super capitulo infamię rndetur in spiritualib9 & nō in tēporalib9.collige hic quod infamia succedit loco positionis sicut loco accusationis,si ex dispēsatione nō fit alteri prędiudiciū potest impetrari lite pendente. Inno.

26 ¶ † Dicit Arch.quod fama est probāda per testes discretos & bonę famę.i.nō ꝑ mulierculas,& hoīes viles ad hoc vt suppleat defe ctum

ctū alterius probationis vt ipse elegāter no xxxv.q.vj. consanguineos.vbi etiam no.quod fama recēs.i.orta lite pendente est suspecta,& non probat.& ideo testis est interrogandus de tempore famę.quod tene menti.¶Dicta testium & probationes debent interpretari in meliorem partem, nisi vehementes pręsumptiones moueant iudicem in contrarium.Innoc.Hæc clausula,dummodo, adiecta ex parte post non facit conditionem:sed modum. Inno. C. de preci.impe.offe.l.vniuersa.& sic dictio,dummodo,non notat
27 distractum sed onerat contractum ¶ † Et hęc faciunt ad quęstionem de facto.receptus fuit qdā in ciuē adiectis his verbis,dūmodo soluat datia,& collectas:modo iste nō soluit.quæritur vtrū ei⁹ ciuilitas sit extincta,seu radicitus resoluta? & dicendū est quòd ę ciuis: sed nō habet cōmoda ciuilitatis nisi purget morā.C. de sac.san.ec. l. qui sub ꝑtextu.ff.locati,l.quæro.§.itēr locatorē.Nā hęc verba,dūmodo,nō faciūt ꝯditionē,sed obligāt ad sic faciēdum.qa mod⁹ est obligare valēs reciprocè,sed cōditio nō obligat reciprocè.vt no.ff. de iureiu.l.si quis cū debitore.¶Mod⁹ ergo debet impleri ꝑ viam cōpulsionis si expediat dño:sed cōditio debet impleri ꝑ modū exclusiōis.i si nō impletur,excluditur quis ab initio & exordio cōtractus ff de cōtrah.emp.l.qui fundū.ff.de rescin.ven.l.fi.§.emptor ꝑdiorū.Et tamen dicit Arch.ꝙ frangēti pacē,vel treugā,vel pacē,delinquēdo nō potest frangi ex interuallo eidē. Ecōtra delinquendo puta faciēdo homicidia & similia quę à cōtrario sensu nō possunt permitti,vt ipse no.elegāter.xxxiij.q.ne.iiii.illi.¶Olim offerebatur primo libellus,quo petebatur interrogatio fieri:deinde offerebatur secundus libellus in cā principali.hodie nō offertur primus libellus sed officio iudicis sine libello huiusmodi fiūt interrogatiōes vt no.ff.de inter.ac.in rubrica.¶Et incōueniēs est libellū ex libello oriri.arg.ff.de re iudicat.l.iiij.§.si ex cōuentione.superuenit postea
28 vsus positionū sine articulorū.† Est aūt articulus distincta locutio. de testi.c.pręsentiū.li.vj.in nouella per Io.An.imo dicit ꝙ aliud est positio,aliud articulus.nā articul⁹ fit vbicūq; est necessaria probatio vt in ciuilib⁹ & criminalib⁹.sed positio nō fit in criminalib⁹ cū nō sit positioni in criminalibus respondēdū.vt no.l.dist.ex pœnitētibus per Arch.nō ob.l.Marcellus.ff.rerū amo.qa ibi nō loquitur in iuramēto relatiuo sed decisiuo.vt no.Cy.ī d.§.qđ obseruari.¶Multa ergo opponūt positionibus,& primò quòd nō debet rñderi,ergo nęc poni.¶Specialiter autē obijcit positioni,in primis,quod est ipertinēs omnimodè.vt si agēs interdicto vnde vi faciat positionē de proprietate.C.qui legitimam personam.l.momētaneę.Sed si nō est omnino impertinens.debet respōderi:vt ibi no. vt ī interdicto vti possidetis.j.de ꝓba.c.licet causam.hoc tenēt Iac.de Are.Cy.& oēs in d.§.qđ obseruari.& vbicunq; quę non ꝓsunt singula,multa iuuant.est singulis respondēdū,ſm Ia.Bu.& no.istam regulā ꝙ omnis positio[a] quæ venit in auxiliū causę eius qui ponit,dicit esse pertinens.& si statim constat quòd est impertinens, non debet rñderi.si autem est dubium,& requirit altiorē indaginē,debet respōderi saluo iure impertinentiū & nō admittendarū positionū.vt no.j.de offi.dele.c.cū contingat per Ber.¶Aliquando opponitur & nō debet responderi,qa est positio negatiua.nā negatiua quandoq; non est probabilis:ergo nec punibilis sed si est ꝓbabilis,bn̄ debet respōderi.C.de ꝯhen.& com.sti.l.optimā.ff.de pactis.l.iuris gen. §.ꝙ fere.dic ꝙ si de facto ꝓprio eius cōtra quē ponitur,debet respōderi, etiā si nō sit ꝓbabilis per testes:vt qa de ente nō est scientia,& nihil est in probatione ꝙ prius nō sit in natura.¶Ecce pono ꝙ non numerasti:si autem de facto alterius nō debet rñdere:nisi ęquitas moueat iudicem ſm Iac. Bu.vt si hęres dicit defunctū nihil numerasse decem,& ego nego.debet negatiuę meę positioni rñderi: qa ęqtas dictat ne fiant illicitæ extorsiones.ff.de off.præsid.l.illicitas.¶Conclude igitur qđ aut negatiua est ꝓbabilis per alia genera ꝓbationū, aut nō.primo casu debet rñderi.cū ergo negatiua coarctata loco & tēpore sit probabilis.ergo omni positioni alicui⁹ negatiuę coarctatæ debet rñderi.& no.istā doctrinā quā ponit Ioā An.in c.j. de ꝯfe. li.vj ī nouel.¶Aut negatiua nō est coarctata:& tūc de facto ꝓprio dēt rñderi.vt l.Marcell⁹.ff.rerū amo.& aut.de hęre.& fal. § si vero absunt.aut est factū alienū,& tunc si ęquitas mouet iudicē,dēt positio admitti:ergo & responderi ſm Ia.Bu.facit ff.de dona.l.quidam in iur.C.de non nu.pe.l.in cōtractibus.¶Idē Rainerius eius pedagogus qui est transcriba eius, verbigratia, petis alimenta tanq̄ pręgnās, si fit positio qđ nō es filius,vel mulier petit alimenta vt filius, & fit positio quod nō est pręgnans.nam & iuramētum deferri potest.ff.de iureiur.l.iij. §.quęcunq;.¶Dicit aliquis nulla negatiua est quę non possit ꝓbari.nā saltim probatur eo ipso qđ nō probat cōtrariū.vt not.ff.de ꝓba.l.verius.rñ ista ratio cōcludit potius quod nō debeat rñderi nam rñsio nō fit nisi vt ꝑ ipsam rñsionē releuetur ponens ab onere ꝓbandi.sed lex releuat cū:sufficit ergo.ꝑterea ista præsumptio nō est spes ꝓbatiōis sed quędā releuatio ab onere probandi.sed videtur ꝙ oīs negatiua possit ꝓbari per instrm. vt C. de nō nu.pe.l.gñaliter.ergo punibilis si ꝓbabilis.rñ.vbi erat talis negatiua quę poterat probari ꝑ instrumētū & nō alio modo,& ideo nō dicit ibi ꝙ debeat rñderi:certe hoc colligi potest ex illo gñali capi-

te.ff.de interro.ac.l.vbicunq;.Hodie aūt statutū est nouissimo iure
29 qđ possint fieri positiones negatiuę vt in c.j.de cōfes. li.vj.¶ †Sed nūqd dēt admitti positio de carentia:qa nō exñtia & carentia videtur vnū & idē,ſm Io.mo.vt not.Io.An.in dict.c.j.de cōfes.ī nouel. ¶Sed hoc dictū nō est omnino verū:qa nō exñtia nō requirit aliqđ bñficiū nec subiectū:l3 carētia sic.verbi gratia,iste caret oculis,& ideo debet rñderi qa negatiua ī subiecto semper est ꝓbabilis.facit qđ not.in l.j.§.j.ff.de iti.actuq; priua.& ff.de offi. procon.l. si in aliquā.¶Quęro:pono ꝙ tu promisisti mihi cētum,& re vera ñ ꝓmisisti mihi nisi quīquaginta,vel erāt.l.posita in fraudē vsurarū,vtrū rōne partis possis negare simpliciter?dic ꝙ sic:qa non teneris positionē diuidere.quicqd no.Bar.ff.de verbo.ob.l.j.§:cū adijcit.nā licet ego ponā affirmatiuè,tu rñdeas negatiuè,& in negatiua qui negat plus,nō negat minus.Itē ad idē facit.qđ no.idem Barto.ff. de verb.
30 obl.l.scire debemus.¶ † Quęro,pono ꝙ tu ꝓmisisti mihi.x. tu respondes ꝙ promisisti mihi sub cōditiōe:an sit aliquid cōfessatū?respōdeo nō:qa est diuersitas ī qualitate.vt d.§.cū adijcit. de hoc not. in l.ij.C.de do.ante nup.& in c.statuimus.de cōfessis.li.vj.in nouellis.vbi omnino vide.¶ Aliquādo oppo.positionibus ꝙ sūt duplices,vt est cū dico,pono ꝙ testator fecit testm̄,& mihi legauit.x.istę sunt duę positiōes sub vna:nā possibile est ꝙ fecit testamētū,& tñ mihi nihil legauit.& ideo deberet diuidi:& si ñ diuido nō debet responderi. Et si aduersarius meus negat simpliciter, nō videt singu-
31 la negare sed totū vniuersum.† Nā nō tenetur rñdēs diuidere si ponēs nō diuisit ſm Ia.Bu.& not.in c. pręsentiū de testi.li.vj.¶Aliqñ oppono positiōibus ꝙ sunt implicitę.& hę similes sunt superiori bus:verbi gratia,pono ꝙ testator legauit mihi.x.sub hac conditiōe ꝙ statē in domo:quam cōditionē apposuit in mei fauorem.¶Vel pono qđ fui cōfessus recepisse,& tñ nil recepi.Nā implicat ꝯtraria in effectu qa secūda pars positionis eneruat primā eius partē secūdū Iac.Butr.¶Et instrumentum dicit,talis fuit: confessus habuisse, & habuit,cōfessato qđ in presentia testiū instrumenti & notarii nō
b fuit numerata pecunia,esset īstrumētū reprobatū [b] de falso,secūdū
32 Ia.Bu.ff.de so.l.si ex plurib⁹.† vide Bar.qui dicit,ꝙ instrm pōt saluari qñ breui manu videt facta numeratio.Hoc ipse ponit.ff.si cer. pe.l.singularia.& est no.¶ Aliquādo oppo.ꝙ pēdet,& nō dēt rnderi.nam si primo negauit,& postea ꝯfiteret, esset periurus.ff.de iure iuran.l.qui iurasse.§.si pater.Iaco.But.in aut. principalis ¶Idem ibi Rainerius sed Cy.in d.§ qđ obseruari reprehēdit illā gl.& male.vt no.in l.si a te.in pri.ff.de excep.rei iu.& facit qđ no.ff de iureiu.l.cū qui.§.in popularibus.¶Aliquando opponitur positioni quod est obscura,cui nō debet rñderi:qa rñsio obscura nō releuaret ponētē. ff.de cōfess.l.certū.in prin.& qa malè ponenti nō est rñdendū C.de transl.l.vt responsum.ff.de testa.l.domitius.¶ Aliqñ obijcitur positioni quòd est gñalis:tñ in actionibus generalibus.i.quę sunt statutæ à iure vt sint gñales,vel vniuersalib⁹.i.quas ius statuit esse vniuersales,pñt fieri positiones quæ naturæ actionis ꝯgruunt. quoniā & probationes valent.vt not.in l.j.ff de eden.¶Itē obijcitur positioni qđ est alternatiua.l.pretor.in prin.ff.de iniur. dic ꝙ alternatiua trahens formā ex cōtractu alternatiuo procedit:quia non est in potestate ponenti diuidere eam:sed si est in eius potestate,non ꝓcedit alternatiua positio.vt verbi gratia, pono sic ꝙ tu fuisti mihi condemnatus vel confessus qa obscura est.de verb.obli. l. vbi au-
33 tē nō apparet.§.qui illud aut illud. ¶ † Quęro quid si est semel responsum an sit vlterius respondēdū. respōdeo nō in eadē instātia. ¶ Alij dicūt ꝙ aut est responsum de veritate & perpetua est respōsio:qa semel verū semper est verū.i.semper retinet verā ꝑdicationē originis suę:secus in putatiua.ff.de dā.infec.qui bona.§. si quis stipulat⁹.vbi gl.no.& hoc excusat testē si olim dicat se nō recordari, & hodie dicit recordari ſm Iac.But.¶† Aliquando obiicitur positioni ꝙ dispositio iuris.c.de casu legis.Ia.Bu.fed si nō est tex. sed glo.adhuc idem puto:qa nō est in potestate respōdentis sed iudicis interpretāri dubia iuris.Porro si fiat positio de casu cōsuetudinis, est respondendū qa probandū.Iac.Bu.¶Sed nūnquid super facto proprio datur dilatio ad respondēdū.rñ.sic si est de longinquo, vel si est factū implicitū qđ pendet ex calculo ſm Iaco Bu.& Bar. eius
34 discipulum.ff.de pac.l.emptor.§ Lucius.¶† Sed nūquid possit reuocari confessio facta dato prius termino ad deliberandū?rñ. nō si acceptauit terminum & respōdit de veritate & non de credulitate. vt.j.de diuor.c.ex literis,per Ber.& hoc verū si respondit de facto proprio:sed si de alieno posset ꝓbari error:qa nō plus operatur confessio q̄ cōpromissio.¶Pono ꝙ sum minor,& lesus nō dēt respōderi de duabus positionib⁹ quarum vna potest esse vera, alia falsa. facio vnā nec habetur pro cōfessio q non rñdet,qa non d3 respōderi nisi diuidatur.¶ Itē necesse est qđ illud verbum lęsus, declaretur: quia

ADDITIONES.

a ¶ Vide oīno scripta per do.Fran.cur.in suo tractatu positionum posito post titu.C.de iur.cal.fo.iij.& Ia.de Are.in suo tract.positionum qui Curtius nō vidit & quem habeo in formis col.v.vbi multa pulchra.

b ¶ Vide Alex. consil.xxxv.col.ij.cum se.Are.in consil.xlj.in vlti. colum.

quia posset læsio esse casu fortuito.ff.de mino. verū.§.si locupleti. ¶ Itē in parua quantitate.ff.de in inte.resti.l.scio. ¶ Pono φ testes sunt bonæ famę videtur φ nō debeat respōderi:qa esse bonę famę est articulus iuris:qa talis quis nascitur.tu dic φ est & fama iuris & fama facti cū qua quis non nascitur qa ex fact s oritur:sicut ecōuer so infamia facti tamē infamia nūquam præsumitur.C.de inoff.test. l.omnimodo. ¶ Illud scias quod ad officium iudicis pertinet repel lere positiones iniustas vel superfluas: qa & interrogatoria potest refrenare ut no.ff.de iureiu.l si duo patroni.§.idē iulianus.C. de ap
35 pel.l.ampliorem.§.in refutatorijs. ¶† Itē scias φ sicut iudex nō tenetur admittere positionē implicitā: ita nec responsionem implicitam:sed debet facere omnimodo responderi ad interrogata,nec pati aliud permisceri,de quo quis non est interrogatus.& ideo si reus dicit,feci ad meam defensionem, non debet pati φ ista responsio ponatur in actis. ¶ Item quia contraria cumulat & quod prædixerat perimit,nisi id probare velit iudex:tamen ex ista responsione posset eum cōdemnare non probantem causam excusationis suæ: sicut quis tenet ꝓbare exceptionē constito de facto, qđ sui natura
36 est obligatoriū.C.de excep.l.si quidē.ff.de rei ven.l.ostiū. ¶† Quæro,pone φ qs respōdet ad id qđ in iure consistit:verbi gratia,inquiritur quod fecit contra formā statutorū & respōdet quod fecit ſm formā statutorū.respon.confessus est factū:qa responsiones q in iure consistūt,nō faciūt respōsionē cōditionalē.vt ff.de cōdi. & demon.l.mul ū interest.Et aduerte interrogationi an fecerim cōtra ius nō debeo respondere:& si rńdeo nihil operat hęc adiectio,ɔtra ius etiā si ɔfitear & nullā defensionē mihi affert.de aur.& argē. leg.
37 l.ornamentorum. ¶† Notoriū est res vel factū demōstratū ab vsu, vbi habemus sensum de fama non curamus. ¶ Fama † est pica rei
38 gestę vel quę reputat ꝓ gesta,& debet habere aliqđ iudiciū discretionis:aliás est vana & inefficax. Qualitas est accidens factū principale seu substātiā informās. ¶ Ciuitates nō habēt merū imperiū:& ideo alteri dare vel se submittere nō possunt. ¶ De sapientia Dei ꝓcedit intellectus,& de gratia infusio, & de pfectione donū pfectū. Iacobi primo.& inter cūcta que ꝓmoueāt intellectū est desideriū bonæ famæ,quā si quis nō simulatē affectat,dign⁹ fit sacerdotio & honore.vnde desideriū bonæ famæ ante oīa nos pcedat.nā bñ operari & alij nō cōmunicare est aromata in obtuso vase retinere, vbi rodulentia non exeunt.& quod diutius & communis est sepultum iacet.Nascitur autē fama ex gloria virtutis:qa fama debet esse asso
39 ciata discretione. ¶† Porro fama ꝓpriè loquēdo,& ab excellētiori extremo nō potest esse,nisi bona sit:qa fama est arg. virtutis. Cęterū si mala est,vulgo quidē fama vocatur:sȝ dȝ dici opinio voce populi nūciata. Tamē vbi habemus sensū certiorē de fama,nō est nobis curę,nisi velimus transire ad notoriū tātū: & illud nō indiget fama,si est notoriū demōstratū usu:bonū igit famę.& bonū notorium est aurū propter maiestatē veritatis, & argentū ꝑpter ɔsciē puritatem,& candorem tuum ꝑpter redolētiam seu odorē:tñ ad ista nō ꝓuenit sine myrra:id est sine amaritudine q̄ lȝ in ore,id est in principio sit amarissima,cū est i stomacho & digestione, efficit valde. Dico igitur qđ desideriū bonę famę quę dēt esse sociata virtutibus debet esse motiuū operū.& qa intellectus est donū dei,& cū ipso ꝑmanet semper:idcirco deo inhęrebo,& eius altissimę maiestati humiliter supplicabo:ut q dedit motiuū tribuat operis effectū. Hoc autē opus cōpilaui in multa infirmitate. sed deus adiutor fuit cui gratias ago.qa si qd sum,ipse,fecit me & nō ego me. ¶ Dicit Inno. qđ ille qui resignabat bñficia quæ indebitē tenet,dum imminet electio:& iste postea eligitur quod præsumit ambitio & nō vera pęnitētia.q est virtutis opus.ff.soluto matrimo.filiæ meę. & sic ꝓsumit fraus ex actuū sequela. ¶ Dicit Inno. φ dispensatio vel priuilegiū ex quo nemini fit præiudiciū,ualet etiā lite pendēte impetratū.ff.si quis cau.l.qui autē. ¶ Dicit Inno.φ donec quis perseuerat in crimine indispensabilis est.Inno. Similes habes notatū. ff. de iureiur.
40 l.eum qui.§.in popularibus. ¶† Et no.qđ crimen in quo requiritur perseuerātia est vnū & idē numero.vt.ff.de fur.l.inficiādo. §. infās. Sed ea in quibus reperitur ɔiunctio sunt reuera plura tamen fingūtur vnum & idē.ut no.ff.de actio.& obli.l.pe.& ff.de fur.l. vulgaris. in princ. Quædam autē sunt separata uoce & interpretatione.& de his loquitur.ff.de priua.delic.l.nūq plura. ¶ Dicit Innoc.quod cū accusatore illegitimo vel teste non idoneo dispensari non pōt: qa fieret in alterius præiudicium.Inno.de mino.ait prætor. ¶ In his q sunt ɔtētiosę iurisdictionis nō pōt iudex cōtra legis statutū dispēsare:qa si posset dispensare,ab hac iniustitia nō posset appellari: qđ est falsum. ¶ Dicit Innoc qđ probationes testiū debent in meliorē partē interpretari.i.in eā quæ nō sapit crimē.Inno.arg.ff.ꝓ socio.l. meri o. ¶ Dicit Inno.φ suspendere magis ꝑtinet ad iurisdictionē quā ad curā animarū quę vr̄ in secreta confessione cōsistere. Inn.
41 ¶† Dicit Inno quod indulgentia vel rescriptū est inualidū ꝑpter expssionē falsitatis vel suppressionē veritatis qua expressa nō emanasset indulgētia vel rescriptū aliás nō uitiat.Innoc.ff.de in ius vo. sed si hac.§ patronum.ff.de nata.resti.l.2.Et sic si mendatio expresso uel tacito cōsistit finalis cā nō ualet indulgentia.argu. ff.de pac.

l.tres fratres. ¶ Dicit Inno.φ indulgentia de pluralitate intelligitur de futuris si ea licitè quæsiuerit.Inno.vnde solū pluralitatē ꝑmittit.tñ cætera canonice debēt esse licita.ar.C.de inoffi.test. l.si qñ. in prin. Sed cōtra dictū Inno.facit.ff.de seruitut. Sed ibi ex contextu verborū patet solutio. Adde.ff.de leg.l.cum lex. ¶ Dicit Inno. φ si in indulgentia cōtinetur dictio,dōmodo,φ non importat cōtradictionē,sed quoddā mādatū.Inno.qa nō apponitur in initio secūdū
42 Inno. ¶† Dicit Inno.φ si papa mandat alicui φ dispenset cum aliquo tale mandatū est referendū ad ius qđ dispenset si viderit dispēsandū:& ideo nō valet dispensatio in pluralitate nisi persona sit sublimis uel literata,vel aliás necessaria.secus si papa dispensat per seipsum qa de factis eius nō licet iudicare.Inno. ¶ Tamen Io.an.cum Compo.tenet quod etiam cum aliis possit dispensari. Io.an. ait latitudo voluntatis principium restringit.arg.C.vt actiones ab hęredibus & contra hæredes,l.j.in rōne literæ. ¶ Dicit Inno.φ si quis habet dispēsationem super duobus obtinendis,& illa obtinet. si vnū ex illis amisit nō poterit loco illius licite aliud impetrare.Inno.quia iam substantia est de gratia & parte firmata.ff.qui & a quibus.l. ma
43 trimonij. ¶† Dicit Inno.quod rescripta super beneficiis debent facere mentionē non tantum de vno beneficio sed de omnibus.& nō solū de beneficiis sed de redditibus:uel dic dicit ipse quod aliud in dispensationibus quæ sunt amplianda,nisi saperent ambitionē. Ex hoc patet quod de iure communi non est fienda mentio de redditibus:id est de annuo valore beneficij.arg.ff.de le 1.cū pater.§.q filio.quod tene menti. ¶ Dicit Inno.qđ dispensationes sunt restringendæ,& vltimę voluntates ampliandæ.Inno. Tu distingue secūdum legē,cum quidā,de liber.& posthu.Dicit Accur. quod innouatio priuilegiorū non confirmat inualida.in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. ¶ Dixi in usibus feudorum, quod si quis impetrat à principe confirmationem feudorum, hoc non intelligitur nisi de his feudis quæ canonicè possidentur.ut in c. licet per quos fiat inuesti.& per quo reperiat.col.x.vbi est tex.singula. ¶† No secundū
44 Io. An.qđ ɔfessio procurato.eligentiū nō nocet electo.ſm Pet. & Abb.& maxime hoc verū est qñ confitetur de his quę contingūt factū electi & nō factū electionis Io. An. ¶ Itē hic nō erat lis ɔtestata,sed erat ꝓcessum ex abrupto.ff de exceptione dol.l. si ꝓcurator
45 agit. ¶† Dicit Io.an. secūdū Goff.& Host.qđ per exceptionē pemptoriā nō fit lite.ɔte Io.an.in exceptionibus impedietibus ꝓcessum.dicit hoc tex.Iurisconsulti.ff.de condi.inde.l.legātes.§.si quis post.itē ex.c.si litē cōtestaretur esset contra natura priuationis ad quā redit.de hęredi.insti.l.ex facto etiā agitatū. ¶ Item cū exceptiones sint arma reorū, absurdū est dicere quod reus excipiendo velit aperire viā ꝓcedēdi actori fundando iudicium per ɔtestationē litis. Itē ex priuatione non surgit habitus vt ff.de hære.insti.ex facto ēt. de excep.rei finitæ nō est dubiū:qa illic non sunt tātum peremptoriæ sed præiudiciales.i.impediūt processum.Et ideo nō inducunt pro
46 cessum:qa esset cōtra rerū naturam. ¶ Dicit Io.an.quod si cōmenda est facta,anteq̄ cassetur,nō tenet electio facta per illos qui lędūtur ex cōmenda,etiā si nō fuerīt uocati:sed cōtēpti per episcopū. nā cū hoc ꝑtineat ad iurisdictionē episcopi,& si maliciose fecerit, oportet prius cassari ɔmēdā quam possit fieri electio. Io. an. De istis cōmendis plenè tractat hic per Host ergo in iurādo iure non expedit aliquē citare. ¶ Quæstio fuit de facto,præpositus argentinus obtinuit dispēsationē in hac forma,φ præter obtēta posset beneficiū unū curā hñs liberè recipere, ac licitè obtinere. Quærebat vtrū per hæc obtentis esset dispēsatū:& dicūt fuisse iudicatū φ nō.
47 Io.an.† sic dictio pręter,nō includit plures dispensatiōes. ar. in l. j.
a C.de do. promi. Et dic φ ista dictio [a] ꝑter qñ aduersat.vel excipit, excipit.& hoc est qñ ꝓcedit genus à quo excipit aliquā speciē.ut lego tibi oēs seruos meos ꝑter stichū aliqñ implicat & cōiungit:ut ff. de pignoraticia act.l.j.Super quo talis dat doctrina, φ aut hoc qđ ɔsequit dictione præter,pōt cōtineri sub genere præcedēte expsse, aut nō.primo casu ponit exclusiuè.vt C.de epi. & cle.l. parabolani. & l.nullū.ff.de repu.Scđ ò casu ponit inclusiuè.vt.l.sed hę. ꝑter. de procu.tamē cū hoc stat φ mens loquēris debet obseruari.Et si loquens est minister legis,dȝ interprętari ſm mētē legis,quę plurima incōueniētia abhoret,ut in nostro.c.in fi.Itē si dictio prēter ponat enūciatiuè sicut est i casu istius qōnis nō disponit,sed dispositū cu
48 stodit si est rōnabile:aliás nō. ¶† Dicit Ioan.an. φ an quis fecerit animo furandi, vel nō arbitrabit bonus iudex ex qualitate. & ɔiunctione psonarū.vt l.j.si quis impera male.& l.j.C.de sica.& l.fi.ff.de acti.& obl.& l.nō oēs.§.à Barbaris.ff.de re mil.& no.C.de fur.in.l.2. qđ intellige de furto qđ ɔmittitur per amotionē de loco ad locum. Sed qñ ɔmittit furtū per cōtractationē.i.occultationē, tunc nō est locus cōiecturæ ꝑpter euidētiā criminis.ut ff.de acquiren. re. dot.l.
49 quæsitū. ¶† Dicit Host.φ si inuenis rē alienam, debes facere illam præconizari,ut furti suspicionē euites.Sed si fecisti aliquam expen. potes

ADDITIO.

a ¶ De dictione ꝑter vid Bar.& ibi scripta ꝑ doc.in l.age cū geminia.c.de trāsf.

potes uti retentione donec tibi reddatur. Host. & ff. de condi. inde. l. si non sortẽ. §. si emptũ. in glo. ff. de rei ven. sumptus. ff. de pig. ac. si
5 necessarias §. fi. ¶ † Dicit Hosti. ꝙ uacante ecclesia propriè non fit furtum rerum ecclesiæ. Io. an. quod superius declaraui. Adde quod no. C. de fur. l. si nondũ. & no. ꝙ quidam dicunt, ꝙ exceptio de criminibus requirit specificationem loci & temporis: aliàs est inepta. vt in c. præsentium de testi. li. 6. Sed contra eos est casus in isto c. vbi exceptio pluralitatis quę includit crimẽ opponitur sine coarctatione mẽsis vel loci. sed sufficit dicere qđ tempore electionis, nõ exprimendo de quo mense. Non obst. c. præsentium. quia confiteor ꝙ si de hoc fieret interrogatoriũ, posset fieri interrogatio de istis circunstantiis ut ibi. sed non ꝙ sit de necessitate formę opponẽdũ nec de substantia materiæ: quia quolibet certum eiusdẽ substantię & naturę compræhensum in genere exceptionem parit. & hæc dicta pro nunc sufficiant in isto aureo capitulo.

CAP. LV.

1 *Electio an sufficiat habere maiorem partem comparatione facta ad alias partes.*
2 *Excludi non debet qui est in possessione à iure quod sibi competit ratione possessionis & fructuum.*
3 *Fructus agro cohærentes sunt domini.*
4 *Singularitas est in testibus quo ad substantiam personarum.*
5 *Electio per quæ verba debet fieri.*
6 *Iuris dispositio in eisdẽ consistit in quibus consistit ius canonicum.*
7 *Collatio an sit necessaria quando proceditur per viam compromissi.*
8 *Testes quando dicantur singulares.*
9 *Formam mandati qui non seruat nihil fecisse videtur.*
10 *Electiones plures si quis haberet, non posset nisi vnam prosequi.*
11 *Processum si fuit ad electionem vocandis non vocatis, & postmodum isti nõ vocati antequam consentiant moriuntur, & alij eorum loco subrogantur: an oporteat quod successores consentiant.*

IN Genesi. Irrita est electio in qua collatio non præcessit, uel quę facta est non à maiori parte capituli, vel quę est singularis nõ communis. & nota qđ in cassatione electiõis cuiusdã Gulielmi omnes istæ causæ interuenerũt. & sunt duæ partes. prima ponit tres cassationis causas. secunda causat, secunda ibi, nos his. ¶ Casus va cante quadam ecclesia Anglicana, fuit electus quidã. V. cuius tamẽ electio fuit pluribus rationibus abusiua. primo ꝗa dictus. V. non habuit ꝯsensum maioris partis totius capituli, sed partiũ comparatione minorũ. secundo ꝗa non facta plena electio. Nam numeri ad numerũ nõ: ꝗa vtrũ. G. & H. canonici haberent vocẽ in electione tractatũ non extitit in collatione. Item non fuit facta collatio zeli ad zelũ & meriti ad meritũ. Tertiò ꝗa electio non fuit communis, sed singularis, quæ electio singularis nõ ualet tribus rationibus. Primò ꝗa frustra: nam cum uota in scrutinio per singulos deponantur, si valeret electio, singularis esset inculcatio verborũ: ꝗa esset idem ꝓ idẽ replicare. Secundò ꝗa non esset vna electio sed plures: et sic electus non haberet unicã electionem sed plures. Tertiò, quia ex singularibus propositionibus non resultat vna conclusio. Præterea dicti duo canonici erant in canonicatus possessione, uel quasi, habendo stallũ in choro, & locũ in capitulo, legẽdo, & cãtãdo vt canonici ad tractat⁹, ac electiões dignitatũ & primatuũ, q̃ iã occurrerũt ꝓ tẽpore faciẽdo, tanquã canonici pro tẽpore sunt vocati: quãq̃ hac vice vnus fuerit cum controuersia protestationis admissus. ali⁹ autem nõ uocatus cum uocandus esset. vt s. de ꝯsue. ecclesię Anglicanę: papa igitur hãc electionẽ totaliter abusiuã decreuit irritã, & inanem. & istud ca. est valde no. ¶ † Ibi cõparatione. no. quòd nõ sufficit electio habere maiorem partẽ comparatione facta ad alias partes, sed absolutè requiritur maior pars totius capituli. i. omniũ vocẽ habẽtium. ¶ Ibi singulariter singuli. i. quilibet per se. dicit enim lex, ꝙ decem & decem non faciunt viginti: ꝗa non terminantur ad eundem numerum: & duo numeri adinuicem distantes non faciunt eundẽ numerum. vt ff. de sol. l. vbi. lex. & ff. de verb. obli. l. scire debemus. & duæ excõmunicationes non faciunt vnam excommunicationem. Vnde necessaria est obsolutio de qualibet. ¶ Ibi, singularibus vel particularibus ratio naturalis & dialectica est ista. dicit philosophus qđ genus distributum in species non est genus. dicit lex ꝙ indefinita æquipollet vniuersali non singulari: ut ff. de pecu. l. si peculium seruo. & qđ particularia non æquipollent indefinitæ. ¶ Ibi, per signũ vniuersale. ff. de reb. du. l. si is qui ducenta §. vtrum. ff. de leg. 2. l. si pluribus. ff. de hære. institu. l. hoc articulo. ¶ Item no. ꝙ electio nõ recipit diuisionem. & ideo debet fieri vno contextu:
2 quia vna electio, tantũ est apud capitulũ. ¶ † Ibi, sic excludi. no. ꝙ ille
a qui est in possessiõe nõ dẽt de facto ᵃ excludi à iure qđ sibi cõpetit rõne possessionis & fructuũ, est aũt fructus quicq̃d accidit possessioni, siue possit imburtari, siue pertineat ad solũ animi effectũ. vt est
e ligere: licet propriè fructus dicãt illi qui bñficio roris infusi & labore hominũ adhibito ad hortũ & maturitatẽ pueniũt. & vltra hoc requiritur aliq̃ñ aptitudo vtendi, & quædã propria rõ ad vsum vt in vsufructuario: quia hoc ostendit vocabuli significatio. ut not. ff. de vsufru. l. si fur. ff. đ fur. l. si apes. ff. qui. mo vsusfru. ami. l. si vsufructuarius messem. ff. si cer. pet. l. si quis nec cãm. §. vlti ff. de fur. l. si ser
3 uus. § locaui. ¶ † Et scias ꝙ fructus cohærentes agro sunt dñi. vt. l. fructus pendentes. ff. de rei ven. Separati aũt à bonæ fidei possessore. i. ab eo q̃ se dñm credit, & est in plena possessione statim fiunt eius. idem si ab alio homine ipsius. Sed separati ab usufructuario nõ statim fiũt eius, nisi sint extracti de fundo vel reconditi in horreo: & tunc non ante vsufructuarius est in plena possessione ipsorum fructuum. arg. ff. de ac. empt. l. qui pendentẽ. ſ m glo. sed merus fructuarius nõ fit dominus nisi in horreo reposuerit permittente vel assignante dño fundi, ſ m quosdam. ¶ Census verò & pẽsiones nõ sunt in dominio nostro anteq̃ præstent: ſʒ sunt nobis debite ex cõuentione nostra non alterius: ut ff de vsufru. l. defuncta. ¶ Et si interim moritur vsufructuarius qui locauit, vel capite minuitur, dñs potest expellere cõductorem: ut ff. loc l. si quis dño & l. si q̃s fundũ. & C. de vsufru. l. corruptionem. ¶ Ibi, in choro. not. ꝙ qualitas loci significat actuũ qualitatem. Itẽ not. qđ ꝓ qualitatẽ actuum probatur uera possessio uel quasi. ¶ Ibi, cantando. argum. ꝙ ille q legit in cathedra tãq̃ doctor, præsumatur doctor, si sic sit ad lecturã assumptus. Itẽ est arg. ꝙ ex habitu exteriori pręsumat dignitas ¶ Ibi, de consuetudine. no. consuetudinẽ dare modũ & formã, ac etiã iurisdictionẽ. ¶ Ibi, ꝯtra formã, no. qđ ea quæ fiũt cõtra formã iuris nõ valent ꝗa forma est quæ dat esse rei. Item no. ꝙ in isto. c. ponuntur
4 multa q̃ sunt de forma substantiali electionis ꝓlatorũ. ¶ † In gloss. consensus. ibi, testibus, dic qđ in testibus est singularitas quo ad substantiã ꝓsonarũ. ſʒ quo ad testificata dʒ esse cõformitas. & ideo magis ꝓpriè dicimus attestationes, inualidas: ꝗa singulares, quã testes inualidos ꝗa singulares. ¶ In glo. sic patet pro practica istius gloss. vide hic Inn. in noue. ¶ In glo. vñ. ibi, sub protestatione. not. hic de differentia protestationis vtrum referatur ad proprietatem iuris eligendi, an ad possidendi: & an qui tacet videatur consentire protestationi. vide hic per Inno. not. ex hac decretali ſ m Ber. multa quæ sunt de forma electionis, quæ si omitãtur, uel aliquid de illis, nõ valet electio. primò ꝗa maior pars totius capituli habet esse in electione, aliter nõ valet. Itẽ collatio necessaria est numeri ad numerum, zeli ad zelũ, & meriti ad meritũ. Itẽ cõis dʒ esse electio. siue vniuersales & oẽs qui in scrutinio cõsenserũt publicato eodẽ oẽs una voce debent ipsum eligere. uel vnus de mandato illorũ. Itẽ oẽs qui requisiti fuerũt in scrutinio, debẽt reqri in collatione. Itẽ ꝙ absentes sunt vocãdi si sunt in loco, vñ ꝯsueuerũt vocari. sed istud vltimũ nõ est de forma: ꝗa si absens vellet postea consentire nõ cassatur ea electio, sed ꝯfirmat, qđ vltimũ est verũ si fuit facta à maiori pte capli, aliàs nõ posset ratificari: vt j. eo. auditis. ¶ Sʒ op. & vr ꝙ nũq̃ possit ratificari: ꝗa nemo pòt ratificare qđ suo nomine nõ est gestũ: ut l. si seruus. ff. de præca. Solu. illud verum in profanis: secus in spiritualibus. ut no. 9. q. 2. c. Lugdunẽsis. & no. s. ꝙ sicut. vel dic ꝙ ista nõ est propriè ratificatio, sed est quędã confirmatio: ut l. si pater. in fi-
vide.C.de do.ante nup. l. cum in te.¶Sequit de his quę fiunt post
snīam vnde querit an p̄sumatur appellatum.j.x. dies si est qō mo-
mēti.& dic qđ nō qa istud esset p̄sumere ꝯ snīam.& in eius deroga
tionē qđ fieri nō debet:quia snīa est res fauorabilis.vt tāgit glos.in
d.l.iulianus.de cōdi.inde. in j.gloss. super illo verbo,perpetua & fa-
uorabili.¶Quæro nunquid pręsumat appellatio deserta?rn̄.non si
tempora pati possunt: alias sic.In dubio aūt super ista presumptio
ne ferenda est interlocutoria:aliàs secus:vt C.de ap.l.eos.in prin.&
l.si contra.Et ista pauca dicta sunt circa iudicia:sed circa ꝯctus dic
vt ff.de verb.ob.l.sciendū.nā solēnitas & tenor ipsius ꝯtractus pre-
sumit:secus si sit quoddā accidētale & extrinsecū.magis eīn presu
mit qđ ītegrale ē & ꝯctū,q̄ qđ separatim & extrinsecū ē,vt ibi no.
& ff.de pub.l.q̄cūq;.§.fi.Vnū scias qđ ī ꝯctib⁹ p̄sumunt q̄ ad effica
ciā reqrunt si sūt asserta de ptiū volūtate ēt verbis enūciatiuis. vn̄
qn̄ fit mētio in ꝯctu de ꝓcuratiōe alicuius ī cuius ꝑsona substātiet
ꝯctus,nō oportet aliā fidē fieri de ꝯctu:vt C.de ꝯhē. & cōmit. stip.
l.optimā.ibi per Iac. de are. & Cy.¶Quęro quid in testamētis?rn̄:
testrū p̄supponit solēne quatenus ex verbis colligi pōt.vt no.C.de
iur.& fac.igno.l.post diuisionē. sed in eo qđ ē sub silētio ꝑtermis-
sum,nō p̄sumit solēnitas.vt no.in l.fideicōmissa.§.j.ff.de leg.iij.nō
teneor credere ei q dicit & non probat.ff.depo. l.si quis inficiatus.
¶Quæro cū Inno.pone qđ iste cui dirigit mādatū,dicit se non du-
bitare de iurisdictiōe mādantis:sed pars dicit se hęsitare cū nō cō-
stet de mādato Papę:quęrit quid iuris?dicit Inno.ꝙ prudēter facit
si obtēperat ēt si literas nō videat dummodo probata persona sit
quę de hoc dicit.& si pars appellat,ne exequatur,nisi videat literas,
nō tenet appellationi deferre:qa huiusmodi appellatiōes corā exe
cutoribus faciendę nō sunt,ſm Inno.¶Sed op.de eo qđ not.Bart.
ff.de condi.& demon.l.multū īterest.nā dēt constare de eo in quo
fundat ptās etiā nudi ministerij:vt l quęro. ff. de eo q ꝓ tutore.sed
rn̄.ꝙ hoc ītelligit cōstare per vehemētē opinionē.vt ff de acq. hę.
l.cū quidā.§.qđ dr̄.vel dic qđ dictū Bar.īintelligit in iudice,qui dēt
esse certus de sua iurisdictiōe:secus ī executore cui sufficit si putet
mādantem habere iurisdictionē scđm Inn.Dicit.l.qđ qs non debet
esse curiosus indagator nisi vbi agitur de pręiudicio tertij: vt ff.de
noua.l.doli mali.in fi.& ff.de exerci.l.lucius. imo debet inuestigare
conditionē eius cū quo cōtrahit. ff.de reg.iu.l.qui cū alio.Cū ergo
hic agat de p̄iudicio tertij,ergo dēt esse certus de mādato.argu. C.
que res pig.ob pos.l.nomen.& per hoc videt qđ Inn.malè loquit.
& Hosti.nō approbat dictū eius Itē nō debet credi dicto istius:vt
ff.de ar.l.ne in arbitris Itē grauat, ergo p̄t appellari tanquam ab eo
qui vsurpat sibi partes iudicis grauando. so dic qđ dictū Innoc.est
verū si pars nō contradicit qa p̄t credere & discredere nisi ꝯstet de
iurisdictione.vt l.j.C.de man.prin.¶† Quęro cū Inno nūquid ex- 7
ceptio nullitatis impediat executionē sententię?& exclamat Inno. c
dicens.Itē ubi est hoc ius qđ lis mora impediat executionem sen-
tētię:imo nulla talis exceptio impedit executionem sentētię.de re
sti.in inte.c suscitata.nec ob.ff.de iudi.l.si pretor.ī fi.quia ibi fuit ap
pellatum ſm Inno Caue tibi:quia ipse non intellexit.d.l.si pretor.
in fi.nam sentētia est ipso iure nulla quia lata contra absentem ex
falsis probationibus scđm Ber. Item contra Inno. quęro nunquid
exceptio nullitatis sententię reperiatur in iure?& lippi & tonsores
sciunt qđ sic:vt ff quę sen.sine app.rescin.per totū.& ff.de appella.
l.si expressim.C.si a non compe.iu.l.fin.ff.de fer.l.j.& l.si feriatis.cū
infinitis simi.¶Tunc arguo sic,si hęc exceptio est approbata à iu-
re:ergo potest opponi & opposita exequi:debet tamē opponi co
ram iudice non coram mero executore.& ita dictum Inn.excuso.
Quid si nullitas moueatur per modum agendi: nunquid interim
fit executio?& videt qđ sic:vt l.vlti.C.de ordi.cog.& est ratio,quia
vbi pēdeat ex actis expresse non potest expediri de facili cū requi
ratur ordo iudicij. ff. ad exhi. l. iij §. ibidem. In contrarium facit
quod no.ff.de inoffic.testamen. l. papinianus. §. si filius.sicut enim
querela inofficiosi est pręiudicialis:ita videtur qđ querela nullita-
tis si Breuiter dico idem in actione qđ in exceptione:vt si sit p̄sum
ptio pro agente.uerbigratia, quia dicit se non fuisse citatum:vt C.
de acc.l.absentē.non fiet executio.¶Idē si pars offerat ꝓbationes
infra duos mēses:vt ff.de iure fis.l aufertur.§ qui compensationē.
vel de consuetudine infra.x.dies,ut no.ff de iud.l.si debitori. ¶Vel
dic ꝙ Iudex eum interrogabit in quāto tēpore velit ꝓbare.& coget
eum

ADDITIONES.

a ¶ Istud dictum Bald.refert & sequitur Ias.in l.j.in ij.col.in versicul.xj.pro ista conclusione.ff.de in ius voc.

b ¶ Vide tamen Ludo.ro.in consil.lxxvij. incip.pater responde vbi consuluit quod obijciens compensationem videtur fateri debitum.

c Vide Pet.de an.in consi.ccxij.& ccvj.& Ludo.ro.consil.xl.an autem contra tres snias conformes similiter posit opponi exceptio nullitatis euidens vide Bal.consi.cccclxix.incip.proponitur ꝙ compromissum in fi.

eum ad assignandum sibi ipsum terminum competentem, ita ꝙ frustrari non possit: vt ff. qui satisd. cog. l. de die. & hoc vltimum mihi
8 placet. etiam adde quod not. in cap. j. de re iudi. in clc. ¶ † Quæro cum Inno nunquid subditus ad iussum superioris teneatur exequi sententiam à qua est appellatum, tamen superior non recipit appellationem? dicit Inno. ꝙ sic. mihi contrarium videtur quia postquam est appellatum, nihil mandare potest. vt l. j. nil nouari appellatione penden. clausa est enim interim imo ablata sua iurisdictio. vt C. de ap. l. iiij. ¶ Quæro cum Inno. si mandat par pari cum authoritate legis. vt ff. de bo. author. iudi. poss. l. cum vnus §. is qui. vtrum iste mandatarius potest cognoscere de meritis causæ. dicit Innoc. quod sic. quod est verum quo ad summariam informationem nō quo ad decretorum resciſſionem: vt C. sen. rescin. non poss. l. j. & in auth. de san. epi. §. si vero crimen. ¶ † Quæro cum Innoc. si instru-
9 mentum sententię dicit sententiam latam inter a. & b. nec dicit eos præsentes vel absentes an præsumatur sententia lata partibus præsentibus? & more suo implicite loquens videtur sentire ꝙ sic, ex quo non apparet contrarium. Innocen. nam si hoc præsumitur in contractibus, fortius in re iudic. vt C. de contrahen. & commit. stip. l. j. ¶ Ad iudicem recurritur tanquam ad sapientem virum & si facit aliquid contra ius, debet corrigi: vt no. ff. man. l. si mandato Titij. §. fi. ¶ Idem in quocunque electo pro sapiente, puta ad consulendum de iure: & semper intelligitur facti substantia non mutata nec alterata vt ibi sing. no. ꝙ licet partes dent alicui potestatem faciendi quicquid vult: tamen istud verbū vult, debet intelligi bona fide sine fraude. text. est not. ff. man. l. creditor. §. lucius. etiam si expressè promissum sit nō contrauenire. nec est melior text. in iure.
10 ¶ † Quæro cum Innoc. an. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. habeat locum in iudicijs si fiat mentio de procuratione. & sentit ꝙ non. quasi illa. l. optimam. ponat spāles casus quod nihil est dicere: sed est ibi propter consensum partium. nam verba enunciatiua quandoque dant esse rei: vt ff. de rei ven. l. emptor. §. an
11 cilla. & per Bar. ff. de dona. l. ex hac scriptura. in fin. ¶ † Quæro cum Inno. an scripturę extra iudicium factę, ad iudicium autem redactæ sed actę & in iudicio ꝑductæ sint de actis sed non ipsa instrumenta. Tu dic quod sunt de actis quo ad insinuationem: quia translata sunt in substantiam actorum & fidem: vt C. de re iudi. l. gesta. & sic non sunt originaliter de actis sed transumptiuè: & inter partes fi-
12 dem faciūt sicut scripturę actorū: vt C. de testa. l. publicati. ¶ † Quæro cum Inno. quid si tabellio a vnà cum iudice dicant, viso libello,
a litis contest. iuramento calumnię, attestationibus instrumentis, & ceteris vidēdis & omnibus diligenter examinatis talis sententia lata fuit &c. Vtrum tali scripturę credatur si alter non apparet de dictis actis? & sentit Innocen. ꝙ si per eundem tabellionem fuerunt omnia actitata, credatur scripturæ: quia facit mentionem de proprio originali, & non de alieno. secus si sit alius tabellio: quia tunc oportet quòd essent registrata de mandato iudicis de verbo ad verbum. vt in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Sed quod dicit de eodem tabellione non est bene tutum, nisi ista breuis scriptura habeat diem & consulem circa singulos actus. ¶ Dicit dominus Cy. quòd si ista scriptura esset multum antiqua, quód crederetur. Intelligas duntamen ista scriptura inueniretur in loco solenni vel apud personas indubitatę fidei. de hoc per Cy. de fide instrumē-
13 to. l. emancipatione. ¶ † Quæro cum Innocen. vtrum per instrumentum tabellionis probentur omnia asserta in eo. dicit Innocen. quòd non probantur nisi talia de quibus tabellio ferat testimoniū de visu. Vnde licet præsumatur pro scriptura & pro assertis à tabellione iudice approbante: tamen non facit fidem: quia dispositione non conficitur instrumentum super eis, sed est quædam narratio.
14 ¶ † Quæro cum Innocen. vtrum falsitas in vno reddat falsum totum? dicit Innocen. quòd sic in instrumentis fori. quod intelligo verum in his super quibus conficitur instrumentum, non in verbis enunciatiuis in quibus non creditur instrumento etiam si esset verum: quia in talibus non intelligo tabellationem periurum, cùm in his magis sit quędam priuata scriptura in qua non vitiatur vtile
15 per inutile: vt ff. de fal. l. filius. §. fi. ¶ Quæro nunquid quicquid scriptum est in instrumento præsumatur scriptum de partium voluntate? gloss. dicit quòd sic. ff. de verbo. obli. l. sciendum. quod est verum si sit materiale vel formale cum hoc non pertineat ad officiū tabellionis nisi de mandato partium. ¶ Item hoc verum nisi appareat error vt falsa indictio & similia ff. de constit. pe. l. j. ¶ Quæro quid in decretis, cum constet de fine siue de termino an præsumi debeat modus siue gradus intercessisse solennis. & de gradu forma li habemus ergo gloss. ordinariam quod sic in l. j. C. de fid. instru. & iure hastæ fis. li. x. ¶ De gradu autem materiali i. de rei ęquitate & iudicis, habemus gloss. similiter or. quòd sic. ff. de transac. l. cum hi. §. si pretor. nisi prima facie appareat contrarium: vt l. quęcunque. § fin ff. de pub. nam ibi præsumitur negatiua ex regula generali. ¶ Quæro quid si in sententia continetur quòd aliquis litigatorum est minor, tamen hoc non apparet, nunquid præsumitur contra sententiam ꝙ sit nulla? rñ. gl. or. dicit ꝙ sic. ff. de ar. l. iij. in prin. in ij. glo. sm vnā lec. q̄ā no. per eādem glo. ꝓbat ꝙ ꝑsumit ꝓ snīa iudi-
16 cis. ¶ † Quæro in protocollo notarij continetur anno domini Mcccxciiij. die. x. mensis Augusti indictione &c. dictio &c. supplet defectum indictionis: quia est de ordinarijs & certis solennitatibus. Vtrum sub isto &c intelligatur indictio currens specificata? & videtur quod non. nam potest esse quòd notarius nesciebat indictionem. Item potuisset exprimere falsam indictionem: & sic in casibus ī quibus instrm est de substātia scriptura nō ualeret ꝑpter perplexitatem erroris. ar. C. de testi. l. iubemus. in fi. & in auth. de tabel. §. fi. ¶ Similē rōnem facit Acc. in l. j. in prin. in fi. magnæ gloss. ff. de edē. vbi gloss. fundat ineptitudinē libelli sup possibili. ¶ In ꝯrium vr̄ ꝙ ista dictio &c. dēt extendi ad sensum sapiētis: vt l. gallus. §. fin. ff. de li. & posth. & iuxta exigētiā negocij: vt ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. si qs iurauerit. Sol. dico ꝙ siue sit nomen siue aduerbium, nō tenet instrm pp incertitudinē facti. nā cū tabellio fungat vice testis, dēt ꝑhibere clarū testimoniū: & ꝙ nō indigeat suppletiōe vel
17 diuinatione. vt no. ff. de po. l. j. §. si qs argētū. ¶ † Quid si in protocollo notarij cū notarius sit mortuus reperiatur hæc verba, & renunciauerūt dictæ ptes &c. vtrū hæc clā possit mādato iudicis extēdi vel declarari, puta in muliere vt dicat renūciauit velleiano: & ī fideiussore vt dicat, renūciauit epistolæ diui Adriani: & in duob. reis. & vr̄ dīm ꝙ sic ex cōi vsu notariorū. ar. ff. de ædil. edi. l. q̄rit. § si venditor. ¶ Et vnū scias ꝙ in mulierib9 & minorib9 requirit certificat omīs ꝑsumūtur spālia iura ignorare. & hec est glo. solenis in l. sciēdū. ff. de ver. ob. ¶ Quæro, inuenit in istro. B. vēdidit. T. talē rē ꝓ centū. hoc acto & cōuēto ꝙ Titius vadat ꝓ eo romā, vtrū p ista verba
b acto b & cōuento ꝑsumat stipulatio interuenisse. & vr̄ ꝙ nō: vt ff. si cer. pe. l. lecta. nā verbū cōuentiōis est valde gn̄ale: secus si dixisset, hoc acto & ꝓmisso sm Bar. ibi. qa verbū, ꝓmisit, ꝓlatū à tabellione qui est testis iuris & facti, cuius verba ad ius sunt referenda includit stipulationē: secus si à nudo teste. vt no. ī l. j. C. de vsur. licet qdā dicāt idē in teste, si est peritus lr̄arum ꝙ nō credo verū qa imo minus dēt ꝑsumi ꝑ perito ex quo īperite loquit & qa ex certa sciētia vr̄ locutus ꝯfuse & ī ipso maior deprædit culpa & suspicio q̄ in vno rustico vel muliercula. ¶ So. dico ꝙ cū natura ꝯtus emptionis & venditionis nō desideret stipulationem, nō ꝑsumit stipulatio intercessisse cū ꝑficiat ꝯsensu nisi expresse instrm cōmemoret de
18 stipulatione: vt ff. de pac. l. emptor. in prin. ¶ † Quæro vtrū notarius ꝑsumat rogatus. glo. dicit ꝙ sic in auth. de tabe. & nos aūt. Inno. dt qđ nō qa potuit scripsisse tanq̄ testis: vt ff. de testam. l. domitius. C. qui test. fa. poss. l. hac cōsultissima. §. fin. C. qui po. in pig. ha. l. scripturas dicit Acc. dicit verū: qa ꝑsumūtur oīa solēniter acta, dūmodo in aliqua parte scripturæ fiat mentio ꝙ ipse est notarius. ¶ Itē dic ꝙ hæc qō ꝓcedit in ꝯtibus, sed in iudicijs; qa redduntur in inuitū nō requirit ꝙ sit rogatus ab vtraq; parte. imo nec etiam testes requirūtur. sufficit enim notarius. & ipse iudex causæ. s. in eo ꝙ fit publicè apud acta & in foro ecclīarū: vt C. de dona. l. in donationibus. ¶ Notarius epī dixit se de mādato epī recepisse cautionē ab vsurario, vtrū ei credat qa nō sufficit dicere, sed oportet ꝓbare. ff. de po. l. si quis inficiatus. ¶ Itē ꝯrium vr̄: qa vsurarius qui cōsesit his verbis, nō pōt hoc negare: vt d. l. optimā. ergo nec hęres eius etiā si esset legitimus hæres. so. nō creditur sibi soli. ¶ Quæro in instrumento continent hęc uerba, Titius ꝓcurator Seij: vtrū ex hoc qđ dicit procurator, præsumatur ꝓcuratorio noīe. & gl. or. dicit ꝙ sic. ff. de procu. l. quacūq; rōne. ¶ In glo. parua q̄ dicit procurator, ergo procuratorio noīe, qđ est uerū si negocium ꝑtineat ad dn̄m re ipsa: ut ff. de exer. l. lucius. & l. fi. ff. de inst. ¶ Sed si ꝓcurator ꝯhebat sub re ꝓpria ipsius ꝓcuratoris, aut habemus respectū ad dn̄m, & ur̄ procuratorio nomine contraxisse, aut ad suscipiētem psonā, tunc uidetur ius suum trāstulisse: ut ff. māda. l. seruum titij. ¶ Quæro utrum sentētia quę apparet lecta, præsumatur lecta iudice sedente pro tribunali. & dico quod non nisi dicat lecta & sententialiter promulgata, propter uirtutem istius aduerbij sententialiter, scdm Bartol. in d. l. sciendum. ¶ Nescio ꝙ hoc uerbum sūaliter, sonet aliud q̄ animi motum. ff de arb. l. qualem. in princ. & ideo non præsumo ꝙ sederit. & sic in dubio nō ualet snīa & nō solum hoc uerū est in snīa sed etiā dum solēniter de causa cognoscit. ut not. ī titu. proxi. nouit. & etiam dum solennem fert interlocutoriam ut no. ff. de arb. l. sed interpellatur. §. arbiter. ibi dum gloss. dicit, ꝙ tamen in omnibus non concedimus &c. ¶ Vnum scias ꝙ interdum magis est de solennitate sedere pro tribunali q̄ citare aduersarium. Nam bonorum possessio quæ ius tribuit. nō pōt decerni nisi iudice sedēte pro tribunali: & tamen non requiritur citatio aduersarij ita est gloss. singula. ff. de bon. possessio. l. iij. §. si causa cognita. Vnū scias quod notarius nō dicitur proprie rogari sed adhiberi sicut iudex.

Molen-

ADDITIONES.

a Adde vnū pulchrum cōsilium domi. Fran. de are. relatum per. d. Iaso. in l. j. in ij. col. ver. item aduerte diligenter quòd illa verba &c. C. de erro. cal.

b ¶ Vide Ias. in ru. ff. de verbo. oblig.

CAP. XXXII.

1 *Molendinum, vel stagnum, vel aliud ędificium facere non licet regi vel comiti in terra ecclesię abbate contradicente.*
2 *Molendinum vel clusam facere nemo potest in fundo alieno.*
3 *Sententia lata à delegato in causa non delegata non tenet.*
4 *Delegatus si excedit fines mandati perdit iurisdictionem.*
5 *Procurator non potest prorogare iurisdictionem de re ad rem.*
6 *Mandatum procuratoris ad quid extendatur.*
7 *Nullitas processus potest opponi tempore allegationum etiam non excipiendo.*
8 *Testimonia super non articulatis non tenent.*
9 *Renunciare exceptionibus an possit procurator.*
10 *Prorogatio an fiat per reconuentionem.*
11 *Lis an possit moueri super futuris.*
12 *Rescriptum generale an includat actiones ad vindictam.*
13 *Procurator potest omittendo pręiudicare domino.*

Cum olim abbas. ¶ Procurator non habēs mandatum ad prorogandum mandatum, non potest suum vel iudicis porogare mandatum: & ideo annihilatur. secus attentatum quod etiam in conclusione causę potest opponi. h. d. not. ¶ Casus. comes iniuriabatur abbatię super quodam stagno, molendino, & domo, q nitebatur construere in terra abbatię. Itē iniuriabatur in nemoribus abbatię in quibus damna faciebat, & in alijs rebus. Abbas & conuentus impetrauerunt contra dictū comitem super stagno, molendino, & domo, & non super alijs. Sed procurator comitis processit super rescripto, & etiā super damnis: & iudices interlocuti sunt se esse iudices super omnibus. & quia comes non comparuit, excommunicauerunt eū occasione damnorum ī nemoribus vnde comes appellauit. papa processum de super nemoribus de-
1 nūciat irritū. ¶ † No. q etiā comiti vel regi nō licet in terra ecclesię facere molendinū, vel stagnū, vel aliud ędificiū ɔtradicēte abbate:
2 & sic terra ecclesię libera est à ducib⁹ & regibus. qđ est no. ¶ † No. q nemo pōt facere molendinū vel clusam in fundo alieno. ¶ Sed nūquid qui facere cepit, cedit lucro domini soli. rñ. sic si dñs possidet: quia ędificator ędificauit noīe ꝓprio, & sic non habuit animū alium obligandi quo casu ędificium cedit solo quo ad possessionē & ꝓprietatē. sed si dominus nō possidet tūc ędificator hēt retētionem pro expensis nisi dñs velit ędificiū dirui de ɔdictio. in deb si in area. ¶ Not. q Papa ꝓnunciat esse minus iustā interlocutoriā quæ est ipso iure nulla. vñ est hic expressum q iniustè fit id qđ nulliter
3 fit. & sic iniustū dicitur etiā qđ nullū est: vt l. j. ff. de iniust. te. ¶ † No. q snīa lata à legato ī causa nō delegata ipso iure nō tenet, etiā si fit de consensu ꝓcuratoris prorogātis ¶ Oppo. d. l. iij §. falsus. rē ra. ha. vbi appellatio habetur ꝓ mādato. Sol. illud verū, quando appellatur ab eo qđ gestū est cū ꝓcuratore: sed hic excōicatio erat gesta cū ipso dño. Et idem esset in diffinitiua lata verbis directis contra dñm ex processu falsi ꝓcuratoris q appellatio dñi nō fingeret cō-
4 tulisse mādatum. qđ est no. dignū. ¶ † No. q in delegato excedente fines mādati sem p ɔstat de ñ iurisdictiōe: qa hoc ostēdit electio instrumenti: vt C. de ꝓba. l. ad ꝓbationē. & ff. de fideiuss. l. fideiussores magistratuū. §. j. & sufficit q hoc ɔstet ipsi iudici licet nō liqueat parti. ar. no. ff. de ꝓcu. in l. si procuratorē absentem. & est casus hic. ¶ Sed quid eōtra si cōstat partibus de iurisdictiōe vt qa prorogarunt. sed hoc iudex nescit vel cōsentit p errorē. rñ. valet pp cōsēsū partium: vt ff. de iud. l. i j. §. j. vbi est casus vnicus in iure. arg. contra ff. de cōdi. & demon. l. multum interest sed ibi in eo q substātiā capit ex ꝓprio aīo, hic ex alieno, & ex ipsa veritate. qđ est not. dignū.
5 ¶ † No. q procurator nō potest iurisdictionē ꝓgare de re ad rē: qa mādatū eius nō patitur hoc. nec de tpe ad tēpus. licet gl. ɔrium teneat nisi expediat domino propter temporis breuitatē. ¶ Quid enim si dies exitura sit, & actio peritura nisi ꝓcurator actoris prorogetdilationem. diē aūt solutionis prorogare nō potest: qa nō expedit dño: vt ff. de ꝓcu. l. ignorantis. & ff. de ver. ob. l. qui romę. §. callimachus. qa prorogatio solutionis hēt in se quādam donationē temporis intermedij. ar. ff. so. ma. l. si cōstante. §. quoties. & procurator constitutus ad litigādū & ɔtradicendū nō pōt donare: vt ff. de pac. l. sed si tm & l. cōtra iuris. §. si filius ¶ Necessaria aūt iudiciorū, & ea q sunt ordinis efficere pt: qa cui mādat aliqđ, oīa vident mādata q ordinant ab ipso vel ipm: vt l. ad rem mobilē. & l. ad legatū. ff. de ꝓ-
6 cu. cū si. ¶ Quero cū Ber. ad q extendat mādatū ꝓcuratoris? & dicēdū est q nō extendit ad ea de qbus nō fuit cogitatū, qñ fuit cōstitutus ꝓcurator: vt no. ff. de ꝓcu. l. oīum. & ff. q cuiuf. vni. l. itē eorū. §. sed si ita. & ēt ꝓcurator gnalis nō vř ɔstitut⁹ à reo ad lites nō excitatas: qa reus nescit sup quo deāt pulsari ar. C. de tēp. in integ. rest. l.
7 perēdę. ¶ † No. q nullitas ꝓcessus pōt opponi tpe allegationū etiā nō excipiēdo. đt hic Ber. q si ꝓcurator excedit fines mādati patiēte dño q piudicat dño. qđ est verū ī ꝓcuratore actoris: qa actus nō pōt geri sine cōsensu dñi: secus in ꝓcuratore rei q pt defendere inuitū & ignorātem. & hoc si ɔstat de nō mādato: sed si nihil apparet. dic vt in auth. qua ī ꝓuincia C. vbi de criē agi oportet vbi dř qđ fit
8 executio prio in defensorē & in subsidiū ɔ dominū ¶ † Gl. Ber. tāgunt hic incidēter aliqua & primò dicunt q nō tenet testimonia sup nō articulatis & bñ dicit Ber ꝓsertī qñ sunt ꝓhibita articulari. tñ in hoc est differētia: qa testes iurati sup tota cā pnt ēt sup nō articulatis deponere, dūmō faciāt ad cām sed nō sup ꝓhibitis articulari cū ēt iudex ieptū articu ū deāt ex suo ꝓprio motu repellere, nec pati qđ describat. ī actis: vt ff. đ iureiu l. si duo pšoni. §. iulianus. ver. nec pati. & hoc qđ dico de offi. iudi. nō reper t albi expressū ī tex.
9 ¶ † Quero nūqđ ꝓcurator possit renūciare exceptionibus? rñ. nō, qa talis renūciatio ē donatio. vt ff. đ nouatio. l. si qs delegauerit. sed bñ pt renūciare ꝓcessui exceptionū nisi sint liqdatę vel possint liquidari: vt C. de trāsac. l. ꝓses. & hoc verū qñ incūbit ꝓbatio excipiēti: sed si nō incūbit ꝓbatio, vt in mera negatiua, nunq ꝓcurator pt renūciare. ar. ff. đ mā. l. si qs ꝓ eo. nisi forte ī facto ꝓcuratoris cōsi-
10 steret exceptio: vt ff. nā. l. quintus in fi. prin ¶ † Quero cū Ber. nunquid per recōuētionē fiat prorogatio. dicit Ber. q sic: tamen addit vnum granū salis: sed si actor persistere velit in petitione. sed mihi videt q cū sit ɔstitū ius recōueniēdi nō posset actor resistere quin teneat aduersario rñdere sup mutua petitione. l. iij. q qui sq; iur. & l. si post mortē. ff. de contrata. ¶ Quero cū Inn. quomodo fuit admissa petitio abbatis cōtra comitē q nōdum ceperat ędificare: dicunt qdā q sup futuro qđ hēt iudiciū de pñti qđ non placet Inno. ex quo nōdū in alienū immittebat. ¶ Vnde licet comes fecisset apparatus ex res monasterij: tñ iō sub iudice lis esse nō poterat: qa cā proxima nō suberat. Dic ergo q aliqđ operis erat factū in re ipsa, vnde erat orta materia agēdi: & hoc est q dicimus q in ipso opere debet fieri nūciatio noui operis: vt ff. de no. ope. nū. l. de pupillo. §. ij. & debet esse opus cōiunctum rei. eo: ti l. i. §. hoc autem edictum.
11 ¶ † Quero cū Inn. nūquid sup futuris possit moueri lis? & dic vno verbo q nō, nisi qñ de futuris pōt peti cautio, vel satisdatio: vel qñ sunt ɔtracta pñtibus & ex eodē fonte: vt ff. de iudi. in omnibus. & l. nō queadmodū. & ff. qui satisd. cogā. l. inter omnes. ¶ Dicit lex qđ tractus futuri tpis nō pertinet ad iudicē: & verū dicit in vsuris quę veniūt officio mercenario cum nō duret post snīam: vt l. j. §. j. ver. quid enim. ff. de vsur. secus si venirent per annuā stipulationem, vt no. in l. j. C. de sen. quę sine certa quāti. ¶ Porro ad accessoria quæ rei cohęrent bene videt cōstiturus ut ad fructus. item ad ea quę cohęrent liti vt ad expensas. ar. eorū quæ not. ff. de ar. l. qa arbiter. & l. non distinguemus. §. de officio, Ber. & Innocen. hęc loquuntur de intellectu. l. iij. C. cōia vtriu. Et dicunt q cōsensus facit cōualescere snīam irritam & malè dicūt qa ibi snīa nescit ɔsensum loco fina-
12 lis causę: tamen ex cōsensu transit ius. ¶ † Quero cum Inno. nunquid generale rescriptū includat actiones ad vindictam? & vacillat more suo. ¶ Tu dic q claudit ciuiles non criminales, q natura sui exigunt plures iudices. vt de officio eius cui mā. est iurisdi. l. j. & ar.
13 l. non distinguemus. §. iulianus. & §. de liberali. ¶ † Vnū scias [a] qđ
a ꝓcurator pōt omittēdo piudicare dño. & sic plus pōt omissio q renunciatio. simile. ff. ad tre. l. facta. §. si quis bonorū. Vltimò nota q sentētia lata sup iurisd. ab eo qui nō habet iurisd. ex defectu rescripti nihil operatur.

ADDITIO.

a ¶ Vide Ias. in l. si mora. ff. sol. ma. dum accumulat multa ad illam regulam q grauius est delictum quod committitur facto quàm omittendo.

CAP. XXXIII.

1 *Processus totus potest committi parti vt custodiat vel vt portet iudici.*

Cum olim magister. Qui olim acta clausa relatiōe delegatiōis aperuit ipsorū violādo sigilla, ɔ illa acta nō dēt audiri. ¶ Casus. S. & B. super quadā pmutatione bñficiorū litigabant corā iudicibus delegatis, qui iudices retulerunt ad Papā mittēdo acta sub sigillo, & dicto. B. tradendo, vt ea portaret fideliter: q tacite itelligit q timēs de falsa relatiōe acta dissigillauit ne literas portaret curiæ, & inuenit q erat ibi falsa relatio. & sic dissigillata Papę pręsentauit. Papa nō audit eū super querimonia relatio-
1 nis: qa violauit acta quę non debuit aperire. ¶ † Not. q relatio dēt fieri sub sigillo. no. q totus ꝓcessus pōt cōmitti parti tā in custodia quā vt portet iudici. debet tamē ei cōmitti sub sigillo. & si qđ tāgeret, dēt puniri. Itē no. qđ dixi ī summario. ope q ille debeat pdere causam: vt ff. de fal. l. si quis obrepserit. ff. de iure fis. l. in fraudem. §. neq; instrumenta. Sol. hic nō commisit falsitatem aliquā in probādo, qa non mutauit veritatem in aliquo, sed duntaxat aperuit sigillando. & ideo minus peccauit q si falsasset aut rasurā fecisset. Idem Inn. vnde est quęstio vtrū teneatur crimine falsi eo qđ dissigillauit acta suę fidei & diligentię cmissa per iudices tangendo & aperiēdo.

do.ber.dicit ꝙ sic:qa vt ita dixerim sigillum authenticũ violauit in
quo consistit multum fidei & authoritatis ipsius relationis.& hoc
tenet ber.Sed Pe.dicit ꝙ nõ est puniendus pęna falsarij sed alia pę-
na arbitraria.Io.an.Bart.in l.j.in fi.de his quæ in testamento delen-
tur dicit,quod punitur hac pœna:quia contra illa pacta nõ põt obli
cere vt hic:& ista est pœna solius aperturæ episcopus Feltrẽsis de li
bro suo: quia vbi inuiolata est veritas ibi non committitur falsitas.
Not.quando partes eligunt iudices & papa proprio motu dat ter-
tiũ non potest recusari vt suspectus,nisi ex noua causa, quasi datus
ex inquisitione secundũ Ber.no.qđ qui offendit delegãtem verius
offendit delegatum.& not.istud aduerbium verius.¶ Item collige
hic quod sigillum non est de actis, cum hic acta ponãtur vt diuer-
sa.¶ Quæro cum Innocen. quid si non aperuisset acta, nunquid
posset opponere quod relatio esset falsa.Respõ.sic:quia hoc nõ est
producere scripturam actorum sed est quędã præsentatio ex par-
te superioris.vnde non videtur conferri quod ibi contenta sunt ve
ra secundum Inno.

CAP. XXXIIII.

1 *Actione negatoria agit ecclesia parochialis contra volentem ædificare in sua parochia.*
2 *Producens instrumenta causæ an præsumatur habere mandatum.*
3 *Cautio rati ad quid interponatur cum res de qua est controuersia,non recipiat æstimationem pecuniariam.*
4 *Impotentia duplex:scilicet iuris & facti.*
5 *Officium iudicis impendi non debet nisi petenti.*
6 *In cautione de rato nomine cautionis intelligitur fideiussor.*
7 *Cauere de rato an teneatur ille qui habet sigillum.*
8 *Procurator an offerendo cautionem rati debeat admitti ad protestandum si de eius mandato dubitatur.*
9 *Fideiussorem si quis non inuenit an stetur suæ iuratoriæ cautioni.*

COram. Delegatus qui solus põt procedere non
tenetur collegã admittere subdelegatũ:
licet collega sit impedimento detentus.¶ Casus.diceba
tur qđ papa Alex.concessit archipresbytero de pastino
ꝙ ædificaret ecclesiam in honore Agathæ virginis in parochia bea
tæ Mariæ:sup hoc fuit orta quęstio & tãdẽ decisa ꝓ dicta ecclesia:
pro parte dicti archipresbyteri fuit appellatũ,& impetratũ, ad ar-
chiepiscopũ Ferra.cui tandẽ fuit adiunctus vnus canonicus Bono-
niẽ.cũ clausula,ꝙ si ambo, Tu frater epe: canonicus impeditus
substituit aliũ loco sui quẽ eps admittere noluit,& sñiam confirma
uit:super hoc fuit delata querela ad papã, quia qui non potest in-
teresse per se,debet posse interesse per alium cum sit delegatus pa
pæ. Papa dicit ꝙ verbum interesse intelligitur per se:& ideo apud
epm no.iurisdictio resedit,& confirmat eius sententiã.h.d.¶ Not.
ꝙ verbum interesse,intelligitur propriè,& non fictè vt hic.& C.de
cadu.tol.§.ne autem.& ideo non subauditur per se,vel alium:quia
parum operaretur clausula.nã esset de valde raro contingentibus,
ꝙ non posset saltẽ per alium.Similis ratio no.ad treb.l.ex facto.§.
fi.¶ Alibi aũt hæc verba sic exponũt,neque ipse fecerit,neque aliũ
subrogauerit.vt C.de hære.insti.l.cũ proponas, sed alius est ibi ca-
sus.nam qñ testator dixit,si hæres non erit, intelligit neq; hæres e-
rit,neq; aliũ hæredẽ fecerit. Sed ibi est interpretatio extensiua fa-
1 uore vltimæ voluntatis.¶ †Quęro quam actionem intentet eccle
sia parochialis contra volentem ædificare in sua parochia aliã ec-
clesiã? Rñ.negatoriã:quia venit contra libertatẽ respectu rerũ.vbi
autem venit contra libertatem ecclesiæ respectu personæ.j.eccle-
siæ inquantũ vicẽ gerit personæ:quia diceretur ecclesia subiecta al
teri ecclesiæ,ageretur actione præiudiciali in rẽ.vt ff.de rei ven.l.j.
§.per hanc.& inst.de ac.§.præiudiciales.& Inn.in pluribus locis su-
2 per ista materia se inuoluit.sed hæc est veritas.¶ †Quæro [a] cũ Ber.
a vtrũ ille qui producit instrumenta causæ præsumatur habere mã-
datum.dicas ꝙ est semiplena pręsumptio,per quam admittitur cũ
cautione de rato & non sine cautione.text.est hic no.& no.ff.de ꝓ-
cur.l.non solũ §.si status.in iij.gl.& in spe.de accu.ver.sed pone.per
Inn.j.qui fi.sint le.in c.cãm.el.ij.sed gl.ac.in l.vlt.C.de pac.cõuen.
dicit ꝙ præsumitur habere mãdatũ:sed ibi loquitur in marito qui
habet quodammodo titulum in bonis parafernalibus.vel ibi con-
stabat ꝙ dñs dedisset illa instrumenta.& ideo videtur dedisse man-
datum ad agẽdum vt traditio instrumentorũ aliquid operetur:hic
autem non constabat.hoc tenet Io.an.¶ Quæro cui interponatur
hæc cautio rati?rñ.parti.vt l.si procuratorem absentem.in tex.Itẽ
iudici cuius interest ne ipsius iudiciũ elidatur.Io.an.dicit, ꝙ iudex
debet cedere iura parti.vt ff.de fur.l.si qs vxori.§.si fugitiuũ.& qđ
3 no.ff.de ar.l.litigatores.§.qđ ait.in glo.l.litigatoribus. ¶ †Quæro
cum Ber.ad quid interponatur cautio rati,cum res de qua est con-
trouersia non recipiat æstimationẽ pecuniariã?dicas ꝙ ꝓpter sum
ptus litis & interesse.vt no.ff.de procur.l.non solũ.§.si status.in iij.
gl.& in Spe.de accu.ver.sed pone.& per Inn.j.qui fi.sint le.c.cau
sam.el.ij ¶ Alibi dicit,ꝙ dẽt inseri pęna.vt ff.rẽ ra.ha.l procurator
ad exhi.§.fin.sed qñ res recipit æstimationẽ nõ tenetur qs se obli-
gare ad pęnã,nec ꝓmittere certã quantitatẽ loco interesse,de hoc
4 est gl.fin.in l.ij.in fi.ff.qui satis.cogã ¶ †Quæro, quotuplex sit im-
potentia?rñ.duplex.s.iuris & facti.Et si quidẽ quis impeditus de iu-
re non põt alteri cõmittere vices suas:quia nulla habet:sed si est im
peditus de facto.& tũc põt:quia delegatus põt subdelegare nisi ver
ba rescripti aliud sonent.de quo hic plenè.per Ber.¶ Tunc autem
aliud sonant,qñ clausula præfert ꝑsonã qđ est vbicũque ponit pro
nomẽ tu.vt tu Titius,tu frater epe.Idem si in rescripto sit clausula
appellatiõe remota.qa ꝑ subdelegatũ alterata est clausula.& ideo
non tenet delegatus admittere subdelegatũ collegę.& ita debet in
telligi qđ hic no.Io.an.in nouel.¶ Quæro cũ Inn. nunquid super
confirmatione sñiæ possit ferri sñia neutra parte petente?rñ.non
5 s̃m Inno.†Nã regula generalis est,ꝙ officiũ iudicis nõ debet im-
6 pẽdi nisi petẽti.vt ff.de dã.inf.l.iiij.in §.hoc iudiciũ.¶ †No in cau
tione de rato noĩe cautionis intelligi fideiussorẽ: sed cũ fideiussor
debeat esse idoneus pro rei qualitate.vt l.ij.in prin.ff.qui satis.cog.
quomodo põt esse idoneus in re quæ non recipit æstimationẽ.rñ.
s̃.rñdi:qa hic debet esse idoneus respectu dãnorũ & interesse.sic.ff.
de proc.l.pomponius §.sed & is.in gl.¶ Hæc enim est natura stipu
lationis rati vt cõmittatur ad id ad qđ cõmitti põt: vt plenè no.ff.
de iureiu.l.alias.No.hic qđ clericus ita tenetur satisdare sub fideius
soria cautione sicut laicus.aliud de iure ciuili not.in l.j.qui satisd.
cog.vel dic ꝙ etiam de iure ciuili clericus tenetur satisdare si venit
noĩe alieno,nisi veniat ex necessitate officij:secus si ꝓprio.& hoc
7 placet Io.an.¶ †Quæro cũ accur.vtrũ ille q hẽt sigillũ,teneat caue
re de rato? & dic qa aut illud sigillũ est ex cõsuetudine ordinatũ ad
causas,& nõ tenetur cauere:aut nõ apparet,& tũc sic: qa per illud
sigillũ nõ exprimit qualitas intentionis dñi,vt no. ff.de procur.l.si
ꝓcuratorẽ absentẽ.& vide qđ no.Bar.ff.de fideius.l.Lucius.¶ Sed
qd si habet literas sigillatas.rñ.hoc sufficit si sigillum est notũ:alias
non.vt no.C.de epi.& cle.l.si qua per calumniam.& C.de pac.l.pa
cta nouissima.puto ẽt ꝙ altera debeat esse nota nisi sigillũ esset au-
thẽticũ:qa tunc parẽ vim habet cũ instrõ publico.de his aũt q pos-
sent opponi contra sigillũ,plenè legi.& no.j.de fi.instr.c.inter dile
8 ctos.†¶ Extra quæro vtrũ ad ꝓtestãdũ debeat admitti procurator
de cuius mandato dubitatur offerendo cautionẽ rati rñ.sic, si pro-
testatio tendit ad iudiciũ,vt ff.de procu.l.qui absentẽ.nã qui ꝓte-
statur,partibus actoris fungitur,vt ff.de euic.l.si res quã sed si pro-
testatio tendit ad dandũ,vel soluendũ,oportet ꝙ offerat instrumẽ
tum mãdati.vt ff.depositi.l.si qs inficiatus.qa in hoc præcisè debet
cõstare de mãdato,vt no.ff de ꝓcu.l.nõ solũ.§.qui alieno.¶ Quæ-
ro de quo foro debeãt esse fideiussores?rñ.de eodẽ foro:& debent
possidere immobilia.vt no.ff q satis.cog.l.sciendũ.in auth.de exhi.
9 reis §.suscepto.& C.de principib' agent.in rebus.l.fi.li.xij.¶ †Quę
ro quid si non inuenit fideiussorẽ, vtrũ stetur iuratoriæ cautioni?
rñ.qñq; petit qs se admitti ad aliqđ officiũ, vel ad aliquã facultatẽ
vltra quam debeat admitti:vbi requiritur fideiussor:& tũc nõ suffi
cit iuratoria cautio vt in tutore. pręcisè enim oportet ꝙ satisdet.
vt C.de tut.& cur.q satis.non ded.l.fi.qñq; quis vult se excusare ab
aliquo onere cui nõ se ingerit:sed inuitus ꝓuocatur:& tũc sufficit
iuratoria cautio.vt no.in l.j ff.qui satis.cog.& C.de epi.& cle.auth.
gñraliter.qñq; quis petit se admitti ad id qđ sibi debetur & vsufru
ctuarius,& tũc etiã sufficit iuratoria cautio nisi persona esset suspe
cta de dilapidatione.vt ff.si cui plus q̃ per l.falcidiã.l.cum nõ faci-
le.§.fi.& no.in l.v.C.de vsufru.Alij dicunt contrariũ: qa hæc satis-
datio remitti non põt.vt no in l.j.C.de vsufr.Sed prima opinio ve-
rior est nisi dñs vellet satisdare vsufructuario de præstãdis ei reddi-
tibus retenta possessione.vt C.de secun.nupt.l.hac edictali §.his il
lud.¶ Etiam not.bene illum tex.vbi ẽt dicitur in verbo, omnibus,
ꝙ in omni cautione debet adiici hypotheca.quod tene menti.

ADDITIO.

a ¶ Vide Roma.sin.dclxij.al.dclxxvij.& Cepo.cons.xj.co.iij.adde an ex eo ꝙ quis habet instrumenta causæ videatur procurator Ro.consi.ccccxlvj.

CAP. XXXV.

1 *Locus mutatur propter graues inimicitias.*
2 *Testificari an possit socius in causa socij.*
3 *Quæstio si sit inter duos canonicos vtrum alius canonicus possit esse iudex.*
4 *Iudex qui non potest cognoscere de causa an possit alij committere.*

CVm R.canonicus. Locus ad quẽ reus
securè nõ potest ac-
cedere,& canonicus in causa canonici delegatus poterit
vt suspectus recusari.¶ Casus quidam canonicus contra
quendam laicũ ciuem Ianuæ impetrauit præpositũ sancti Domini
in iudicẽ delegatũ: qui præpositus faciebat residentiam in ciuitate
Ianuę,ad quã dictus laicus nõ poterat accedere propter multas &

graues inimicitias ciuitatis suę: papa considerans ꝙ non debet co
gi ad coparendum in loco suspecto. dat de gratia speciali dicto im
petrāti ꝙ exceptis canonicis quos altera pars merito posset habe
re suspectos in ciuitate, vel diœcesi Ianuensi in qua sunt multi viri
prouidi, iudicem eligat, qui authoritate papę appellatione remo-
ta dirimat iurgium quęstionis in loco. s. non suspecto intra ciuita-
tem, vel in diœcesi. ¶ No. ꝙ quando iudex causę facit residentiam
in loco suspecto, reus potest eius auditorium declinare quando
citatus est ad locum, vel ad locū loci residentię vbi pullulant ini-
micitię, & non perfunctorię. vt ff. de ar. l. licet. ¶ No. ꝙ eligi potest
quis de loco suspecto, sed non quòd cognoscat in loco suspecto.
1 ¶ † Not. qđ propter graues inimicitias mutatur locus. facit. ff. ad
treb. l. de ętate. Nemo enim debet se obijcere gladijs. vt in cle. pa-
storalis. de re iu. & hoc verum nō solum propter singulares inimi-
citias, sed propter generales ciuitatis, vel loci. facit ad no. de cle. nō
resi. c. j. li. vj. & ff. qui ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. adeo. ¶ No. ꝙ
papa dat potestatem eligendi de incerta persona: nam secuta ele-
ctione papa videtur illum elegisse. vt ff. quod cuiusque vni. no. l.
item eorum. §. si decuriones. & l. cum quidam. §. j. ff. de reb. dub. &
l. cum esset. de serui ru. prę. & facit ad quęstionem de eo qui est ele
ctus solum ad nominandū procuratorē, ꝙ valeat ꝯstitutio, & no-
minatio. de hoc not. in l. j. ff. de procura. per accur. sup hoc. c. sunt
tres glo. j. gloss. quęrit obijciēdo. nā videtur ꝙ papa non sit iudex
laici: ergo non potest contra laicū delegare. vt l. C qui pro sua iu-
risdi. gloss. tripliciter soluit. primo ꝙ erat causa ecclesiastica. scđò
ꝙ laicus noluit excipere de non iurisdictione. tertiò ꝙ forte tali
erat consuetudo. nam per cōsuetudinem iurisdictio ꝓrogatur. v
ff. de testi. l. iij. §. fi. vel dic quartò quòd vtraq; pars supplicauerat
2 papę, sed non determinato modo. ¶ † Secunda gl. opponit quod
socius in causa socij potest testificari. vt in aut. de monachis. §. co
gitandū. nam fratres potest esse testis pro fratre cum non reperiat
prohibitus. respondet glo. quod aliud in teste, aliud in iudice dele
gato: quia facilius inueniuntur iudices quā testes. sed contra glos.
facit quod no. ff. de arbitris. l. quin etiam. vbi gl. dicit ꝙ potest esse
iudex delegatus: qa vice fungitur delegantis. ¶ Sol. illud est verum
nisi recusetur vt suspectus. vt no. in Spec. de iudi. delegato. §. sup-
est. ver. itē si est maritus, dicit Ber. quòd criminosi possunt esse iu-
dices, sed non testes. Ber. dicit Ber. quod propter consimilem cau-
sam adiūgitur iudici alius, & testis repellitur. semper intellige si re
3 cusetur vel opponatur. ¶ † Quæri glo. si quæstio est inter duos ca-
nonicos vtrum alius canonicus possit esse iudex. ¶ Respondet ꝙ
sic: qa parilitas affectionis remouet suspitionis pręsumptionē. vt l.
nō solum. §. de vno. ff. de ritu. nup. Pari enim fędere cōiuncti sunt
& adinuicem fraternizant. ¶ Venio ad vltimam gl. dicitur hic ꝙ
actor eligit locū, & ampli⁹ ꝑsonā de loco puta de ciuitate vel dię
cesi. certe de loco est satis rationabile. vt ff. de eo qđ certo loco. l.
nō vtiq;. sed non est ita de persona. vt ff. de iudi. l. obseruandū. Vn-
de quod hic dicitur, est de gratia: & in istą cōclusione stat ſm Inn.
4 ¶ † Quæro vtrū iudex qui non potest de causa cognoscere, possit
alij committere? breuiter dic ꝙ aut est impeditus impedimēto iu
ris, & non potest: aut facti & potest. & in ista decretali non com-
miserat alteri. potuisset enim ante obstātiam exceptionis; sed nō
postea: qa citando ad locum inimicitiarū fecerat se suspectū. Bal.

CAP. XXXVI.

1 *Libellus disiunctiuus an & quando admittatur.*
2 *Confiteri an videatur se excommunicatum qui dicit sententiam excommuni cationis nullam: quia lata est post appellationem legitimam, non tamen probat.*
3 *Agens de nullitate probando iustitiam absq; nullitate an mereatur victoriam.*
4 *Sententia excommunicationis an in dubio pręsumatur lata ante appellationem vel post.*

CVm contingat. Delegatus cui mandatur
ꝙ absoluat illum qui se
excōmunicatum dicit iniustè, debet ipsum absoluere
iuxta formā ecclę anteq̄ ꝓbationes recipiat de iniu-
stitia. sed si mādat ꝙ denunciet excōicationē nō tenere ꝯperto de
nullitate prius super nullitate dēt probationes recipere. ¶ Ad eui-
dentiā p̄mittendū est ꝙ interdū excōicatio dicitur nulla, puta: qa
lata post appellationē legitimā, vel propter intolerabilē errorē ex
pressum: qa tunc impetrās negat se excōicatū, nō debet absolui:
sed prius cognosci. & si apparet ꝙ sñia sit nulla, dēt ꝓnūciari nō
esse ligatū. Et rō huius ordinis est: qa iste non petit absolutionē. vt
ff. de ver. obl. l. decē. ¶ Si vero quis petit absolutionē, & hoc dupli
citer. aut ꝙ dicit se excōicatū iniustè, & tūc dēt absolui p̄stita cau
tione de stādo iuri: & ea p̄stita admittātur ꝓbationes vtriusq; par
tis, p & contra. ¶ Si aūt dicit se excōicatū, & nō dicit iniustè, tunc
dēt absolui p̄stita cautione de parēdo mādatis ecclesię. nec est hic
disputandum de probationibus: quia q petit absolui expressè vel
tacitè, vr̄ ꝯfiteri se ligatū. vt. C. de re iudic. l. ad solutionē. ¶ Casus
satis patet ex istis euidētialibus. ¶ Modo opponēdo quęro cū Ber.
nam cū sentētia excōicationis sit iterabilis, & potuit ferri post ap-
pellationē; & ante: ergo parū prodest ꝓbare qđ post. Rñ prodest
excōicatori ꝓbare quod ante ſm Ber. dicas ꝙ non pręsumitur itę
ratio: qa facta non presūmūtur. vt no. Iac. bu. in. l. ij. C. de erro. ad
uo. ¶ Quęro cū Ber. quid si eps ꝓbet ꝙ ante vocē appellationis
emissa altera probet post supposito quòd partes confiteantur ꝙ
vna vice tantum fuit interposita appellatio quę probationes sint
meliores? dicit Ber. ꝙ illę quę factę sunt per plures & meliores te-
stes. Berñ. Dicit Ber. ꝙ c. cum tu. j. de testi. quod loquitur de con-
cordantia testium. habet locum in pari numero non in dispari. &
est gloss. multum sing. Idem Inno. & addit ꝙ licet testes sint con-
cordandi testibus: tamen secus in confessione & testibus. Innocē.
qđ est notandum. dicit Ber. ꝙ non debet aliquis admitti ad proban
a dum [a] id quod probatū non ꝓdest. & iō dēt iudex ante oīa exami-
nare capitula quę quis indendit ꝓbare: & si dubium sit, dēt iudex
inter loquēdo protestari, ꝙ nō admittit illū ad probandū nisi de iu
re debeat admiti, & hoc tpe disputationum examinabitur. ¶ Ista
glo. Ber. est valde sin. & vide qđ no. s. de elec. c. bonę. p Ioan. an. de
ap. recipiē. l. antepe. per. Bar. & per eūdem in l. si qñ. de leg. j. & l. iu-
dex. de re iu. dicit Ber. in vlti. glo. ꝙ in sentētia excōicationis etiam
post absolutionē quęrit de causis. & assignat rationes. & no. gl. ꝓ-
cipue cōtra iudicē qui excōicauit iniustè, ꝙ licet absoluit, tñ facit
1 litē suā in dānis & interesse. tene mēti. ¶ † Demū no. in capitulo ꝙ
admittitur probatio iudicis ad iustificandū processum suum. dicit
Inno. qđ libellus disiunctiuus nō admittit, nisi qñ actor scire non
pōt quid eligat. Inn. & ponit vnum exēplū valde notabile in quo
iustè ignorat tp̄s excōicationis: qa forte executor fecit priuare, &
scire nō pōt qñ ante appellationē vel post. nā tūc admittit rescri
ptū alternatiuū ſm Inn. qđ est no. dignum. dicit Io. an. ꝙ non pro
cedit iste copulatiuus libellus, dico sententiā nullā & iniustā: qa co
pula cadens inter incōpatibilia inducit perplexitatem. ¶ Idem ait
ꝙ libellus potest concludere alternatiuè sub diuersis cōditionib.
vt dico sentētia nullā: & si forte in ꝓbatione nullitatis defecero, di
co eam iniustā: & tunc iudex in sententiādo debet assumere alteri
mēbrum prout ex actis constat esse probatū: nō autē debet iudica-
re alternatiuè vel cōditionaliter ſm Io. an. qđ est notabile & mē-
ti tenendum. dicit Io. an. ꝙ si peto confirmatione sententię, aduer
sarius meus non pōt petere infirmationē, nisi incidēter ad hoc vt
nō ferātur cōtrarię sententię. Inn. postea dicit, ꝙ imo per modū
reconuentionis: qa ibi nō pōt esse cōtrarietas, cū vna sentētia de
beat terminari. dicit Inno. ꝙ in causa appellationis non est neces
se offerre libellū: quod est verum sup actione veteri: sed bñ est ne
cesse offerre super infirmatione ꝙ alias lis est vt no. ff. de procu. l. q
proprio §. itē quęritur: nā cū lis debeat cōtestari pręsentibus parti-
bus: ergo libellus debet offerri. & est expressum. C. de app. l. si qs li
2 bellos. ¶ † Quęro cū Inno. quidā dicit se excōicatū post appella-
tionē legitimā: & sic dicit sententiā nullā, tñ nō ꝓbat ꝙ post nūqd
remaneat ꝯfessus super excōicationē? & sentit Inn. ꝙ sic. & ex quo
non ꝓbat de nullitate, debet excōicationē seruare. ¶ In contrariū
vr̄ ꝙ ista non est confessio simpliciter, sed qualificata: & una ora-
tione cōplexa ita, ꝙ nō pōt diuidi. vt no. C. de excep. l. si qdē. & ff.
de ope. lib. l. si ita stipulatio. Ego addo subtiliorem rationē. nā pos
sunt esse duę sententię, vna ante & alia post: & sic ille qui confitet
de post, de alia sententia confitetur non de ea quae habet litigare.
& certū est ꝙ ꝯfessio facta super vno qđ potest esse ab alio diuer-
sum, non inducit ꝯfessionē super alio. ar. C. de proba. l. matrē tuā.
ff. de neg. gest. l. cū actū. ff. ad treb. l. eū q nouissimus. ¶ Si autē non
essent in libello illa verba, post appellationē legitimā: sed simplici
ter intētatur nullitas sine alicuius tēporis distinctione, tunc posset
saluari dictū Inn. qa cōfitetur factū: & licet neget ius, tamē ex legis
dispositione illud ius est facto cohęrēs, & ī separabile ab ipso: & iō
sponte cōfiteretur factū: sed inuitus cogitur ad cōfitēdū ius. & no.
ista verba; qa sūt subtilia. dicit Goff. ꝙ hęc positio, dico me nō ex-
cōicasse post appellationē, vel dico illū non appellasse ante sñiam
excōicationis tota est affirmatiua. s. se prius excōicasse vel illū post
sentētiā appellasse hic ē sensus verborū Io. An qđ no. Dicit Hosti.
ꝙ inuito reo excipiente iudex nō pōt cogere vt rñdeat saluo iure
suo. ꝙ si facit dat, cām appellandi nisi ꝯ excipientē pręsumat, vel
sit ꝓbabile dubiū. vide qđ no. in l. nā & postea. in prin. ff. de iureiu.
per

ADDITIO.

a ¶ Non debet aliquis admitti ad probandum id quod probatum non rele-
uat. intellige hoc vt hic pulchre p do. An. pomū qui quasdam notabiles de
cisiones hic per ipsum relatas concludit qđ quando probat aliquid saltem
licet minimum adminiculum præstaret istud deducet inter cętera ex eo ꝙ
dicit Bal. in l. cum virum. in j. nota. C. de fideicom. vbi dicit ꝙ positio quæ
parum facit ad factum impertinens reputatur & debet admitti. & vide Cur
tium consil. lxx.

per Accur.dicit Host.ꝙ si iudex dicat,nō admitto nec reprobo,ꝓcedatis:qđ si quidē exceptio est præiudicialis,vel talis q̃ si nō expediatur per interlocutoriā iuris ordo puertit, & tūc oportet qđ expediat̃ prius q̃ ad alia procedatur.vt ĵ.de iud.c.exhibita.& no. ff.q sa.co.l.arbitro Si aūt sit aliqđ qđ multū depēdeat ex mero iudicis officio,vt an sit rñdendū positioni,vel interrogationi,vel an testis ꝓduci debeat & similia,ĩ talibus pōt dicere iudex ꝓcedatis saluo iure vestro ſm Host.& Io.an. quę verba sunt multū notanda.ꝓ hoc
2 ff.de dā.infe.l. prętor.§.si cōtrouersia.dicit Io.an.ᵃquòd hodie sic seruatur in articulis & interlocutorijs: qa ad lites abbreuiādas admittūtur saluo iure impertinētiū & nō admittēdorū &c.Io.an. qđ est verū nisi positio sit à iure remota.vt ff.de iureiur.l.si duo patroni §.idē Iulianus. vel nisi positio sit captiosa: vel aliàs repellēda. vt no.co.l q iurassē.§. si pater. & l si à te.ĩ prin.de exce rei iu.& hic cōstat ꝑ allegationes legū: vel sit positio de eo qđ sopitū.est.vt no.ff.
3 de condi. inde.l. Iulianus. in prima glo ¶†Quæro cū Inno. nūqđ ille qui agit de nullitate, probādo iustitiā absq; nullitate mereatur victoriā.dic qđ non qa nō est ad hoc aptus & modus agendi sēp inspicitur.vt not.iij. q. vj. hęc quippe. ¶Sed econtra ille qui dicit sententiā iniustā,vincit sup nullitate.vt no.C.q̄n prouo.nō est necess.l.j. ¶Sed illud intellige in appellatione: qa per eā rescinditur omne grauamē,& oīs timor grauaminis tā iuris q̃ facti.melius tñ est in dicto casu nō principaliter ꝓnūciare de nullitate: sed incidēter hoc modo:pronunciamus supuacuè appellatū,cū sententia sit ipso iure nulla.vt ff.de ap.l.si ꝯstat. nā super appellatione oportet ꝓnūciari.vt ff. de iud.l. de qua re,vel dic melius qđ pōt pronūciare super nulitate principaliter.Nā tacitè hoc includit quod appellatio sit supuacua.& ista sunt ęqpollentia.ergo &c.vt no.C.de sēn.& interlo.l. pręses. ¶†Quero nunquid in dubio snīa excōicationis
4 presumatur.lata ante appellationem, vel post.respō.in dubio reus est fauorabilior.qa de obligatione debet constare vt magistraliter no.in.l.eum actum ff de negot.gest.& per Bar.ff.de no.ope.nun.l. non solum.§. sed vt probari. ¶Vel dic quòd pręsumitur aliquid legitimè factum. vt no. ff.de leg.iij.l.cum pater.§.rogo filia.quod tene menti.

ADDITIO.

a ¶Vide.d.Vitalem de gambanis in suo solenni tracta.clausularum qui habetur in formis colum.iiij.ver.clausula saluo iure &c.

CAP XXXVII.

1 *Subdelegari potest per delegatum principis causa suspecti,licet sit mixti imperij.*
2 *Alienatio interdicitur coadiutori: & idem de visitatore dicitur & de eo qui habet commendam.*
3 *Spoliatus non potest inquiri nisi primo restituatur ad mobilia & immobilia & fructus:& ad plenam & pacificam possessionem.*
4 *Remoueri potest vt suspectus ille qui non potest administrare.*
5 *Dilapidator notorius si spolietur an possit petere se restitui:& an ratione dilapidationis possit quis remoueri ab administratione spiritualium.*
6 *Remoueri an possit tanquam suspectus prelatus si nondum cępit ministrare.*
7 *Alienare res subiacentes periculo an possit is cui interdicta est alienatio.*
8 *Dilapidator quis dicatur.*
9 *Pater qui prodigaliter vtitur bonis aduētitijs filij priuari debet administratione.*

gnitatis, non transit. Si aūt expresso aut per prius trāsit, aut per po-
sterius, & non trāsit: qa verba semper accipiēda sunt per prius & nō
per posterius. l. si seruus. cōis. de stipu. ser. & ff. de vul. sub l. qui libe-
ris. §. hæc verba. aliquādo ex pluribus dinumeratiōibus nō augetur
effectus. l. j. in fi. ff. de do. præle. & hoc qñ tendūt ad eūdem effectū:
sed si ad diuersum oratio dēt intelligi per prius non ꝑ posterius. l. si
seruus cōis. de stip. ser. ¶ Opp. & videtur ꝙ vno mortuo, vel in re-
motis agente penes alterū resideat tota iurisdictio. vt l. j. ff. de off.
consul. ¶ Sol. hic in delegatis, ibi in ordinariis. nam delegata iuris-
dictio est extraordinaria & quodāmodo odiosa: & ideo facilius an
nihilatur. ¶ Quæro de tali dubio, florētini habent duos officiales:
vnum simplicē alterū cū pleno arbitrio iuris & facti ĩ certis specie
bus maleficiorum, nūquid est istis speciebus possit se intromittere
5 re integra ille simplex & generalis? rñ. scias qđ † tunc species dero-
a gat generi: qñ [a] euellitur de ipso sicut particula separata à toto, vel
sicut vna ouis remota ab ouili. ¶ Sed qñ species apponitur gratia
coadiuuandi, vel supplēdi, genus, tunc nō derogat generi, etiā si ex
tra ordinē ꝓuideat. vt no. ff. de rei vē. l. j. §. per hanc. & ideo videtur
qđ officialis generalis etiā in dictis speciebus ponit suā iurisdictio
nē exercere, & ꝓuenire in puniēdo scđm ordinariā formā statuto
rū. Sed si aliqd per gratiā vel ambitionē faceret, tunc qui habet ar-
bitriū posset plus punire s. ĩ eo qđ omissum est C. de spor. l. ij. & qđ
no. per doc. C. de test. l. nullā. qđ non dicerē si plenè esset punitus. vt
ff. de accu. l. senatus cēsuit. & puto qđ posset supplere ex eisdē actis
qa vna iurisdictio coadiuuat alteram quod ergo in delegatis ad vni
uersitatem causarū, vel in duabus foraneis vicariis simul ab episco
po constitutis in certo loco, dicūt quidam quod iurisdictio durat
in superstite: quia similes sunt ordinariis. & ad hoc facit quod not.
in l. si vni ff. de re iu. ¶ Sed ego dico quòd similes sunt arbitris quā-
tum ad hunc articulum. vnde non valet sententia vnius: quia non
vt recipit sententiam dixit. vt ff. de arb. l. pedius. in fi. copula enim
posita inter dilectos inducit inter eos participationem officij, sed
non soliditatem in persona cuiuslibet. vnde per concursum in of-
ficio faciunt sibi partes supra eo prudentiam. vt ff. de proc. l. pluri-
bus. & hic. ¶ Et not. circa ordinarios quod quidam habent iurisdi-
ctionē eiusdē tituli: & si quidē solutè loquitur illa lex prima de offi
cio cōsulis. Si aūt cōplexiuè, vel tanq̄ numerus vt duo, tres, & simi-
lia, idem in eis ꝙ in delegatis. vt ff. de re iud. l. inter pares. Si vero
ordinarij habēt se nō vt pares, sed vnus est maior altero, refert aut
ille maior est maior & concurrens in potētia, & tūc ꝓueniēs est po
tior nisi talis superior habeat potestatē destituendi inferiorē. vt l. j.
C. de offic. prefec. vrb. ¶ Iste eñ dicitur ꝓpriè subalternari, qui pōt
destitui, aut vnus hēt iurisdictionē ordinariā, alius delegatā à prin-
cipe: & tūc species delegata derogat ordinarię potestati. vt ĩ. titu. j.
studuisti. ¶ Et vnū scias qđ qñ plures sunt deputati diuersis territo
riis, & vnum territoriū nō est subiectū alteri, quilibet in territorio
maior est etiam si vnus archidiaconus, alter patriarcha. vt elegan-
ter no ff. de manumis. l. apud eum. & l. ex ea. ff. đ postul. ¶ Quęro de
tali dubio, duo fuerūt electi & ꝓpter discordiā elegerūt tertiū; iste
tertius decessit, nūquid possint eligere aliū loco sui. & videt̄ ꝙ nō:
qa ꝯpromissum euanescit per mortē vnius arbitrorū. & qa ex quo
semel elegerūt, cōsumpta est eligēdi ꝓtās. ff. de ꝓc. l. si is qui stichū.
¶ Sed contrariū dico ut in c. cū plures. ĩ. e. li. vj. tñ qa iste tertius est
similis delegato, tū qa res nō est extincta quę ad formam suā reuer
titur. ar. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret ver. quod & in spe-
6 cie dotis. ¶ † Quæro cum iurisdictio sit qd indiuisibile ex eo qđ est
qd incorporale, & sic nō possit diuidi per terminos signabiles, nec
ꝑ terminos intellect⁹, quare vno delegatorū mortuo nō accrescit
alteri? Rñ. diuisio qñq; accipitur pro corruptione. vt ff. de ver. ob.
in executione. ĩ. de prębē. c. maioribus. qñq; qa quęlibet pars repręs
sentat in se esse rei s̄m quid & hoc modo nō diuidit̄ iurisdictio ni
si diuidatur mediāte territorio in quo possunt assignari termini di
stinctiui circūscribentes & diuidentes: sicut est quādo feudatarij di
uiderent inter se quoddam castrū qđ haberet iurisdictione. vt not.
Bar. in d. l. si vni. de re iudi. nā barones illius castri bene possunt in-
ter se diuidere licet secus sit in dignitatibus regalibus: sicut est dux,
Marchio, comes: vt ĩ c. i. §. preterea. de ꝓhi. feu. alie. col. x. princeps
7 tñ bene posset ipsa diuidere. ff. de assessoribus. l. si eadē. ¶ † Quęro
b vtrū seruitus sit [a] magis annexa fundo q̄ iurisdictio territorio? & vi
detur quòd nō: sed nō sunt paria. In cōtrarium videtur, qa seruitus
nō pōt esse sine fundo: & ideo seruitus seruitutis esse non pōt. nā se
cunda seruitus non esset in fundo. sed in quodā intellectuali & tota
liter incorporeo. sed iurisdictio potest esse sine territorio sicut pōt
vnus rex habere iurisdictionē in aliqua parte territorii alterius re-
gis. ¶ Modus ergo essendi seruitutis est modus annexionis: sed mo
dus essendi iurisdictionis est modus dominādi & quoddā quid ma
gis abstractū quod intellectu & potestate percipitur. vtrūq; tamen
quasi possidetur sed varijs considerationibus. vt s̄. de offi. Archi. c.
8 dilecto. ¶ † Itē nō est inconueniēs dicere ꝙ iurisdictio iurisdictio-
nis esse pōt: vt si habens iurisdictionē directā concedit alteri vtilē:
vt in feudis. sic & vtile dñium est quędam inferior proprietas: nūq̄
aūt quis propriè loquendo vocabit seruitutē vtilem proprietatē:
imo incōpatibile est ꝙ eiusdē rei quis habeat proprietatē & seruitu
tem: qm̄ res sua nemini seruit. vñ distinguūtur ab inuicē per modū
oppositionis. ¶ Item pōt diuidi diuidēdo territoriū. vt l. non satis.
§. j. ff. quēadmo. serui. amit. ¶ Itē diuidendo vasallos. vt C. commu-
9 nia vtriusq; iudicij. l. possessionū. ¶ † Itē diuidēdo tēpora. vt ff. de
vsuf. l. quoties. sola aūt fructuū diuisio non diuidit iurisdictionē in
sui essentia. ar. ff. de le. ij. l. gaius. l. j. C. de sac. sanc. ec. l. iubemus nul-
li. Barones appellantur potētes habētes iurisdictionē qui in Lom-
bardia appellantur magni castellani, habētes verò in feudū castel-
la bene possunt ea diuidere. vt ĩ c. oēs filij, si de feudo controuersia
fuerit. col. x. & multo fortius si recognoscāt se dominos ex ꝯsuetu
dine dominādi & nō in feudū. dico ergo ꝙ iurisdictio delegata nō
pōt diuidi qa nō habet in se territoriū. ¶ Ordinaria autē iurisdictio
potest diuidi per tribunalia. Item potest distingui per superius &
inferius vnde distinguitur ad inuicem per modum oppositionis.
¶ Si ergo queris quare vno delegatorū mortuo non accrescit alte-
ri. rñ. qa non stat sine socio propter formā mādati: nam qđ a pluri
bus fiendū est ab vno fieri nō potest. ¶ Et no. qđ iurisdictiones de-
legatæ sunt personales. sed ordinariæ sunt reales vt territorij solidi
tate

ADDITIONES.

a ¶ Vide scripta per Alex. post Ioan. de Imo. & ibi etiam alii Moder. in l. Ti-
tie textores. ff. de le. j.

b ¶ Vide Cepo. in trac. de seruitutibus. colum. xiij.

tate firmantur.vt l.vlti.C.vbi & apud quos.tamen non transmittũ
tur nisi ex pacto vt quotidie facit Papa in vicariatibus quos conce
dit tyrannis,vel ex vtili dominio.ff.de serui.le.l.pater.§.j.Bal.

CAP. XLIII.

1 *Subdelegare potest subdelegatus Papæ.*
2 *Delegatus ad prędicandum crucem, vel ad dispensandum cum irregularibus, vel ad pęnitentias iniungendas, non potest alij subdelegare.*
3 *Dictio tu, est pronomen demonstratiuum: sed non est arctatiuum nisi esset geminatum.*
4 *Prędicandi officium & docendi populum & corrigendi & excommunicandi & absoluendi non potest expediri per subdelegatos.*
5 *Inquisitionis officium an subdelegari possit.*
6 *Causę cognitio vbi interuenit, non est iurisdictio sed aliud officium.*
7 *Industria personę quando dicatur electa.*
8 *Transire ad successorem quæ dicantur.*

1 QVoniam apostolica. † Subdelegare
potest subde-
legatus Papę licet sit datus ex officio, vel partiũ cõsen
su,vel cũ clausula qđ si nõ oẽs,tamen cũ altero &c.Idẽ
põt cõsentiẽtibus partibus ¶ Not.ꝙ vbi princeps,vel lex cõcedit
aliqd alicui videtur permittere illã ptãtẽ in aliũ transferri . vt ff. de
pec.l.diffinitio.vbi est tex.no.& est ar. ꝙ vicarius episcopi si opor
tet eũ abesse,possit aliũ vicariũ ponere loco sui.qđ non credo: qa
nec assessor.Nã intellectuales formę vt sciẽtia,& virtutes nõ trãse-
unt de subiecto in aliud subiectũ.Itẽ nec is cui cõmittit negociũ ꝑ
sonaliter exequẽdũ fallit in duob⁹ casib⁹:secus si tibi cõmittit nu-
dũ ministeriũ.Io.an. ¶ In hoc.c. ponũtur quatuor qõnes,& quatu-
or responsiões.primò quærit si vna pars petit vnũ iudicẽ,alia aliũ,
& Papa dat tertiũ simul cũ illis duob⁹,vtrũ ille terti⁹,possit etiã in-
uitis partibus subdelegare cuidã alteri vices suas ? & rñdetur ꝙ sic:
qa ei cõceditur à lege beneficiũ qđ Papa nõ credit eidẽ abstulisse.
¶ Secũdò quæritur si eps est delegatus cũ collegis sub hac forma,
si non oẽs poteritis interesse,tu frater epe cũ altero exequaris : an
possit eps alteri subdelegare? & rñdet ꝙ sic , & tũc sine sudelegato
ipsius epi reliqui duo procedere nõ valerent. intellige tñ ꝙ si essent
discordes,valeret snĩa duorũ. ¶ Tertiò quęritur,si ille cui manda-
tur in lrĩs ꝙ principaliter causę possint de ꝯsensu partiũ alteri sub-
delegare. rñdetur ꝙ sic: qa hec forma intelligit præfixa fauore par-
tiũ & ideo partes possunt eã ampliare: secus si esset apposita fauo-
re ecclesię vt Papa mãdauit inquisitionẽ fieri ꝑsonaliter de ꝑsona
electi,vel de prælatis? aut alijs ministris ecclesię prouideri,cũ in his
casib⁹ industriã.i.discretionẽ & fidẽ.i.legalitatẽ ꝑsonę cui talia cõ
2 mittãtur , Papa videatur põderasse. ¶ † Quarto quæritur vtrũ de-
legat⁹ ad prædicandã crucẽ,vel ad dispẽsandũ cũ irregularibus,vel
ad pęnitẽtias iniungendas possit alijs subdelegare? rñdetur ꝙ non:
qa nõ est cõmissa sibi iurisdictio,sed quoddã ministeriũ.h.d.no.&
est ar.ꝙ nuncius ambasiatã sibi cõmissam alteri cõmittere nõ pos
sit.& est singulare.c.& ratio generalis istius.c.sumpta est ex.l.vnica.
a §.nę aũt.C.de cad.tol. ¶ Not.in isto c. qđ quædã ª possumus ꝑ nos
& per alios etiã inuitis partibus,quędã per nos & non per alios,nisi
de partiũ voluntate: quędã verò possumus per nos tm̃, & non per
alios etiã si partes cõsentiãt.& facit.ff.de cõdi.inde.l.si non sortẽ.§.
libertus.No. quod merũ officiũ à principe delegatũ non põt alteri
cõmittit: secus si cõmittatur iurisdictio.& est rõ qa iurisdictio est:&
est iudicis dãdi licentia.vt.ff.de iur.om.iu.l.imperiũ.§.fi. quę diffi-
nitio nõ cõgruit alteri officio.No.aliqd posse fieri etiã vtraq; pte
inuita puta subdelegare: nec põt aliqua pars appellare,qa subdele
3 gãs vtitur iure legitimo. ¶ † No.ꝙ dictio tu,est pronomẽ demon-
stratiuum,sed nõ arctatiuũ: secus si esset geminatũ: qa dicitur tu tu.
vel per te te.Nã primũ tu esset demõstratiuũ: scđm tu restrictiuũ.ꝓ
pter geminã virtutẽ verborũ.ar.ff.ad treb.l. balista. ¶ Item magis
attenditur finalis causa formę q̃ verba præcisa.vt hic.quod est no.
¶ Not.ꝙ satisfactũ dicitur partibus ex quo partes consentiunt.ut
C.cõ.vtriusq; iudi.l.ij.& l.j.§.& post operis.ff.de no.ope.nũ.& l.si
cõuenerit.ff.de iu. ¶ No.qđ industria & fides cohærẽt personę. nã
industria cohęret mãdatario.ff. de nego.gest.l. qui sine vsuris.fides
4 mãdãti & mãdatario. ¶ † No.ꝙ officiũ ꝑdicãdi & docẽdi populũ,
& corrigẽdi,& excõicandi,& absoluendi nõ põt expediri ꝑ subde
legatos.De officio prędicãdi satis est facile reddere rationẽ : qa est
officiũ intellectus speculatiui,& practici.& intellectus ab intellectu
differt claritate,virtute,& speculatione. ¶ Et illa regula,non refert,
loquitur in ęquipollentibus: secus si nõ ęquipollent puta ꝓpter di-
uersam vtilitatẽ: vel qa forma repugnat.ff.de manumiss.test.l.si ita
fuerit.vel aptitudo.ff.de condi.inde.l.si nõ sortem.§.libertus. ff.de
ver.ob.l.cũ seruus. ¶ Est & alia regula,& non refert cui fiat,dũ tamẽ
nõ intersit: de hoc per Cy.C.de noua.l.j.& est ar.ad vasallos.sed dic
qđ inuiti possunt alienare cũ vniuersitate territorij nõ per se.vt no.
in c.j.de capi.qui curiã vẽdi.ibi,inuitus.& de fideicõ.liber.l.qa sunt
ingenui.& no.hic.ar.ꝙ si iudex cõmittit nũcio qđ citet aliquẽ, ꝙ
nũcius nõ põt alteri delegare: qa mera executio non põt alteri sub
delegari.qđ tene mẽti nisi ꝯsuetudo haberet se in cõtrariũ. ¶ Quæ-
ro quæ erat dubitatio in prima parte capituli? Rñ.fm Ber.qa quod
cõsensu partiũ factũ erat,videbatur ꝙ nõ posset cõtrario imperio
reuocari.vt elegãter no.ff.de præto.sti.l.j.in fi. ¶ Secundò quæro q̃
erat dubitatio in ver.idẽ quoq;.Rñ propter istud pronomẽ tu,qđ
est scđę personę.Nã ex significatione vocis videbat qđ alteri non
posset cõmitti. ¶ Tertiò quæritur quæ erat dubitatio in.§.is autẽ.
rñ.propter aduerbiũ personale.nã aduerbia in iure nostro plerũq;
tenent locũ formę,& magis sonãt q̃ noĩa.vt pulchre no.ff.de neg.
gest.l.Põponi⁹. ¶ Opp.qa ibi mãdatũ est qđ à certa ꝑsona fiat,non
põt per aliũ fieri. vt C. de cad. tol. §.ne autẽ. ¶ Sed ibi loquitur in
eo qđ pẽdet in authoritate testatoris,& ĩ factis extraiudicialib⁹: iu-
dicia aũt nõ augetur per iudicis subtilitatẽ.& sic ex industria nõ re
cipiũt maiorẽ vel minorẽ soliditatẽ. ¶ Oppo.ff. de sol. l.inter arti-
fices.Rñ.vbi ꝑsona est causa formę: qa suo arbitrio & sua singula-
ri industria dat formã,tunc non receditur à persona vt ibi: sed iudi-
cia habẽt formã formatã à iure:& ideo in his parua industria ver-
5 satur. ¶ † Opp.ergo fm hoc cũ,inquirere sit iurisdictiõis , poterit
sub delegari ꝑ delegatũ principis.Rñdet Ber.qđ hic est alia rõ.s.qa
inquirere ptinet ad maiorẽ iurisdictionẽ.& notabiliter loquit: qa
cũ inquisitio fiat officio iudicis,ergo oĩs inqsitio est mixti impe-
rij imo meri.Itã respicit poti⁹ ad ptãtẽ principis q̃ ad iurisdictio-
nem.Vel dic ꝙ litera dẽt intelligi si per inquisitionẽ fieri.s.persona
liter.Cũ eñ in ĩquisitione nõ sit actor & reus ergo nõ sunt ibi ꝑtes
de quarũ assensu possit fieri per aliũ.pręterea vt elegãter dicit Ber.
officiũ inquirẽdi cõcernit principaliter publicã vtilitatẽ q̃ per sub
delegatos de facili posset omitti.& ideo non receditur à ꝑsona.Ex
hoc no.qđ statuta q̃ loquũtur de inquitionib⁹ permittẽdo ꝓpter
publicã vtilitatẽ pricipaliter facta cẽsentur ne maleficia remaneãt
impunita Et ideo si iudex aĩaduerteret accusatorẽ colludere nõ de
beret omittere suã inqsitionẽ,ne maleficia remaneãt impunita. vt
C.de abolitionib⁹.l.ij.qđ est no.dignũ. ¶ Venio ad versiculũ cete-
rũ.& mirandũ est qũo si cõmittatur alicui aliquẽ excõicare ꝙ nõ di
catur ei cõmissa iurisdictio: sed hoc ita intelligi debet,si nullo mo-
do habet de cã cognoscere,sed solũ vocẽ excõicationis ꝓferre.nã
ipse loquitur sicut tuba,nõ sicut causa efficiens principaliter,ar.ff.
de manumis.vindicta.l.pater ex ꝓuincia. & C.si qs alteri vel sibi.l.
multũ.& idẽ dico in eo cui cõmittit potestas & officiũ absoluẽdi
sine causę cognitiõe.Nã vbicũq; causę cognitio nõ interuenit,ibi
nõ est vera iurisdictio sed aliud officiũ vt hic in tex. qđ est no.di-
6 gnũ.& nõ reperit alibi. ¶ † Quæro qñ factũ debet ex ꝯctu vtrũ pos-
sit fieri ꝑ aliũ. rñ. aut dẽt fieri à ꝑsona, aut cum ꝑsona , aut simpľr
¶ Item aut aliquid nocet creditori.& nõ põt fieri per aliũ,aut non
nocet & põt.arg.in l.ij.§.j.sol.ma.in feudis quęstio est vtrũ clericus
possit seruire per aliũ.& dicendũ est qđ nõ qñ ꝑ ecclesiasticũ extin
guitur feudum ut.ĩ.ca j.de mili.vasallo qui arma bellica deposuit
¶ Sed caue tibi,quia illud.c.& omnes consuetudines feudorũ,quę
sunt contra ecclesiasticam libertatẽ vident corrigi per auth.sequẽ
tem de statutis ꝯ libertatem ecclesię. ¶ Sed tu dic ꝙ illa authentica
debet intelligi de consuetudinibus irrationabilibus. & ideo dic ꝙ
aut dñi multũ interest,& nõ põt seruiri per substitutũ aut parũ vel
nihil,& tunc secus.ar.ff.de sol.l.inter artifices.ff.de duo.re.l.nemo.
& l.fi.id qđ.& ff.de so.l.Paulus. ¶ Quandoq; tñ æquo animo tole-
randa est fortuna,& recipiendũ seruitiũ per substitutũ. vt in c.j.an
mutus vel surdus.col.x.& ideo dixi ꝙ si vasallus factus sit Papa, qđ
id debeat maiestati Dei indulgeri qđ ꝑ substitutũ seruire possit.de
7 proba.c.in præsentia. per Inno. ¶ † Quæro qũo cognoscam vtrũ
sit electa industria personæ.rñ.ex magnitudine ministerij fm Inn.
quod est no.dignũ. ¶ Quæro quare ordinarius põt omnia ista dele
gare,& nõ delegatus principis,qui est maior quolibet ordinario?
respõ.scđm Inn.qa ordinari⁹ hẽt ea ꝓpria ptãte,& iure ꝓprio: sed
delegata iurisdictio nõ est ꝓpriè iurisdictio,sed appẽdices ordina-
riæ: habet tamẽ ꝑ se suũ nomẽ sed cũ quadã diminutiõe : qa nõ dr
iurisdictio simpliciter,sed adijcit delegata vt ff.de iu.om.iudi.l.mo
re maiorũ & l.& qa.& ff de offi.eius cui man. est iuris.l.j.§. q mãda
8 tã.& l.& si prętor. ¶ † Quærit hic Inno.quæ sunt illa quæ transeunt
ad successorẽ? & dicit ꝙ cõsiderãda est forma verborũ,& facti na-
tura. ¶ Tu adde ꝙ est cõsiderãda finalis cã.nã qđ principľr ꝓpter
publicã vtilitatẽ mandat,ad successorẽ nõ trãsmittit,& hoc dũ vo
cat mãdatũ simp.ex.sed iussus vt in auth.vt nulli iudi.§.& hoc vero
iubemus.& no.ff.de iur.om.iudi.l.& qa sic ergo transit ad successo
rẽ dignitatis fauore publicę vtilitatis. ¶ Sed pone , permissum est
domino

ADDITIO.

a ¶ Vide vnam gloss.not.in l.ij.ff.de admi.rerum ad ciui. pertinen. quæ bene
& melius declarat ista & adde etiam in materia quæ not. d. Ias.in l.j.§.j. vij.
not.as.viij.ff.de ver.obl.

dño Ottoni ptāti Florentię inquirere de omnibus maleficijs cum fama & sine, nunquid istud imperium transit ad successorem?& vr qd sic propter rõnem predictam.¶ Sed 9rium videtur,qa hoc statutum continet ius singulare:& ideo nõ videtur ꝙ transeat ad successorē.¶ Item pro hoc.ff.de vul.sub.l.qui liberis.§.hec verba.sed ibi in trāsmittere debēte nõ fuit ius inchoatū:& cū de eo.esset prin capitaliter sensum,& deuenerit in causam caduci, merito substitutio nõ trāsfertur.in casu tamē nostro nõ puto ꝙ qñ aliquid est mul tum singulare,& 9 cõmunia statuta cõcessum,trāseat ad successorem:qa plus ponderat rõ q̃ nomē appellatiuū. qa prēsumit in tam arduis ꝙ persona sit immediata cā cõcessiõis.& ideo si regis Francorū esset prorogata iurisdictio de comitatu Sabaudię,ꝙ talis iurisdictio nõ trāsiret ad successorē, ne esset liberalitas progationū in regē luctuosa & captiosa ar.ff.de trans.l.cū aquiliana.¶ Quæro Papa fecit comitem quādā ad legitimandū spurios & ad emancipatiõis liberorū:utrū iste qui est ordinari⁹ in toto imperio possit denegare emancipationem Titij vel legitimationem Seij.& glos.dicit quod non.ff.de proba.l.ab ea parte.vbi gloss.dicit quod emancipatio nõ põt elegari:ergo multominus legitimatio.¶In 9rium videt ꝙ si legitimatio nõ sit meri imperij & emancipatio mixti,tñ requirant modicā causæ cognitionē: & pater ꝓpriè est ille q emācipat & qui legitimat.vt.ff.de adop.l.emancipari.& ibi per Gul.& Cy.qd in emancipatione verū credo:qa cõpetit iure magistratus: sed in le
9 gitimatione nequaq̃. qa non competit iure magistratus.† Sed est quędā ptās insignis & cęsarea. vt C. de adop.l. ij. & creata tabelliones.nā legitimare est quædā restitutio famę & plus q̃ famę qa est restituere naturę ingenuę & nõ vulneratæ:& iõ nõ põt nisi princeps & is cui princeps cõcesserit:qa esse spurius est quædā circatrix,quā non cognosceremus nisi per contrarium.i. per nuptias vt in auth. de nup.in prin.Et no.etiam.j.ti.proxi.c.quod translationem.

1 *Notorium est multiplex.& quid si reus negat maleficium notorium.*
2 *Confitetur quis maleficium,sed excipit quod iure fecit:quid iuris.*
3 *Maleficium probatum per decem testes, videtur probatum cum notorietate.*
4 *Vsurarius notorius quis dicatur.*
5 *Notorium & fama quomodo dicantur.*
6 *Possessio an posit esse notoria.*
7 *Dominium qualiter probetur.*
8 *In notorijs an admittatur ciuilis defensio.*
9 *Confiteri an dicatur quis si non negate nec confitetur.*
10 *Confessio extra ius facta coram populo an inducat notorium.*
11 *De nocte facta sunt minus notoria.*
12 *Maleficium si est notorium,tamen est elapsum tempus datum ad inquirendum per formam statuti;tandem reus confitetur maleficium,an ex illa cõfessione condemnetur.*
13 *Testis contrarius facit vnum indicium;duo duo:& tres triat:& tribus indicijs statur.*
14 *Testis dicit verum esse prout proponitur scilicet homicidium, & notorium: interrogatus de causa scientię dicit,quia vidit:interrogatus quid est dicere notoriū dicit se nescire vtrum iste testis probet maleficium simpliciter.*
15 *Falsitas non cognoscitur ab intellectu nisi per accidens.*

STatuimus. Hec Innocentiana quæ non debet hic legi,tñ circa eam quęramus de tali quæstione:datū est arbitriū ꝓ reformationē cõcilij generalis Petro potestati Papię ꝙ possit puniri in ęre & in ꝑsona quoscunq; fures, robatores,& alios facinorosos noto-
1 rios vel manifestos.¶† Ad euidentiam præmitte qd quoddam est notorium necessariū,qd actu se ostendit quoddā ꝓbabile,qd actu non ꝑmanet in materia sed ꝑmanet in fonte sciētię vniuersalis populi.Quoddam est notorium nõ ita probabile, qa factū est valde antiquatum.Itē notoriū aliud naturale & materiale, aliud ciuile & intellectuale,aliud mixtum vt iurisdictio ꝑsidentis corpore & aĩo. Modo q̃ro q̃ sit virtus istorū verborum?& dic ꝙ notoria sunt illa quæ sunt permanētia in materia & in vulgo,vt turris populi quāq̃ vetustate collapsa, cuius particulę remanserunt, puta vnus paries vel aliqua fundamenta. Quædā vero sunt permanentia in memoria & in vulgo,ita qd nemo sapiēs ea negaret nisi timor vel tremor remoueret eum:qa esset malefactor.hæc sunt duo genera notorij quorū primū est actu permanēs in substantia. Secundum est actu permanēs in memoria & in opinione hominū.& nõ põt ignorari. nā facta q̃ sunt nimis notabilia vt mors dñi Caroli de pace & aliorū q̃ plurimorū dñorū dominantiū in Italia nõ possit obliuiõi tradi si omnes scripturę delerent:qa ambulat & pullulat memoria ꝓgenitorū in posteros.vt ff.de proba.l.si arbiter.¶ Dico igitur quod notoriū est qd apud omnes veridicos & notabiles negari nõ põt. & quidam dicunt vt refert Inn.qd si negat notorium nõ habet locū statutum,qd falsum est:quia per calūniā de qua cõstat,negare non est rem dubiam efficere. vt no:ff.de trāsac.l. post rē.ff.qui satis.co. l.si vero.§.j.¶ Sed Io.an.eo.ti.lib.vi.in nouella,seruat dictum Inn. hoc modo videlicet, quod quando reus negat maleficium notorium,non potest procedi tanquam super notorio nisi in receptis probationibus vtriusque partis.¶ Sed ego non puto quod debeat admitti ad probandum id in quo consistit apertè calumnia. non enim potest iurare de calumnia: ergo iudex non debet eum audire sed ex officio suo repellere.facit quod not.Innoc.s.de officio vicarij.c.j.& hoc est verum, si est notorium omnibus & iudici sed
2 si iudici non constet,tunc est vera postilla Ioan.an. ¶† Sed quid si non negatur factum, sed excipitur quod iure factum est? dicunt quidam ꝙ refert Inno. quod istud non est notorium. sed istud falsum est.quia pręsumptio quod non sit iure factum est notorium cui stamus in genere maleficij.vt l. si nõ conuitij. bene tamen fateor quod de ista exceptione debet cognoscere:quia est talis exceptio⁹quæ potest & debet probari de iure.& quia omnis qui excipit, incidenter ius suum deducit.vnde nõ remouet iudex ab incidenti est iudex in principali cā.ut C.de iudi.l.quoties.No.tñ ꝙ oportet ꝙ dictus iudex intentet notorietatem:quia quando qualitas dat iurisdictionem, qua cessante cessat iurisdictio, oportet eam intentari tanquam fundamentum iurisdictionis, vt not. Innoc.j. de foro compe.ca.cum sit generale nec posset iudex post oppositam exceptionē qualitatē addere:qa istud esset quoddā replicare;& replicatio nõ iuuat libellū inepū.op 3 ergo ꝙ denuo experiat si tępora
3 suffragant vt ff.de adul.l. accusaturus. ¶† Item adde quod maleficiū probatum per.x.testes videtur esse probatum cū notorietate. vt no.Cy.de accu.l.ea quidē.qd tene menti.ēt circa prętorem cõtingit certos errare vt circa prętorem vrbanū & peregrinū, vt no. ff.de iurisdi.om.iud.l.si per errorē. Vtile tamen puto ꝙ si notoriū aperit viā inquisitiõis prēmittat quædā præambula inqsitio an factū sit notoriū, quo cõperto per informationes testiū ēt parte nõ citata procedatur. vt no.Inn j.qui ma.accu.pos c. cū in tua.¶ Fiet scdā inqsitio solēnis hoc tāgit hic Inno.& est rationabilis:qa istud notoriū succedit loco famę & loco accusatoris.¶ Quæro qd si iudex obuiauit furi furanti vel homicidę fugiēti, nūquid habeat locū dictū statutū?& dic ꝙ sic qa iste est manifestus malefactor: vt l. siue manifestus.ver.idē iulianus ff. de cõdi.fur. Ad hoc induco dictū Host.& Io.an. super isto.c.in postilla quæ incipit, de ordine co
4 gnitionū.q..ā no.¶ †Notorius a vsurarius est qui leuato velo & ad
a discū mutuat oĩbus volentibus:quo probato licet testes nõ nominent ꝑsonas,sed nominent habitū fęneratoris: qa stabat in habitu apennelo ad fenerādū,probatū est notorium & sic accidēs quodā modo probat sine subiecto facti.hoc tāgit hic Inn.in simili & no.
b qd fraudes b istorū fęneratorū semper pręsumunt continuatiuè inter easdē personas licet callidis machinationibus tegant.ar.optimum.ff.de proba.l.cū tacitū.duo sunt sensus corporis per quos cõgruentius testis percipit plenā & merā veritatē.s. visus & auditus: tamen qñq; per auditum percipitur verus hoĩs actus,vt stipulatio, qñq; nõ ꝑcipit verus hoĩs actus sed forma vt elegāter no.dñs Dy. in l j.& ij.ff.de aqua plu.arcen.testis intelligit deponere scdm naturam & cõia accidentia rei.ar.ff.de iureiu.l.sed & si possessori.§. sed si rerū.vnde si testis deponit de exercitu, nõ habet necesse dicere
5 de notorio exercitu:qa exercitus nõ põt esse nisi notori⁹.¶†Visus aūt deseruit notorio, auditus famę, & notoriū spargit per oculos populi,fama per aures.dicit tñ Host.qd fama multū adminiculatur in ꝓbatiõe notorij.impossibile eñ est factū notoriū famosum non esse.idē Io an.in nouel.Intellige de fama q̃ viget tpe litis cõtestatę. arg.ff.de iudi.l.nõ pt videri.sec⁹ si sit extincta.C.ne de statu defunctorum.l.si mater. Est autem fama quidam sonus vocis humanę
6 replens multorum & plurimorum aures.¶† Modo quæritur vtrū dominic rerum possent esse notoriū.respon domini a possessiõ ne cęperunt vt in.l.j.in prin.ff. de acqui.pos. Possessio autem põt esse notoria, puta possessio vnius magni castri:& eodem modo in istis magnis & diuulgatis rebus põt esse notorium dominium etiā iurisdictio.ut not.ff.de neg.gest.l at qui natura.§.cum me absente. imo quasi est impossibile ꝙ in istis rebus magnis possessio non sit notoria,dummodo non fiat controuersia possessi onis ab altero q dicat se ꝑpossessorē.nā ꝓpter varietatē & ꝯflictū possidētiū veritas occultat, & obscurat.vt no.ff.qd me.cau.l.extat.i.magna glo.ver. & no.licet ergo.substantia dñij sit inuisibilis, & incorporalis,& ēt substantia possessiõis siue eius quiditas tñ verus act⁹ hominis corporalis & visibilis est.vt no.ff.de verb ob.l.stipulatio ista.§.hi quoq; visus eñ me⁹ nõ est visus tu⁹:tñ visus nõ facit testes singulares sed seorsū ab altero visa & audita,& ista est disciplina de sensu & sensato qa singularitas & identitas consistit in rebus sensatis medianti-
9 bus organis corporis ad hoc per naturam deputatis. ¶† Qualiter autem

ADDITIONES.

a ¶ Adde vnum pulchrum consil. Bal.quod refert Decius l.l.eius qui in prouincia circa illam regulam quod qualitas nõ põt stare fine subiecto.ff.si certū pet.
b ¶ Adde ēt ꝙ abūdans cautela nocet in personis de vsura & malitia suspectis quia tunc cautele adhibite magis de vsura ipsum redarguunt.ita Anch.consi. cclviij.inci.Christi nomine repetito ad fi.

aũt dñium ꝓbet not.C.de ꝓba.l. cũ res.& difficilis est ꝓbatio dñij
& facilis ꝓbatio possessionis.no.ff.de pet.hęre.l.nec vllã.§.ꝙ si qs.
quã gl tene menti.¶ Modo q̃ro cũ Inno. pone ꝙ iudex nõ hẽt iu-
risdictionẽ nisi in notorio ꝓcessit ĩ cã nõ notoria & recipit testes
q probãt,nũquid ex ista ꝓbatione surgit notoriũ.rñdeo nõ,nisi sit
8 ꝓbatio ꝑ cõfessionẽ ſm Inno.qđ est no.dignũ.¶† Quæro vtrũ in
notorijs admittat ciuilis defensio?puta inuasor notorius dicit se fe
cisse authoritate iudicis.dicit Io.an. in nouel.qđ sic:q̃a ista allegatio
excusat delictũ dũmodo licẽtia fuerit legitima:aliàs secus.vt C.vñ
vi.l.meminerint. ¶ Nã istud non tã est negare q̃ leges allegare ad
suã defensionẽ vt.C.de iudi.auth.iubem⁹.Idẽ si dicat ꝙ ex ꝓmissio
ne iuris poterit p̃dari.tex.est not.in c j.§ fi.de milite vasallo q cõtu
max est.colla.x. ¶ Quæro,testis deposuit de fama,sed iudex iterro
gat eũ vtrum ipse credat famatũ.i.qđ homines famant esse verũ?
testis rñdit qđ nõ credit:quærit vtrũ probat famã?& videt ꝙ sic:q̃a
credere vel discredere vnus testis nõ elidit famã publicam vt ff.ad
9 macedonianũ.l.iiij.& C.eo.l zenodorus.¶†Sed qđ si quis non con
fitetur sed nõ negat?Inn.refert quosdã dicere ꝙ vr̃ cõfiteri. qđ fal
sum est.pro quo videt gl.or.C.vnde liberi.l.qui se patris vbi gl. ex
ponit.dicit negat.i.nõ dicit.& in regula,'s qui tacet.¶ Fallit in qua
tuor casibus q olim pertinebãt ad interrogatorias actiões , in qui-
bus nõ negans interrogatus habet ꝓ confitente vel negante prout
ei nocet.licet ergo quis nolit rñdere libello vel inq̃sitioni nõ habet
pro confesso sed debet semedijs p̃toris cogi ad rñdendũ vt in.l.j.§.
quid ergo.ff.de ven inspi.& ibi per Iaco. de are.vbi omnino vide,
10 ¶† Quæro cum Inno.vtrũ cõfessio extra ius facta coram populo
inducat notoriũ?& refert quosdã dicere ꝙ sic.¶ Sed hoc nõ est ve
rũ q̃a debet fieri apud acta ad hoc ut inducat solenne notoriũ. ¶ Ce
terum bene facit notoriũ iudiciũ vt ff.de adul.l. capite quinto.& l.
quæro.§.fi.ff.de ędilit.edic.¶ Quæro cum Inno.pone ꝙ maleficiũ
est notorium,sed non eius circunstantię: vtrum probatis circun-
stantijs possit aggrauari pęna ratione circunstantiarum: dicit hic
Inno.qđ sic.verbigratia si maleficium commissum de nocte,vel in
platea grauius punitur.Nam istæ circunstantiæ non veniunt ad in-
quisitionem fundandã,sed ad eam coadiuuandam:nec debet qua-
litas maleficij remanere impunita. quod est not. dignum. ¶ Adde
quod quandoque nox probatur per sonum campanę qui est distin
ctio diei & noctis:& probato sono est etiam notorium istius circũ
stantię probatum:quia sonus cãpanę implet aures omniũ ciuium,
& sic nox est notoria per auditum soni cui per statutum vel cõsue-
tudinem est assignatus iste modus significandi seu intelligendi.
11 ¶† Et not. quòd ea quæ fiunt de nocte sunt minus notoria quã ea
quæ fiunt de die.Similiter ea quæ fiunt vbi est confusio multitudi
nis hominum.ista est glo.sing.ff.quod me causa.l.si cum exceptio
12 ne.§.in hac.super verbo,ignorantiam.quam tene menti.¶† Pone
ꝙ maleficium est notorium tamen elapsum est tempus datũ ad in
quirendũ per formam statuti: tandem reus confitetur maleficium:
vtrum ex ista confessione possit condẽnari ? Et dic quòd non q̃a
quoties quis confitetur id cuius nomine cum aliquo non sit actio,
non valet confessio vt ff.de inter.ac.l.confessionibus sed post præ-
scriptionem ipso iure accusatio abolita est , imo & ipsum malefi-
cium.accusatio autem est abolita quo ad publicam iniuriam. ma-
leficiũ autem quo ad priuatã iniuriam,ita quòd nulla actio esse po
test vt ff.quod me.causa.l.si cum exceptione.§.satis clementer. vt
ff.de iniur.l.sed si vnius.§.si ante iudicẽ. ergo cõfessio nõ valet qđ
est no.¶ Ad probandum ꝙ gentes quæ deprobauerunt quasdã vil
las essent de gentibus cuiusdam nobilis , testes dicunt vera esse:in-
terrogati qualiter sciunt,dixerunt quòd viderunt post effectũ sub-
secutum : quia res derobatas & gentes prędictas dictus nobilis re-
cepit in castro suo cum haberent inuicem guerram. Quæritur an
probent?respon.sic,per argu.à solitis.quia ita consueuit fieri.ar.ff.
de proba.l.cum tacitum.in fi.Sed si non haberent inuicem guerrã,
iste nobilis p̃sumeret receptator:& debet malefactores exhibere &
si nõ posset exhibere ꝑsonas,deberet exhibere res.vt tit.de pace te
nẽ.& eius violatoribus.§.si iudex clãmore.dicit Inn.ꝙ quãdo testis
interrogatur de causa sciẽtię in notorio debet dicere q̃a publicè vi
dit fieri in tali loco coram populo vbi erat multitudo copiosa vi-
dens & astans. Inno. ¶ Itẽ dicit.C. de testi.in l.testiũ. ꝙ nemo põt
scire si alius videt,vel si alius adit,qđ verũ est directè , sed indirectè
bene põt per presumptionẽ naturę scire:q̃a ille qui corã est, vide-
re presumit & audire nisi ille q dicit præsens ꝯriũ asseueret.vt not.
Bar.in l.j,in fin.ff.de au.tu.sed dictũ suum debet intelligi a ad excu-
sationẽ testis circũuenti per alterius pręsentiam corporalem.dicit
Inno.qd merũ imperiũ est supremũ inter alias iurisdictiones. In-
no.& ꝓcessit ex natura causarũ.¶ Itẽ quicq̃d princeps prætori suo
reseruat,merũ imperium est.legitur enim in vsibus feudorũ,ꝙ aut
agitur de iure possidendo in re alterius.aut agitur de libertate rei
proprię,& sic.de iure possidẽdo in re ꝓpria.primo casu in sacramẽ
to nõ fit mẽtio cõscientię vt dicat,iuro in cõsciẽtia mea qđ ita est
q̃a istud iuramẽtũ est magis de animo quã de re & veritate.¶ Scđo
casu,aut in facto ꝓprio,& dẽt iurare assertiuè , aut in facto alieno a
cui iurans nõ interfuit, & tũc sufficit iurare ꝑ ꝯsciẽtiã suã: vt si iu-
ret de facto patris,vł aui,vł aliorũ ascẽdẽtiũ.vt in auth.de ꝯsue.rec.
feu.§.sacramẽto.col.x.hãc doctrinã traho ad testes q̃a iurãdo de ꝯ-
sciẽtia sunt singulares & impossibile est ꝙ ꝑ testes singulares ꝓbet
notoriũ nisi act⁹ de quo deponũt,sit idẽ act⁹ genere licet nõ nume
ro.verbigratia qđ aliq̃s sit publicus vsurari⁹,istud est quoddã gen⁹:
sed ꝙ mutuauerit Titio vel Seio:ista est q̃dã species.¶ Testes ergo
ꝯcordãtes in genere ꝓbãt generis notorietatẽ & qualitatẽ ꝑsonę
licet postea ꝑ singulos se diuidãt:vt q̃a vn⁹ dicit,vidi qđ publicè mu
tuauit Petro.alter dicit publicè vidi qñ mutuauit Seio. nã hoc ad-
uerbiũ publicè,est gen⁹ p̃dicãs de pluribus differẽtibus numero.vt
plenè dixi in l.j.C.de testa.in lec. vbi videas. Testis ꝯrius facit vnũ
13 indiciũ,duo duo:sed tres tria & tribus indicijs stat.† Scias qđ q̃nq;
testes sunt singularis q̃a actus sui natura non habent contestem, vt
cum testis dicit notariũ qui eũ examinauit , nõ scripsisse verũ. Nã
cum hoc intret locum secretum iudicis & tabellionis,iste testis nõ
põt habere cõtestem:vt C.de testi.l.nullum. & ideo in iudicijs acta
nõ requirunt contestes ab extra.nam hoc maxime propter testimo
nia inductum est.quia secretò examinãtur:ut C.de testi.l.testium.
¶ Modo quæritur confessio erronea si cõfitetur esse notoriũ. Nã
cũ error debeat probari probãdo primo rem aliter se habere, quo
probato præsumitur error in facto alieno.vt no ff de interro.actio.
l.de ętate.§.fi. in vlti.gl quæ est singularis,quomodo poterit repro-
bare seipsum.Ego dico quòd in facto proprio etiam probãdo rem
aliter se habere non præsumitur error, sed p̃sumitur cõfessio sine
causa : imo contra causam quæ consistit in terminis veritatis. Et
ideo nõ obest reuocãti,nullo eñ extremo existẽte vero, neq; acti
uo,neq; passiuo impossibile est ex maleficio quod nõ est,aliquem
cõdemnari eius rei nomine,cũ nulla possit esse actio.de hoc no.j.
de diuor.c.ex literis.¶ Quæro vnus testis dicit , quod quando po-
pulus ibat ad indulgentia in illa multitudine populosa Titius fuit
interfectus à Se o. Alius testis dicit quod dum populus reuerteba
tur ab indulgentia in illa multitudine numerosa idẽ Titius fuit in-
terfectus à Seio.¶ Quæro vtrum probatum sit maleficium q̃a am-
plius est notorium. Rñ.sic quod isti non deponunt diuersa cum in
eundem finẽ cõsonent.nam vbi idẽ testimoniũ:nec nocet quod in
narrandi modo discrepent,cum ista verba narratiua proferantur
à teste non iurato super eis.nec sunt verba quæ attingant medullã
quæstionis vel eius circunstantias requisitas. hoc probatur.C.de
pę.l.qui sententiã.ibi cõcordantes in vnũ rei finẽ. & & j.de ver.si-
gni.c.nihil obstat.certe ibi sunt discordes in tẽpore.l.ob camẽ.§.fi.
14 ff.de testi.¶†Sed quid si testis dicit verum esse prout ponitur , sci-
licet homicidium & notoriũ:interrogatus de causa scientię dixit,
quia vidit : interrogatus quid est dicere notorium , dicit se nescire:
quæritur vtrum iste testis probet maleficium simpliciter? & videt
quod non : quia iste videtur variare : quia si non esse interrogatus
quid esset dicere:& quid esset notorium,probaret notorium.nũc
vero nõ probat ergo variat:& sic ei non creditur:vt ff.de testi.l.qui
falsa.contradico quia deficere in redditione causę non est variare,
sed est nescire plus,& quoddam declaratiuũ nescire:ut C.de testi-
bus.lege solã ¶ Procede aliquantulum philosophicè, & dic quod
in omni teste requirit intellectus:est aũt intellectus secundũ Augu
stinũ oculus animę discernens verũ à falso.no. tñ qđ sola veritas
15 est obiectum intellectus. ¶† Falsitas aũt non cognoscitur ab intel
lectu nisi ꝑ accidẽs:q̃a si aliq̃d est verũ,ꝯriũ est falsum Falsum autẽ
nõ cadit intellectu directo:q̃a nihil est:vt ff de verborũ signi.l.Pau
lus. In teste autem requiritur sensus & intellectus : ut ff.de testa-
men.l.qui testamẽto.§.fi.Intelligere ergo idem est quòd discerne
re verum à falso:& per prius verum,& deinde falsum,nam si intel-
ligo nauem ex Asia venisse,statim intelligo hanc propositionem
esse falsam,nauis nõ venit ex Asia vt ff.de condi.indeb.l. Iulianus.
ver.silereq;.quoties autem vno posito in esse reliquum remouetur
oportet ꝙ illa sint contraria.de condi.& demon.l.titię si nõ nupse
rit. ¶ Pone in quadam rixa Antonius fuit percussus in cerebro,
ita ꝙ in terrã cecidit,& statim post fuit interfectus Seius à Caio q̃
A.deponit istud maleficium verum esse q̃a vidit:excipitur contra
istum testẽ de falso:q̃a cũ in cerebro sit sensus cõis,qui est fons sen-
suum particularium,concusso dicto sensu vniuersali alij sensus ni-
hil sentiunt.rñ.testis iste non potest excusari a vitio falsitatis nisi ꝑ
vehementem præsumptionem quę veritas appellatur.ut no. ff.de
acqui.hære.l.cum quidam.§.quod dicitur.nam si vidit anteq̃ con-
cuteretur in cerebro. ꝙ Caius armatus irruebat in Seiũ inermẽ: &
statim postq̃ dictus A.redijt ad mentẽ vidit dictum Seium interfe
ctum iacentem in terra iste testis excusatur.qđ sic probo Iste testis
probat indicium,ergo non dicit falsum.nam si diceret falsum. non
probaret indicium,q̃a periurus vt plenè no.C.de transa. l.si ex fal-
sis.& hec dicta sufficiant.Bal.

¶ De

ADDITIO.

a ¶ Vide Fel.in c.cum causam.col.ij.cum seq.de testibus.

¶De officio legati. Rubrica.

1 *Legatus est imago principis:& post ipsum maius habet imperium.*
2 *Legatus de latere potest dare inferioribus prelatis,& exemptis,& abbatibus & prioribus licentiam transeundi & exemptorum electiones confirmare.*

1 ¶† Incipit de maioribꝰ officijs tractare.& primò de officio legati,q est imago principis vt ꝟ.c.volētes.ipse enī post Principē maius imperiū hēt ut ff.de officio ꝓconsulis.l.nec quicꝗ.& in eiꝰ feli-
2 ci aduētu lętanť ꝓuinciales.eo ti.l.obseruare.§.obseruare. ¶† Possunt legati de latere dare inferioribus prelatis & exēptis & abbatibus & prioribus licentiam transeundi & exemptorū electiōes cōfirmare.ꝟ.de consue.cum venerabilis.scdm Io.an.hic in rubrica.

CAP. I.

1 *Legatus Papę per simplicem querelam aditur.*
2 *Dictio tanquam,aliquando ampliat,aliquando restringit.*
3 *Legatus Papę an possit deponere episcopum.*
4 *Sententia ista an sit absoluria:statuto cauetur quod causę non possint diffiniri,nisi cum consilio sapientis,& sapiens dicat absoluendum:iud ex vero dicit & ita ego pronuncio.*

1 CVm non. † Legatus Papę per simplicem querelam aditur.Io. an. Premitte ad euidentiam ꝙ adire aliquem per simplicem querelam est adire sine medio.i. ꝑ appellationem: adire aūt per appellationem est adire gradatim.iō enim sunt facti iurisdictionū gradus , vt seruentur, & nequid prępostere fiat. in auth. vt ab illustribus & qui super eos sunt in rubro & nigro. ¶Casus. Archipiscopus Cantuariensis est semper legatus domini Papæ in prouincia sua ex dignitate loci. queritur vtrum per simplicem querelam possit audire causas suffraganeorum suorum.respondet ꝙ iure metropolitico nō posset audire nisi per appellationem,& non per simplicem querelam.Sed iure legationis quia est legatus Papę potest audire etiam per simplicem querelam:& sic ex vno officio permittitur quod ex alterius qualitate negatur.& est ratio,vt aliquid operetur legatio.vt l.j.ff.ad munici.¶No.ignorantiam non pręsumi in his que concessa sunt dignitati.& hoc patet per verbum non ignoretis.i.non debetis ignorare.l.si tutor.C. de peri.tu. ¶ Quæro nunquid procedit ille libellus,coram vobis domino archiepiscopo nec dicit legato. rñ.sic,quia tacitè intelligitur ex perpetua annexione legationis ar. ff.de te.mil.l.iij.secus si in libello diceretur sic.Coram vobis domino archipiscopo tanquam archiepiscopo:quia tunc non procederet libellus per simplicem querelam:quia intētata esset iurisdictio inconpetens,& incompetenter:& sic dictio tanquam debet considerari.vt.ff.quod cuius.vni.no.l.item eorum. in prin.& dictio tanquam,interdum ampliat,interdum restringit ut l.j.§.solet.ff quan
2 do ap.sit.¶† Quęro nunquid possit adiri per simplicem querelā nullitatis sententię.scilicet quando aditur iure metropolitico. & dico ꝙ sic quando vitium pronunciantis transfert iurisdictionem.
3 vt C.de accus.l.absentem.¶† Quęrit hic Ber. vtrum legatus Papę possit deponere epm ? dicit quod non : quia hoc est de reseruatis Papa in signum apostolatus.Nam si idem possent legati cardinales quod Papę per omnia,non esset differētia nisi nobis,& multi essent Papę qđ esset falsum.¶Istud est certū ꝙ noīa indicant esse dignitatis vt C.de fer.l.nullo.& C.de offi.ꝑfec.l.j. in verbo , ex ipo noīe. & qui peruenit ad nomē rei nō peruenit ad eius officiū ut C.de ꝓ ba.l.cū præcibus.Dicit hic Io.an.ꝙ licet nō possit deponere,ꝑt pronunciare deponendū.Ioā.an.ista duo differūt qa deponere statim trahit secum excutionē ut ff.de pęnis.l.q vltimo.sed ꝓnuntiare deponendū est quoddā ꝑambulū ad depositionē futurā.facit qđ not. in l.j.C.si aduersus liber.& ff.de iudi.l.q se dicit,q̄ est lex ad hoc notabilis.& habes simile qa nō pōt ꝯpromitti de resti in inte.qa arbiter nō pōt in integrū restituere.sed bñ pōt ꝯpromitti articulus iste, an qs de iure sit restituēdus vel nō, adeo ꝙ si in primū ꝯpromittať, pęna nō cōmittiť si ꝯueniať.secus in scđo casu:qa si arbiter declarat restituēdū in integrū,pars quę se opponit,ne ꝑ iudicē in integrū restituať,incidit in pęnā cōpromissi.ita dēt intelligi qđ no.C.vbi & apud quos.l.fi.in gl.quæ incipit,cū pęna.& no.ꝙ qñ iudex ꝓnūciat quē deponendum in hoc casu feruntť duę snię de necessitate:vna q̄ iam lata est:alia quę subsequitur quæ est snīa finalis & diffinitiua.
4 ¶† Ex pręd ictis arguunt docto.iuris ciuilis ad talem quæstionem, statuto caueť qđ causę non possunt diffiniri nisi de cōsilio sapiētis. Sapiens consuluit absoluendum iudex dicit & ego ita pronuncio. Quæritur vtrū ista.sententia sit absolutoria?& quidam dicūt ꝙ nō: quia sententia se refert ad cōsiliū.¶Alij dicūt ꝙ sic,& bene,ac si diceret,ego ꝑ verba de ꝑsenti ꝓnūcio.vt cōsultū est qa snīa se refert ad effectū consilij nā mens potentior est q̄ verba vt.ff.de iureiur.l. sed & si possessori.§.sed & si rerū.ibi dū dicit,effectū iurisiurādi seruandū arbitror & ff.cōia ꝑdiorū.l.si in vēditione. in fin. ꝑsertim si allegatiōes cōtentę in consilio declarāt snīam debere ferri absolutoriam,qa qđ deest verbis supplet mens vt ff.de arb.l.qualē.in prin. & qđ no.in l.& puro.§.j.ff.fami.her.& qa ipse iudex si interrogareť, ita deberet interpretari,ergo pro expresso debet haberi.ff.de pac.l. tale pactū.§.fi.& ff.de serui.l.sicui.imo plus qa si iudex diceret ita, pronuncio ꝭm cōsiliū datū eū absoluendū:nō sentētiaret ꝭm cōsilium datū sed extra cōsiliū sicut si testator mādaret oēs seruos suos liberādos à seruitute.nā nō impleret hęres volūtatē defuncti dicēdo eos liberandos sed dēt eos manumittere vt mādatū impleať.& dicit Ber.ꝙ legati cardinales q mittunť de latere dñi Papę habēt iurisdictionē ꝯ exēptos exceptis casibus reseruatis.xvj.q.j.frater noster.ꝟ.eo.c.qđ translationem. ꝟ.de ver.sig.c.veniens.in prin.lib.vj.

CAP. II.

1 *Legatus Papę intromittere se non potest de causa alteri specialiter per Papam delegata.*
2 *Mandatum speciale habens si eo abutitur an habens mandatum generale potest eum prohibere.*
3 *Iudex minor an sileat in pręsentia maioris.*
4 *Delegatus Papę an posit mandare legato de latere quod exequatur suam sententiam.*
5 *Priuilegium primum siue in genere siue in specie semper preponderat.*

1 STuduisti. † Legatus Papę de causa alteri specialiter delegata per Papā se intromittere nō potest. ¶Casus. quęritur vtrum generalis legatus possit causas quę delegatis specialiter cōmittūtur in aliquo impedire? respondetur ꝙ nō : potest tamen eas sententias confirmare,si vult,item exequi. ¶ No quòd si vna species non derogat alteri speciei. qua sine derogatione pōt habere concursum vt ꝓprietas & habitatio.ff.de vsufr.leg l.sempronio. ¶Extra op.quod pars non derogat toti.l. si alij.de vsufru. leg. Solu.ibi vtrunq; legatum est speciale.& vide.C.de leg.l.cū quęstio.in fi.per Cyn.quando species euellitur de generali corpore semper derogat generi : secus si non euelliť de ipso. vt d.l.si alij. ¶ Si testator dicit, relinquo Titium generalē executorē meum,& Bertā ad maritandas virgines , sola Berta potest virginibus maritandis constituere dotes quia dos est de executiuis specialis mādati.vt hic. facit de dote prelegata.l. theopompus. & quod no.in c.vlt. de iudi.lib.vj.Not. quod mandatum speciale derogat quo ad ipsam speciem generali.
2 ¶† Sed quęro quid si habens mādatum speciale eo. abutitur nunquid habens mandatum generale potest eum prohibere? & videtur quòd sic vt ff.mandati.l.si hominem. Ego contra credo in mandatis iurisdictionis,qa qđ specialiter est concessum vni,alteri videtur prohibitum.arg.C.de ꝓcu.l.maritus & ff.de iudi.l cū ꝑtor. ¶Item distincta sunt officia:ergo vnus nō pōt se de alterius officio intromittere.vt legitur & no.in l.quicunque.C.de excu.& exacto.lib.xij. ¶ Quero quid in duobus ordinarijs quorum vnus habet iurisdictionem vniuersalem,alter specialem & videť quod idem : quia species derogat generi vt hic,& C.fami.her.l.quoties.nā si sunt iurisdictiones distributę & assignatę standum est in hoc vt ff.de leg.j. l.quod in re.§ si quis.¶ In contrarium videtur tex.de offi.pręfec. vrbis.l.j.So.aut istę iurisdictiones differūt tanꝗ superius & inferius: scilicet gradu & tunc maiori iurisdictioni per minorem nō derogatur ut ff de re iudi.l. contra pupillum.C qui ad maius.& ff de iur. omni.iudi.l.fi. quia licet vna iurisdictio sit subalterna alterius , aliqa tamen est:aliàs perpetuatio esset nulla quod est falsum. & vide ꝟ.de hęre.c.per hoc.libro.vj.¶Aut differunt tanꝗ genus & species & tunc species derogat generi vt.ff.de iudi.l. solemus.§.latrūculator. quia detrahit generi. si autem vna iurisdictio venit ad aliam coadiuuandam , vna non derogat alteri vt ꝟ.titu. proxi.c.j. Si duo potestates eiusdem terrę quilibet per se procedit contra aliquem de eodem delicto non impediunt se concursu.nam licet de delicto vnius hominis non debeat sepius inquiri ,verum est lata sententia. Sed ante sic.ut notatur in c.per hoc.de hære.lib.vj.vel ibi speciale.
3 ¶† Quæro nunquid in præsentia maioris iudicis sileat minor.respon.nō in iurisdictione sua ordinaria quod dic vt no. archi.xj.q.j. de persona,nisi lege speciali contrarium caueatur.ff.de libe.cau.l. cognitio.de dam.infec.l.iiij.§.si tam vicinū.& not.C.de do.l.in hac. ¶ Quęro,supplicatum est principi super reuisione cuiusdam sententię:princeps dicit,fiat iustitia.quæritur an dicta sententia possit corrigi.respon.sic:si princeps dederit iudices : aliàs ista datio iudicum nihil operareť.¶Item princeps dando iudices , videť reuocare causam ad se.¶ Item ipsi vice principis funguntur , & pñt idem ꝙ ipse princeps.Sed princeps pōt ēt sine appellatione ꝓcedere per simplicē querelā.dubiū facit id qđ no.hic Inno.qa illa verba, sicut iustū est,nihil operanť ī cōfirmationibꝰ.¶ Sed certè nos sumꝰ in iurisdictiōibꝰ:vbi secꝰ est.& no.istā qōnē qa pēdet.de facto ꝟ.e.c.licet. ¶ Quæro q̄ cōfirmatio est ista de qua loquiť litera. rñ. ista cōfirmatio fit ad bene esse:& qa testimoniū & opinio legati est elegās & ma

gnę

gnæ authoritatis:sed nõ ad substantiã esse: qa q nõ pt informare nõ põt authorizabiliter ɔfirmare.vñ ille actus nõ denoĩat à ɔfirmãte sed à cõfirmato.& si qs eẽt defectus in ɔfirmato, nõ valeret confirmatio ,ppter defectũ fundamẽti.ar.ff.de excu.tut.l.q testõ. & ff.de actio.& ob.l.obligationes q̃ ,pprijs.& qd̃ no.ff.de pac.l.le gitima.& natura cõfirmationis est ꝙ requirit antecedẽs.vt.ff.de
2 regis coram consilio iustitię regis puta Francorum. ¶†Nota ibi ab ecclesia tuah, quod sicut vasalli alicuius domini laici inter se litigantes de feudo debent adire dominum feudi: ita sunt vasalli ecclesię.& sic no. qđ cōsuetudines feudorū habent locū ī ecclesiasticis feudis.& est ratio qa illa consuetudo ex natura feudi cū origine feudi sit annexa.vt in c.imperialem.§.quoniam. de phi.feu alie. per Federi. ¶Opp. dicitur hic vasallus fuerit paratus in pręsentia domini iustitiam.exhibere Contrà imo videtur φ etiam oportet φ dn̄s sit paratus iustitiā facere: aliàs possit ordinarius cognoscere:qa iurisdi.à se excutit qui eam denegat exhibere. inf.de fo. competen.c. licet.& c.ex tenore.Sol. concedo φ propter negligentiā redit iurisdictio ad ordinarium.¶ Secundò oppo nam inconueniens est φ propter negligentiam vasalli dominus perdat iurisdi.suam.vt ff.de iuris & fac.igno.l. iniquissimum.solut. timore istius contrarij dicit gloss.φ si vasallus nolit respondere sub domino,potest puniri & compelli etiam ex mero officio domini.& si alias dominus non habet iurisdi. s̄m Vincen.qui ita no.inf.c.nouit.¶Tertiò oppo.& videtur quod non cognoscat dominus feudi sed ordinarius:vt inf.de foro compe.c.ex parte.sol.ibi in possessorio, hic in petitorio s̄m Ber. Ex quo. talem conclusionem φ domini feudorum non habent iurisdi. in possessorijs feudorum, sed solum in petitorijs. & est ratio, quia questio nudę possessionis est quęstio facti & non iuris. vnde non tangit substantiam feudi sed quandam superficialem & materialem possessionem quę non tāgit ius domini vt ff.de acquir.pos.l.naturaliter.§.nihil cōe.¶Sed doctores communiter reprobant glo.& dicunt φ etiam in posses. si agatur ad rem feudalem quoquo modo semper ista quęstio debet tractari coram domino feudi. Nam etiam ratione possessionis interest dominorum ne re sua vtatur extraneus vt instituta de interdic.§.commodum.Innocen.autem loquitur per hęc verba.¶Alij dicunt coram ordinario rei conuenire, non coram domino feudi ageñ.est interdicto etiam si laicus sit spoliatus inf.de foro compe.c.ex parte.& forte hoc est meli⁹: Inno.tamē dicit,φ aut intentat possessio simpliciter,& tunc nō cognoscit dominus. Aut intentatur possessio qualificata: id est tanq̄ feudalis,& tunc cognoscit dominus:& ideo etiam inspiciendus est libellus actoris ex cuius persona ius metitur.l.j.§.j.ff.si pars hęre. pet.& ff.de iur. om.iud.l.cum quędam puella.§.fin.istud constat φ si esset quęstio inter dominum & vasallum super iterdicto: vt cognoscerent pares, vt j.c.ex eo de controuer.quę inter vasallum & episcopū:vt in c.j qđ incipit,dominus.§ si vero.de milite vasallo qui cōtumax est.Eodem ergo modo dicam si quęstio est inter vasallū,φ cognoscat dn̄s non solum de potioritate feudi sed etiam feudalis possessionis. & hoc teneas,qa est verius.¶Vlterius oppo.φ causa fit tractanda alijs coram alijs paribus,nō corā domino feudi,vt in c.vno de controuersia per pares terminanda. solu.ibi erat quęstio inter domi.& vasallum.vnde dominus non potest cognoscere de causa propria.vnde deuenitur ad pares.& si nō essent pares, deueniret ad arbitros eligendos de cōi consensu. nunq̄ enim in aliquo actu iudiciali debet procedi ad elec.etiam simplicis tabellionis nisi sit de cōfidentibus, vel saltem de non suspectis.vt sing.nota.i.aut.de trien.& semis.§.& qđ sępe. ¶Vlterius oppo.nam si vasallus agit cōtra Titiū,& Titius negat rē esse feudalem.nec est iste Titius vasallus ex alio feudo, cognoscit ordinarius, vel eius delegatus,& non dominus feudi:quia non potest esse iudex in causa propria vel in qua tenetur de euic. vt ff.de iur.om. iudi.l.qui iurisdi.solu. aut quęstio est inter vasallos & loquitur istud.c.aut inter vasallū & non vasallū: & tunc cessat consuetudo feudi & ideo stamus iuri
3 cōi s̄m Ber. & est expedita glos. breuis & vtilis ¶† Modo quęritur qui dicuntur pares? rñ. si esset quęstio de comitatu vel baronia dicerentur pares comites vel barones: si de inferioribus beneficijs,siue feudis dicuntur pares qui possident feuda & iurauerunt fidelitatem,vel per eos non stetit. nam super hoc iuramento fundatur eorum iurisdictio vt dicit tex.in c.j. in fi. de controuersia feudi apud pares terminanda. quia plenitudo feudi non constat absque iuramento fidelitatis: quamquam interdum regula fallat vt in c.j.§.j.quę fuit prima causa benefi.amit.& in c.fin.per quos fiat inuestitura,& pro quo recipiatur. ¶Quęro per quos eligantur isti pares? rñ. dominus eligit vnum,& vasallus alium.& si discordarent, debet eligi alius tertius per eos pares.ar.ff. de arbi.l. item si vnus.§. principaliter. nec sunt omnes vasalli vocandi ad istam electionem secūdum Inno. & etiam ita continetur in pace constantię. ¶ Sed nunquid isti pares habent ordinariā iurisdictionem . r̄ndeo sic, quia est iurisdictio naturalis ex natura feudorum. & quia datur à consuetudine.& sic potest esse ordinaria:& tamen non est vniuersalis sed specialis ad vnam speciem earum. puta feudi.ita dicit gloss.in c. vasalli. §.illud. de inuesti. per mari. facta. ¶ Sed nunquid isti pares possint sibi eligere locum vbi sedeant pro tribunali?rñ.sic:qa non habent sedem determinatam à iure,vt dicit glos.de iudicibus communis Bonoñ.C.quomodo & quādo iudex.l. cum sententiam.¶Quęro nunquid ab eorum sententia possit appellari? rñ.sic ad imperatorem vt in c sancimus.quo tempore miles.s. in feudo seculari. ¶Quęro quid si in cōi concordia partes volunt coram alio litigare an possint? & videtur qđ sic:qa possunt prorogare iurisdictio. alterius iudicis. Item compromittere,nisi sit quęstio de iurisdictiōe.ar.ff.de arb.l. nō distinguemus. §.de liberali.& no.in c imperialē.circa fi.de phi.alie feu. per Fede. & dic

4 & dic vt ibi dixi. † Sed nunquid iudices feudorum sint iudices, si
agatur de iniurijs personalibus? respon. non: secus si de realibus:
vt de fructibus feudi.& est ratio, quia iniurię personales non per-
tinent ad leges feudorum nec propter eos possunt vasalli priua-
ri feudis.& secundum Innoc.datur talis doctrina ꝙ iudices feudo
rum non habent aliquam iuris.pręter naturas feudorum.& est no.
dignum.¶ Pone etiam vasallus alienauit feudum illicitè, nunquid
dominus sua autoritate possit recuperare? dic ꝙ sic: vt est gloss.
sing.in aut.vt de cętero commutatio.post princip. colla. v.in glo.
5 super verbo,damus.¶ † Quęro quis mandauit executioni senten
tiam latam inter vasallos? respon.ipse dominus:quia in ipso feudo
habet iurisdictionem realem.& personalem:quoniam ipsum feu-
6 dum reputatur ipsius territoriū vt ff.de re iu.l.à diuo pio.¶ † Quę
ro,quid si vasallus conuentus negat se vasallum? respon.dominus
summatim cognoscet de hoc.& si reperiet eum in mendacio, au-
feret sibi feudum. & transferet possessionem in aduersarium. vt
in c. vasallus feudum. si de feudo fuerit contro. & hoc verum nisi
negauerit per ignorantiam,vel per errorem iuris,vel facti:quia tūc
ei parcitur.& ita debet intelligi quòd solenniter not.in aut.de triē.
& semis.§ pe.& ff.de rei ven.l.fin.& insti.de actioni.§.item mixta
est actio contra eos: & hoc egregiè dicit text. in d. c. vasallus. &
vbicunque in feudis fit mentio de amissione feudi, intelligitur cul-
pa & conuicto iudiciario ordine. vt in c. quicunq; aduocatur. de
pace tenenda.nemo eīn inauditus priuandus est, vel spoliādus.vt
ff.de re mili.l.iij.§.si ad diem.& ij.q.j. in primis. Et malo ordine fa-
ctum debet bono ordine in irritum reuocari:vt no.ff.de euic.l.mi
nor.in princi.ff.si mulier ven.no.l.ij.§ j.C.vnde vi.l.meminerint.&
l.si quis in tantam.in glo. magna.¶ Quæro an supradicta habeant
locū in feudo ligio de quo no.in c.pastoralis de re iud.in cle. quòd
non potest concedi nisi à principe? R̄n.idem qđ in alijs feudis mi-
noribus est in eo, si q̄ritur de natura feudi sicut idem iuris est de
naui & nauicula vt ff.de euictio.l.scapham.& l.fin.ff.de fun.instru.
7 Eo saluo ꝙ † solus princeps potest in talibus feudis ligijs cogno-
scere:qa solius principis est instituere & destituere vt d.c.pastora-
lis.& in c.j.apud quē & quos controuersia feudi finiri debeat. in c.
corradi. de l. corradi. Adde ꝙ dominus potest habere plures li-
gios vasallos.Sed econtra vasallus ligius non potest habere plures
dominos æquales nisi sit ligium paternum. Nam vasallus potest
habere duos ligios dominos ex vno fonte seu stipite natos. argu.
ff. de condi. & demon. l. cui fundus. §. fin. & in c. j. de quibusdam
extraordinarijs capitulis feudorum, qđ capitulum est extrauagās
& non est in volumine,& non allegarem nisi quia summistę isto. si
feudorum allegant.¶ Deinde scias qđ duplex est causa, scilicet vt
ita dixerim cardinalis feudorū scilicet inuestitura, quę latè patet.
nam etiam fęmina & infamis potest de feudo inuestiri, vt in c īue
stituram.§.persona per quos fiat inuestitura & per quos recipia-
8 tur.¶ † Est autem duplex inuestitura. scilicet abusina & imperfe-
cta.& per hanc non quęritur ius in re:sed ad rem:afficit eīn feudū.
vt alteri quam cui debetur non possit conferri: vt in c. si vero ar-
chiepiscopus.qui successores teneantur. sed ante illā inuestituram
licet pręcederet obligatio personalis in psona v nius posset alius
inuestiri.vt ff.de pub.l. si autem. §. si duobus & facit. c. est & alia.
§. si vero inuestitura. de noua forma fidelitatis. Et debet fieri ista
inuestitura abusiua per aliquod signum corporeum, quod est pre
ludiale.& modus significandis eius est sicut circulus ad tabernam,
Pręterea videtur ex hoc licentia data vasallo ingrediendi posses-
sionem,vt not.in c.ij.s̄.de consuetu.per Inno.sed domi. Dy. vide
tur notare in c. j. de reg.iur.li. vj. ¶ Item consueuit dari executor,
& tunc nisi per eum introducendum in possessio.possessio non ac
quiritur.vt ff. de acqui. posses. l. qui absenti. §. si quis. ¶ Sed nun-
quid in testamento non selenni potest concedi licentia apprehen
dendi possessionem defuncti? respōdeo sic.tex.est in illa.l. notabi
li vltra.C.de rebus eorū.¶ Alia inuestitura est plena incorporalis,
& per istam habet perfectum ius feudi & vtile dominium, vt in
c.j quid sit inuestitura in feud.hęc verba,pręter inuestituram regis
vel imperatoris:quia ibi etiam per inuestituram verbalem transit
possessio vt vtile dominium.Nam verbum regis habetur pro lege
vt C.de quadri.præscriptione. l. bene à zenone. & C.de donatio.
inter virum & vxorem.l.penultima.sicut enim rex per iuramen-
tum fidelitatis acquirit plenam fidelitatem: ita econtrario trans-
fert plenitudinem iuris feudalis,vt correlariuorum sit eadem vir-
tus vt C. de indic. viduita.l. fina. & scias quod ciuilis possessio est
apud dominum.naturalis id est corporalis apud vasallum. & sunt
duę possessionis: id est duobus possidentibus realiter opposite.
¶ Sed an in eadem possessione vtrum sint duę possessiones ma-
gna est controuersia. sed considera quod possessio pōt considera-
ri dupliciter: vno modo prout homo est in possessione. & ista est
possessio naturalis. alio modo put possessio est in homine. & ista
est possessio ciuilis. vnde dum sedeo super ęquo, naturaliter possi-
deo ęquum,& dum in conspectu habeo Sed pone quòd non ha-
beo in conspectu,tamen figura mentalis & abstracta illius ęqui ab
intellectu est in mēte & ī volūtate mea.& illa possessio dr̄ ciuilis p
sensum exteriorem intellectus & voluntatis. vnde dicit Aristo.
9 quòd lapis nō est in anima sed species,id est idea lapidis.¶ † Secū-
da causa cardinalis feudi est successio.& ista non tam latè patet:qa
non succedit fęmina,nec bannitus cum infamia vt ī c. j.§.cum ve-
ro,Corradus in titu.hic incipiunt consuetudines feudorum. & in
c domino guerram.in tit.hic finitur lex deinde consuetudines re-
gni incipiunt.masculi vero in perpetuum succedunt; dummodo
constet eos ab eo per masculum descendisse vt in c. vasalli feu-
dum.si vasallus feudo priuetur cui deferatur.¶ Item in feudo non
succedunt monstruosi vel orbati.Nam & hi minus participant de
specie humana quam fęminę vt in c. mutus vel surdus. in titu. an
mutuus,surdus vel aliter imperfectus feudum retineat.¶ Item in
feudo non succedunt clerici quia non possunt deseruire in huma-
nis Nam quicquid est causa priuationis est causa impediendę suc
cessionis. vt in c. miles. de eo qui arma bellica deposuit. Et pro-
pterea filius qui viuo patre commisit feloniam contra dominum
non succedit in feudo nisi satisfactum sit domino:ut in c.imperia-
lem.§. insuper. de prohibi. alie. feu. per Federi. ¶ Item in feudo
non succedit qui renunciauit in manibus domini, & fecit alium
10 inuestiri, vt in c. j. §.præterea. quib. mo. feu. amit. ¶ † Quæro
quid operetur inuestitura facta verbo cum per eam neque vera
neque abusiua possessio acquiratur? respondeo aut fit apud rem
traditioni paratam & acquiritur vera possessio & veram vtile do-
minium, vel vsucapiendi conditio. ff. de contrahen.emp.l.claui-
bus.C. de donatio. l. j. ff. de solutio l. si alicui. aut fit; alibi quam
apud rem ipsam, & tunc per inuestituram consuetudinariam ve-
ra possessio non acquiritur, nec vtile dominium sicut acquirere-
tur, si dominus diceret vasallo, vade in posses. antequam eat vt
in c. sciendum. de consuetu. recti feu. Ista enim verba suspensiua
sunt donec impleatur contractus rei interuentu: quia in hoc feu
11 da sunt similia contractibus innominatis.¶ † Si verò quęris quid,
operatur inuestitura abusiua: respondeo qnia inuestitura potest
agere vtili interdicto adipiscendę possessionis, siue officio iudi-
cis.arg. eorum quæ not. Inno. de libe. ob. c. j. & hoc est vtile va-
sallo:quia à tali sententia non appellatur.& in hoc ius canonicum
imitat̄ ius ciuile in feudo laicorum.¶ Item operatur,quia ista prę-
iudicialis seu primordialis inuestitura fortificat actionem perso-
nalem ex contractu feudi vt dominus compellatur pręcisè trade
re si tradere potest non solum si possideat. sed si possit redimere
à possidente. ar.ff. de le.j.l. non dubium. ¶ Item operatur quia ve-
stit pactum nudum auxilio consuetudinis: vt de pac.l. legitima vt
consuetudo inuestituræ aliquid operetur.& quòd approbatio con
suetudinis vestiat pactum,satis probatur.ff si cer.pet.l.certi condi-
ctio. §. si nummos. ¶ Sed statim quæritur quid est natura in feu-
dis.respond.quòd natura in feudis est naturalis ratio formæ & ori
gini suæ cohærens quòd autem amplius est non est naturale sed
accidentale.& natura est vniformis:sed accidētalia nō sunt vnifor
mia sed possunt adesse & abesse absq; corruptiōe subiecti, vt ff.de
ꝯhen emp.l. pacta ꝯuenta.& ista pacta q̄ nō cadunt in feudo secun
dū,nām feudi:sed p̄ter nām: vt de associāda vxore dn̄i,vel de mari-
tanda filia domini, faciunt quòd feudum dicitur conditionatum
quod non habet naturam simplicis feudi,nec potest vasallus inui-
to domino ei renunciare nec contra, dominus potest renunciare,
fidelitati & feudum reuocare.quia illa licentia non habet locum
quando feudum est datum ad seruitium certum: quia fortior est
obligatio certa quam incerta Nam certa obligatio non recipit in-
terpretationem legalem, sed incerta sic.vt ff.de ver.ob.l.qui romæ
§.flauius hermes.Similiter si feudum est francum non habet locū
pænitentia hinc nec inde.idem si ligium:qa turpe esset principi fi-
dem frangere: & quia beneficium principis debet esse mansurum
vt in aut.constitutio quæ de dign.§.illud.¶ Quærit Hostien. vtrum
dominus inter emphyteutas habeat iurisdi. sicut inter vasallos. &
dicit quod sic:sed hæc opinio à nullo relata est nisi à Saturnio: &
ideo falsa:quia saturnina: vt l.j.ff. de sena.¶ Item scias quod si quis
recipit feudū pro se & alijs suis masculis & fæminis, dictio &, non
ponitur adæquatiuè sed ordinatiue propter ipsius rei naturam. nō
enim patet locus fæminæ in feudi succes.donec masculus superest
eo quòd prius de hoc feudo fuerit inuestitus vt in c.qui sibi de eo
q sibi & hęredibus maribus & fęminis inuestituram accepit. & si
decessit tribus fęminis relictis & vna decedit cum filio masculo,
& alia sine hęrede, succedit masculus & non soror defuncti quia
filius filiæ dicitur esse ex corpore aui. tamen melius diceretur à
corpore aui quam ex corpore: quia dictio ex, exigit eandem na-
turam: sed dictio à, significat decisionem ab illo & separationem
12 quandam.& facit.l.j.C. de condi. inser. Sed nunquid † episcopus
possit infeudare suos consanguineos sicut alios. respond. sic. x. q.
ij.c.ep̄s per Archi.scias tamen ꝙ iura episcopalia non pn̄t aliqui-
bus emphyteusim concedi nisi ex antiqua consuetudine. ea. causa
& q. c perpetua. per Archi. & in quibuscunque requiritur tra-
ctatus exigitur consilium.& ideo non sufficit ratihabitio ex post-

facto.ea.causa. & q. quod si. per Archi. ¶ Item in successione feudi monasterium non habetur loco filij. in aut. de ali.& emphi. §.j. ¶ Item legitimatus non succedit: quia equiparatur adoptato. C. de muni.& originarijs.l.filios.per gl.& Bart. ¶ Quero si feudatarius regis sum, deinde de meo feudo acquisiui plures feudatarios: nunc vertitur questio inter eos. Modo queritur utrum cognoscam ego inter eos, an dns rex: & videt ꝙ dns rex: qa nihil penes me remansit. secus si remansisset seu reseruasset. In contrarium videtur: qa reseruatur mihi fidelitas vasallorum meorū qđ verius est: qa vasallus meus non est vasallus regis sicut nec ecōtra rex tenet ei aliqua lege feudi. & correlatiuorū eadē est disciplina. & si à me appellabit, appellabit ad regē. Et si rex haberet superiorē, appellabit gradatim, & nō p saltū omisso medio: sicut debitor debitoris mei nō est debitor meus qa cū eo nullum pactum habeo: vt C. de ac.& obl.l.cū ita vasallus vasalli mei non est vasallus: meus qa secum nō pepigi. Et
13 scias ꝙ † licet qñ vasallus alienat de voluntate dñi desinat omnino esse feudatarius tam quo ad pos. q̃ ad vtile dñium: vt no ff. cōmo.l.si vt certo.§. si duobus vehiculū. Secus est si vasallus suo nomine acquirat sibi alium vasallum: qa tunc nō desinit esse vasallus dñi, nec cedit feudū alterius sed cōcedit. & sic est reperie vtile dominium superius & vtile sub illo. vt nota. in simili de vtili do.l.vtilis. in illa subtili glo. que est. ff. ad treb.l. ex asse. & patet in c. imperialem. §.illud. de phi.feu. alie. per Fed. Exemplū querit, prelatus non pōt dare in feudum res ecclesie sibi subiecte, v. in aut. in quib. cau.feu.amit. §. item si eps. rñ. qa illa ecclesia habet proprium & per se rectorē. vnde administratio rerum nō pertinet ad maiorem prelatum vt no. Io.mo. in tit. que res in feu. dari pos. in summa sua et facit etiam de priuilegijs.c. cum capella. ¶ Quero cum sit regula ꝙ resoluto iure datoris resoluit ius acceptoris: vt ff. loca. l. si qs domū. §. hic subiūgi ¶ Quero si vasall⁹ primus īfeudauit scđo, morit primus sine herede, quòd secundus vasallus recognoscendo a domino debet feudū retinere: vt in ti. qualiter iurare dēt vasallus. §. si autem? Responde id esse benignè receptum: vt ff. de aqua quoti.l. j. §. permittitur. qđ dic vt dixi in aut. quib. mod. feu. amit. §. rursus. Dicit Inno. in c. ceterum. quòd si questio feudi vertit inter epm & vasallū ecclesie cōfitentem ideo feudalē esse, tñ fore questio est de radicibus & tributis quòd prima iurisdictio pertinet ad pares. Sed secunda iurisdictio. f. causa appellationis pertinet ad superiorem
14 ecclesie. Inn. idem ait, ꝙ † si inter duos vasallos est controuersia & vterq; fatetur eundem esse dñm, cognscat dñs feudi si verò negat alter sequit iter feudi qui aditus est cognoscere. hoc enim tenet in effectu. Idem ait ꝙ qui agit rei vendicatione directa ei nō patrocinatur dñium prescriptū vel feudale. idē ait qđ si feudatarius concessit in feudū, dominus feudi cognoscit, & si ab eo appelletur, cognoscet dñs domini. & si non sit dominus domini cognoscet curia generalis loci: sed si agitur actione iniuriarum ordinarius rei est adeundus. si agatur de iniuria in re non feudali seruatur ius commune. vt no. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Idem ait ꝙ vasalli non possūnt dimittere dominum feudi, sed dominus & vasallus concorditer possint dimittere pares: qa eorū nō interest cū nō habeāt ius in feudo de quo litigatur. Idem ait quod non omnes vasalli sunt citandi ad eligendum arbitros, sed ipsi tm litigātes eligent. f dñs vnū & vasallus aliū. Itē pñt pares in hoc cōcordare. Idē ait qđ pares vasalli dicuntur alij vasalli sites puta in cā comitatus. alij comites ei⁹ dñi. Idē ait ꝙ seruare debent ordinē iudiciariū quia sunt ordinarij tam pares q̃ arbitri. Idem ait ꝙ predicta sunt vera, qñ agit reali actione: sed in personali actione ordinarius loci cognoscit: tñ si iurisdictio est infeudata ipse dñs cognoscit de omni causa iure ordinario qa habet directum dominiū iurisdictionis. Idem ait ꝙ dñs feudi iure talis dñij nō habet iurisdictionem in vasallum nisi agatur de lege feudorum. Idem ait quod etiam pro maleficio non imponitur pena pro lege maleficiorum & feudorum nisi priuationis feudi. Idem ait quòd hec questio an res sit feudalis, precedere debet principalem questionem, puta rei vendicatio: quia primo debet constare de iurisdictione. Idem ait quod vasallus qui negat feudum perdit feudum. Insuper idem Innocen. ait quod feuda rerum ecclesiasticarum odiosa sunt & ideo restringenda. inf. de feud. capitulo. j. Idem dicit quòd nulla res presumitur feudalis sed libera: vt no. in c. vt super. de reb. eccle. non alie. Idem ait quod si infeudantur incorporalia mera, sufficit inuestitura incorporalis: vt no. per Innocen. in c. cum nostris, inf. de concess. preben.

CAP. VI.

1 *Actionis nomen non cogitur actor in libello exprimere.*
2 *Subtilitas nimia reprobatur.*
3 *Libellus potest formari in vulgari.*
4 *Actor de iure ciuili non tenetur exprimere nomen actionis.*
5 *Libellus an possit esse conditionalis.*
6 *Actio quid sit.*
7 *Actionis nomē si reus in libello petat exprimi & expressa fuerit inepta actio, an vitietur libellus.*

Dilecti. ¶ Sufficit actori factum cum conclusione proponere, & rei veritatem intentare.
1 † nec cogitur ī libello nomen actionis exprimere propter authoritatem veterum. olim actiones id est actus agentium seu libelli vocabantur vulgares formule: & qui cadebat à syllaba: cadebat à causa id est à libello ¶ Sed in iure canonico non habet locum illa authoritas nec de ea curandum. hoc dicit. ¶ Scias quòd in statutis municipalibus qui cadit à syllaba, vñ sit pondus syllabe vel formule cadit à libello: qa statuentiū authoritas ei non suffragatur. sed sufficit verba statuti in effectu proponi. ff. de nego gest.l. actio cauti aduocati semper in libello ponunt verba statuti formaliter propter grossos assessores, qui multi sunt. Diuiditur in partes duas. in prima ponitur pars querele. in secūda parte prouisio. secunda ibi, prouideatis. ¶ Casus. Eboraceñ. episcopus apostolice sedis legatus compellebat clericos coram se agentes exprimere nomen actiōis in libello, nec aliter volebat recipere libellum: vnde ad hoc clerici sunt conquesti. papa mandat istā subtilitatem non curari & scribit quibusdam iudicibus qđ super libellum simpliciter & purè factum narrantem, f m rei veritatem, pcedant scilicet non obstante qđ nomen actionis nō sit expressum in
2 libello. ¶ † Not. qđ nimia subtilitas reprobatur. sic. ff. quib. mod. pig. vel hypo solu.l. sicut. §. si debitor. & ff. manda.l. si fideiussor. §. quandam. adeo qđ magis reprobatur nimia grossities: vt C. de here. inst. l. fin. Nam nimia subtilitas tendit ad pernitiem. ff. de excu. tut l. hic nimium scrupulosa, & nimia grossities est quedā ineptia
3 que à iure reprobatur. ¶ † Sed nunquid libellus potest formari in vulgari. Nam vulgare plerunq; continet grossitiem quandam! dic qđ sic dummodo cōtineantur in vulgari ea que debent contineri in literali & hoc apparet: qa in plerisq; loci iudices sunt illiterati. & no. C. de sen. ex peri. reci.l. fin. Quid si est questio scrupulosa de apicibus iuris, puta an oriatur condictio ex.l. vel actio in factū Item an cōtractus feudi, vel emphyteusis sit contractus nomina-
4 tus aut innominatus. ¶ † Nunquid de iure ciuili teneatur agens exprimere nomen actionis. rñ. non vt l. j. §. qđ autem. ff. quo. lega. licet verus legista cognoscat istas opiniones. nam condictio ex.l. est quoties precedit obligatio nuda non apta ad agendū: sed lex inuenit ipsam actionem vt C. de dona.l. si quis argentum. sed condictio in factum est quoties precedit obligatio apta ad agendum, tamen dubitatur quae actio competat vt ff. de prescrip. ver.l. quoties. ¶ Item contractum nominatum cognoscimus per hoc qđ ex eo nascitur actio eiusdē nominis: sed si nascitur actio prescriptis verbis, vel condictio ex moribus, vt in feudis, ille non esset contractus nominatus: & ideo nō perficitur consensu, sed rei interuentu. vt c. j. qđ sit inuestitu. ī vsib. feud. & C. de iure emphi. l. fi. Oppo qđ talis libellus non procedat, nisi nomen actionis exprimat: quia licet sit perfectus in materia, non tamen est perfectus in forma. Nam forme nihil debet detrahi. ff. de fur.l. si seruus nauē. & C. de interdi.l. fi. solu. de iure ciuili procedit oppo. vt no. in l. j. post prin ff. de edē. in fi. magne gl. Nam libelli formantur per aduocatos apud quos debet esse legum peritia. Et ideo non est graue nomen actio. proponere. & quia ita constitutum fuit ab initio quando ll. ad iudicia prodierunt vt ff. de origi. iuris. l. ij. ¶ Item quando ex vna causa oriuntur plures agendi forme ad diuersos effectus tendentes non debet procedi in equiuoco: vt ff. de iureiur.l. duobus. §. colonus. & stultus agens sibi imputare debet vt no. in l. quidam. ff. de in rem ver. & errare in iure est lata culpa. ¶ Item ineptus libellus nō concludit iudici: & ideo officio iudicis repellit vt l. j. ff. de officio asses. ¶ Item si non debet exprimi nomen actionis, ergo causa, & actio sunt idem quod est falsum. dicas ꝙ ista procedunt de subtilitate iuris ciuilis non de naturali iustitia, nec de canonica equitate, nisi in casu quando actor debet eligere actionem. Nam tunc oportet qđ cām nominet ī libello: vt l. fin. C. de colla. & l. j. C. de fur. & ff. de tribu.l. qđ in heredem. §. eligere. & ff. de leg. ij. l. cum filius. §. varijs. vel ꝙ intellectualiter propter modum agendi speciem exprimat actus: vt. C. de eden.l. edita in verbo, speciem. nam. quod ex verbis concipi potest, videtur prolatum verbis expressis: vt ff. de libe. & posth.l. gallus. §. quidam. & ar. C. de testa.l. quoniam indignum. ¶ Et si dicas ꝙ secundum canonem sequitur qđ causa & actio sunt idē. rñdeo non est verum; qa narratio est loco cause: cōclusio est loco actionis. vel si vis fateri dicas ꝙ actio & causa sunt idem de iure canonico scilicet de actione deducta in casu agēdi: sed causa & nomen actionis non sunt idem. ¶ Secundo oppo. quia imò subtilitates approbantur vt C de senten. que pro eo qđ interest proferuntur.l. vnic. §. in alijs. solu. ibi loquitur de subtilitate inuentiua veritatis, & hic loquitur de scrupulositate libelli. Praeterea de iure ciuili nimium scrupulosa non est necesse exprimere in libello. arg. ff. de acqui. here.l. quòd si dubitet. ff. de lib. & posth.l. gallus. §. si eius. ¶ Quaero quando ex eodem facto resultāt plures accusan. leges, vtrū nomen legis debeat exprimi, in libello? & est argu. qđ sic. j. de excep.

excep.pia. lib.vj. ¶Contrarium seruat consuetudo:qa leges com binantur in libellis criminalium causarũ vt est glo.sing.in l.senatus
5 cẽsuit.ff. de accu. ¶†Quero nũquid libellus possit esse cõditiona lis?& videt ꝙ sic.ff ad l.aqli.l. in lege Aqlia si deletũ.sed ibi actio erat de pñti ꝓpter delictũ:vt no.ff.qd met.causa.l.si cũ exceptio ne.§.pe. licet non fieret exactio propter incertitudinem interesse. dic ꝙ non procedit libellus conditionalis si incipit à conditio.vt ff.de iudi.l.nõ queadmodũ.& ratio est:qa deficit actio,& sine actio ne ĩ sine actionis origine nemo experit:vt ff.de ne.ge.l.si pupilli.§. penul.nam actio dicitur prout est apta ad agere.sed id qd non est in rerum natura, non est aptum ad agere. si autẽ libellus incipit à precedente obligatione possunt consecutiuè eius conditionalia adiungere libello vt pena & interesse.& similiter no ff.de ver.obli.l ij.§.item si in facto. & C.loca.l. conductor.C.vnde vi.l. non ab re. vide glo.in.c. raynutius.in versi.si contra ipsum. de testa. & ibi per Ioan. An. & Inno. ¶Item quoties futura presentibus cumulata ꝓcedunt,possunt simul proponi & successiuè exequi,vt C.de fidei
6 commiss.l.j. ¶†Vltimò scias quod actio est ius prosequendi in iu dicio quod sibi debetur.vt insti.de actio.in princip. ergo qui illud ius proponit,actionem proponit: qa vbi intentatur diffinitum in tentat & diffinitio & econtrà. & satis probatur in capitulo nostro.
7 ¶†Vnum quero libellus fuit formatus non expresso noĩe actio nis in libello, reus petijt exprimi nomen actionis, & expressa fuit inepta actio: nunquid vitietur libellus? & dico ꝙ non etiam de iu re ciuili quia quod rite factum fuerat superueniens imperitia non habet vitiare.quia non coheret inutile vtili.ar.ff. de le.iij.l.si de iu re.Sed glo.ac. dicit contrarium vt d.l. j. ff. de eden. quasi videat se astringere ad actionem ineptam declarando se ad illam. ¶ Nam qui declarat pœnitere non potest.vt est glo.sing ff.de verbo.obli.l. quicqd astringẽdę sed ego puto ꝙ ad ineptias nemo possit astrin gi.quia sunt contra ius. Item quia iudex ex officio debet eas repel lere,& non repellet actum aptum propter ineptum.dicit Innocen. quod omittere act. nõ nocet, sed ineptam exprimere nocet.sed.j. in c.examinata.dicit quod nõ nocet exprimere ineptam actionem si causa est apta ad agere.nam inest actio apta de necessitate, ergo expressio in contrarium nihil operatur: superuacuum & inutile. ¶Ad tertium hic opp. nam debet quis eligere actio. sed iste eligit ineptam: ergo eligendo sibi preiudicat. Item non edit qui stulte edit. ¶Item iste preponit contrariũ scilicet actum ineptum. Sol. si ante litem contestatam excipitur de ineptitudine debet emẽda re libellum ne aduersarius cogatur litigare super inepto. & qa ista exceptio est declinatoria caueat se ne contestetur litẽ: qa post lit. contesta.sufficeret causa apta licet esset inepta actio. & ita potest intelligi dictum Inno.Bal.

C A P. VII.

1 *Excommunicatus agere non potest per se,nec per procuratorem:conueniri ta men potest,& tenetur per procuratorem respondere.*
2 *Verbum debet,significat aliquando honestatem; non necessitatem.*
3 *Excommunicatis an debeat ius reddi.*
4 *Ex an exceptio excommunicationis possit opponi in foro laicali.*
5 *Excommunicatus an possit opponere exceptionem compensationis.*
6 *Excommunicatus est turpis persona.*
7 *Excommunicatus obtulit libellum & fecit partem citari an possit supersede re,vel possit cogi ad procedendum.*
8 *Excommunicatus an possit facere testamentum.*
9 *Excommunicatus an possit accusare.*
10 *Excommunicatus an possit allegare exceptionem prescriptionis.*
11 *Excommunicati sunt actor,& reus poterit opponere mutuam exceptionem excommunicationis.*
12 *Monachus de testando a papa licentiatus,de bonis relictis a patre si est excõ municatus,an testari poterit.*
13 *Excommunicatus potest ab intestato patri succedere.*

INtelleximus. Excõicat⁹ ad iudicium trahi tur ne d̃ sua malitia glorietur. Primò ponit quæstionem. Secundò solutionem. Ter tiò reddit rationem.secũda ibi rñdemus tertia ibi, nę videat. ¶Casus.quęsitũ fuit vtrũ publicè excõicatus maiori excõ municatione in iudicio stare possit. rñdeo ꝙ conueniri potest & dẽt respõdere in iudicio per procuratorem: ne sua contumacia ei prosit. ¶Opp.quòd non possit stare in iudicio:vt in c.excommu nicatus.§.credentes.inf.de hære. & j. de sen. excom. c. si vero. So. agere non potest per se,nec per procuratorem suum, licet procu rator non sit excommunicatus. sed bene potest conueniri, & tene
1 tur respondere per procuratorem non excommunicatum. † Sed secundò opp.quòd non teneatur constituere procuratorem : qa vsus procuratorum est volnntarius, & non necessarius vt ff.de ꝓ. cu.l.j.§.vsus.& in c.querelam.§.de procu. So. concedo ꝙ precisè non teneatur rñdere per procur. sed causatiuè sic, si ipse persona liter comparet.& sic verbũ debet,significat honestatẽ non neces sitatem.vel dic qd excõicatus comparatur leproso propter vitiũ
2 † contagionis:vt in aut.insiur.qd præstatur ab his.§.fina. col.ij. & ideo cogitur constituere procuratorem:& sic verbũ debet,ꝓpriè sonat:si tamen vult constituere nuncium qui nihil sciat,& nihil fa ciat eo inconsulto:quia nuncius propriè est q nihil ex animo suo facit sed ex animo domini: procurator autem plerunq; ex animo suo facit:quia causa requirit,dico quòd non sufficeret: quia iunge ret difficultatem processũi causę:sed si esset nuncius constitutus cũ libera iste potius esset procurator & haberet idoneum mãdatum. tex.est valde singu.ff.de verbo.obli.l.qui romę.§. calimachus.in fi. ¶Opp.quòd imò teneatur personaliter comparere.s. ad iurandũ de calumnia vt C. de iur. calum. authen. principalis. Sol. illud est verum nisi constituat procuratorem specialiter ad iurandum de calumnia. Item concedo quod interdum teneatur dominus com parere vt ff. de procu. l. si actor malit. & C. de procu. l. fi. ¶ Opp. si potest cõstituere proc.ergo procurator erit excõicatus:qa parti cipat cũ excõicato. So. ex hoc nõ incidit ĩ excõicationẽ: qa parti cipat de licẽtia canonis. Et idẽ dico de aduocatis & alijs iuris ma gistris. ¶Econtra oppo. nam imo videtur ꝙ excõmunicatus pos sit agere vt patet in actore appellante qui prosequitur suam appel lationem vt in c.j.de rescrip.lib.vj.sol.ipsã in appel.& idem puto in nullitate quę colligit ex actu cũ nullitatis appellat o demerga
3 tur,vt no.in l.j.C.qñ prouo.nõ est necesse. ¶†Quero vtrum excõ municato debeat ius reddi. exemplum pone iurani soluere Titio, x.certo termino.Titius adueniente termino reperitur excommu nicatus maiori excommunicatione. vtrũ si ei non soluo sum per iurus? dic ꝙ nõ sum periurus: qa excõicatus est cõmunione homi num segregandus: vt in c.j.§.j in tit. hic finit lex; deinde incipiunt
4 consuetudines regni.col.x. ¶†Quero nunquid exceptio excõmu nicatiõi,possit opponi ĩ foro laicali.respon.sic vt.C.de sac.san.eccl. l. placet.& no.C.de iur.& facti igno.l.j.& est ratio,qa habet ꝓ mor
5 tuo.vt no.insti.de capi.dimi.§.minor. ¶†Quero vtrũ excõmuni catus possit opponere exceptionem compensatiõis:rñ. non, si re plicetur.nam replicatio necessaria est,sicut contra agere necesse est excipere.ita intelligit.j.de excep. cũ inter.& ratio quare exceptio cõpensationis differt ab alijs exceptionibus est qa sapit reconuen
6 tionẽ vt singulariter no. C.de compen.l.neq;. ¶†Sed nunquid ex communicatus est turpis psona?rñ. sic ꝓ à locũ remotione qa re mouetur à cõsortio catholico.& honesto. vt C. de spectacul.s.l. si
7 qua. ¶†Quero, excõicatus obtulit libellũ,& fecit par.tẽ citari, dein de supersedit in procedendo,reus petit eum cogi ad procedẽdum: ipse dicit se nõ posse ꝓcedere qa excõicatus.nunquid põt allegare ꝓpriam turpitudinem? & vr ꝙ sic,qa est detecta per sñiam excõica tionis.nam idem dicimus in periuro qñ põt se allegare periurum: qa magis allegat sñiam q̃ crimen.vt singulariter no. per gl. & Bar. ff. de iureiur.l.alias. & per Inno j. de iureiuran.c. muller. In cõtra rium videtur, qa sentiret lucrũ ex malitia sua,qđ esse nõ debet vt hic.& hęc vera qa in agendo actor efficit reus in procedendo.Sed quid dices de bãnito bonis adeptis? rñ. iste liberatus est. ff de fide iusso.l. si debitori deportato.nisi fiscus repudiet bona.qa tunc non liberatur.arg.illius not.gloss.que est.ff.de lega.j.l.si seruus plurium. §.quis autem. & facit qđ no.ff. q ex cau. maior.l. si quia mulier.§.j. ¶ Sed pono, Titius accusauit Seium de homicidio lite pendente iste Titius fuit excõicatus vel bannitus,nunquid poterit procedere ad vlteriora.rñ.in bãnito dico ꝙ sic:vt ff.de publi.iudi.l. is q reus. §.inchoatas. vbi est tex. vnicus in iure. In excõicato puto contra riũ:tñ iudex ex officio ꝓcedat tanq̃ si accusator procedere vellet vt C.de accu. l. ij. Ista eñ est bona equipparatio: qa nolle dicit,quĩ facit qđ nõ possit velle vt no.in l.j.C.de natu.li. & no in c.j. de iurẽ pa.li.vj. & scias ꝙ excõicatio vel bannito non elidit act. in essentia sed in proponendo.nam si eliderei actionem non posset cedi: vt
8 eleganter no.ff.de exce.do.l.apud celsum.§.si cũ legitima. ¶† Sed an excommunicatus possit facere testamentum & videtur ꝙ non quia testamenti factio est publici iuris.Sed iura publica sunt excõ municata.interdicta.dic contrà vt no.in c.decernimus.de sen.excõ. li.vj. in nouella. Non obſ ꝙ sint simplici iure.quod verum est aut toritate, sed non vtilitate. Item non ob. quòd excommunicatus est infamis:quia etiam infamis potest facere testamentum : vt C. de secun.nup l j.nisi fit damnatus de publico vel ad mortem.vt ff. de testa.l.cum lege. Sed nunquid excommunicatus potest iura sua vendere alteri?respon.sic,quia contrahere potest.nec obstabit ces sionario ex causa non lucratiua exceptio excommunicationis: secus si pretenderet causam lucratiuam secundũ Dy. idem qui nõ perdidit bona.Nam bannito sicut excommunicato in cõtrahẽdo & etiã in se defendẽdo ius redditur:vt not.ff.ex quib.cau.in possef.
9 ca.l.ad cognitionem vbi est gl. sing. ¶†Sed nunquid excommuni catus potest accusare:respon.non præsertim tanquam quilibet de populo & hoc si excipiatur. de excõmunicatiõ. alias bene teriet processus.vt in c.pia de excep.lib.vj.ar.contra qd pro dellas sic ipo

jure nullus de illa singulari.l.ff. de aleato. §.l. j. quid autem. sed ibi
10 ipso iure non competit actio.¶† Sed nunquid excommunicatus
potest allegare excep. præscri. rñ. sic qa reus, & qa præscriptio sitis
est solutiōi: vt ff. de admi. tu. l. si pupillus. & ff. de iniur. l. sed si vni⁹.
11 §. sed autem. ¶† Quæro si ambo sunt excōmunicati actor & reus.
vtrum reus possit obijcere actori repetenti mutuam excep. excō
munica. & videt̃ qđ non: qa reus tractat de lucro captañ actor de
dāno vitañ. per doctri. Inn. ĩ. de adul. c. intelleximus. vbi dicit cō-
tra qa repellere aliquē à limine iudicij nō est lucrū, & quo ad legiti
mationē, psonarū dēt potius attēdi actor q̃ reus: ut C. qui da. tut.
pos. l. in vniuersis. ¶† Pone, papa dedit licētiā monacho testādi de
12 bonis sibi relictis à patre. Iste monachus est excommunicatus, nū-
quid poterit testari. rñ. non qa iste monachus similis est militi mis-
so ignominiæ causa, qui non potest testari ſm priuilegium militū
vt ff. de testamēto militis. l. testamēta eorū. tñ si postea sit restitut⁹,
testamētum conualescit: qa excōicatio nō habet perpetuam cām
phibitionis, sed vsq; quo durat. ar. ff. de leg. ij. l. Titia Seio. §. vsuras.
& ff. de hęre. insti. l. si is qui soluendo duos non erat. & quod not.
in. c. quāquā. de vsur. lib. vj. Nā testatio mentis aliqua fuit potentia
ex qua sequitur conualescentia. Arg. cōtra quia eodem statu durā
te perpetua est phibitio qđ videt̃ verius nisi statu mutato & habi-
litato tacite vel expresse cōfirmat priorem voluntatem qđ tacite
facit eam reformādo non solū totaliter confirmando, qđ est mul
tum notabile. vt ff. de testa. mili. l. tribunus. §. fin. ff. de secun. tabu.
l. qui ex liberis. §. testamento. Sed quid econtra si tēpore testamen
ti erat in gratia, postea est excommunicatus? respōdeo, rumpitur
testamentum tantum propter suum delictū quinimmo etiā si iniu
ste excōmunicatus sit propter authoritatē rei iudicatæ: vt nota. ff.
de secun. tabu. l. j. §. exigit. & ff. de bon. lib. l. si necem. §. si deporta-
tus. ¶ Sed nūquid excōmunicatus succedit patri ab intestato tāquā
suus hęres: vel ex testamēto. & videt̃ qđ nō: quia habet̃ p mortuo:
vt in l j. §. si pater. ff. de cōiungen. cū eman. liber eius. Contrarium
est verū, quia iura patrimonij non perdit: & quia iura agnationis
retinet. non enim quia excommunicatus non confiscatus vel de-
portatus tamen in iudicio non erat diu absolutus sit licet ideo etiā
tutele legitimę sibi deferuntur tamen directo iudicis non potest
ei concedi administratio tutele publica excommunicatione durā
te: & multo minus durante solenni anathemate. Bald.

est, qđ dictū statutum comprehēdat prohibitionē alienationis quę
fieret in personā ecclesiasticā: nihilominus dictū statutū est iuridi-
cum & non improbādum nec censendū cōtra libertatē ecclsię: qa
est conditū fauore publici & cōmunis boni & subditorū: vt eis sal
ua immobilia & territoria conseruent. vnde nō est cēsendū esse cō
tra libertatē ecclesiæ. s; p libertate publici territorij: & publicarū
functionū. & ego dico qđ res publica æq parat̃ ecclesiæ. ut C. de sa-
crosan. eccle. l. fi. unde sicut ecclesia defendi debet in iuribus suis, ita
3 & ciuitas. ¶† Itē non est dubium qđ dominus possit imponere le-
gē rei suæ; vt non possit alienari in ecclesiā, vel in aliū potētiorem.
vt not. ff. de ver. obli. l. si ita quis. §. ea lege & id qđ pōt fieri p pactū
vnius multofortius per pactū populi pōt fieri cùm ciues ita statu-
unt super rebus propriis. ut no. C. de decre. decurio. in rub. lib. x. qđ
proculdubio est uerū in prædijs tributarijs vel affectis perpetuo o-
nere collectarū. Nam ecclesia nec iniustū facere, nec iniustum pati
debet: & maxime circa diuidēdas reipublicę vires, vt in. c. j. de feudi
alie. §. & si cliētulus colla. x. & est expressum in. c. j. §. donare, aut p
aīa iudicare. qualiter olim feudū alienari pote. & de phi. feu. alie. p
Lotariū. c. j. ĩ fi. in prī. ibi dū dicit, nemini licere, p qđ ĩperij vel dñō
rū minuatur vtilitas. Præterea licet ꝯmercia sint de iure gētium, tñ
possunt arctari per ius ciuile. vt C. non lice. habitatoribus metro-
4 comiæ loca sua in alios trāsferre. l. j. lib. xj. ¶† Deinde no. qđ nō va
lent cōsuetudines contra libertatem clericorū, id est cōtra eorum
iurisdictiones, vel priuilegia, vel dominia. vt hic. Idē in statutis per
quæ homines inuitant̃ ad offensas clericorū, vt dicam. ĩ. de restitu.
spolia. Pisanis. Et adde hic qđ no. de consuetudinibus prauis nō ser
uandis. vt in auth. vt nulli iudi. §. j. & C. de agrico. & censi. l. domini
5 prædiorū. lib. xj. ¶† Quæro vtrū valeat testamentum factū contra
libertatē prælati vel regulæ, vt si legat̃ monacho ita tamē vt ne ab
bas faciat ei controuersiam. gl. dicit qđ sic. ff. ad Trebel. l. Lucius.
§. tres hæredes. & ar. ff. de cōdi. & demōn. l. Titio centum. § j Solu.
aut legatum tendit ad pietatē, vt legatum alimentorum, & dēt ser
uari forma testamēti. aut tēdit vè proprietatē: & tunc valet testa-
mentum & non forma eius quia ista adiectio est contra expropria
tionem quę debetur ex vi regulæ monachalis. vnde nedum testa-
tor sed nec Papa secundum quosdam posset dispensare. de hoc di
xi in l. j. C. de his quæ pęnę nomine. Baldus.

CAP. VIII.

1 *Canones an possint cognoscere de successionibus quę sunt de iure ciuili.*
2 *Statuta ciuitatis an possit prohibere ne alienetur in personam ecclesiasti-*
cam: & si prohibeant, an sit interpretandum contra libertatem ecclesiæ.
3 *Legem rei suæ potest imponere dominus vt non alienetur in ecclesia vel po-*
tentiorem.
4 *Consuetudines contra libertatem clericorum non valent.*
5 *Testamentum factum contra libertatem prælati vel regulæ an valeat.*

CLerici. ¶ Clerici de omni crimine debent coram
ecclesiastico iudice cōueniri, nec valet cō
suetudo contraria. ¶ Not. qđ ll. non dedignātur sacros
canones imitari. ¶ Item in consuetudinibus & statutis
municipalibus, quia canones non mittentes falcem in messem
alienam, sed in propriam prȩualent legibus & statutis municipali
1 bus. ¶† Sed nunquid canones possunt mittere falcem in alienam
messem puta in successionibus quæ sunt de iure ciuili, vel præto-
ris. verbigratia, dixit lex, q mulier nubens infra annum luctus non
succedit nisi in quibusdam: sed apostolus dixit nubat in Christo.
Dicit Petrus quòd non est standum iuri canonico sed ciuili dicto:
de hoc dic vt nota. in l. j. C. de secun. nupt. Quidam tamen dicunt
quod dictum apostoli debet intelligi quod nubat in domino, ta-
men nō sine infamia vulgi. dic ut ibi dixi. & no. ĩ. de secū. nup. c. pe.
per Inno. Et si Imperator pōt dispensare qđ nō contrahatur infa-
mia, multomagis Apostolus. ¶ Sed hic quærit̃ de tali dubio: po-
ne statuto ciuitatis Floren. cauet̃, qđ propter uitandū scandalū ciui
tatis nullus possit contrahere matrimoniū cum terrena sub pęna
capitis. Quærit̃ vtrū teneat statutū quo ad pęnā? respon. sic: qa non
punitur matrimonium, qđ est de iure diuino sed eius qualitas. vt d.
l. j. de secun. nupt. de hoc no. in c. statutum. de hæreti. lib. 6. in nouel
la. In matrimonijs enim non punitur matrimonium inquantum
2 matrimonium: sed potest puniri in sua qualitate. vt ff. de contrata.
l. nō tantum. §. si emancipatus. ¶† Sed hic quęrit̃ de tali dubio: sta-
tuto ciuita. Mediolani cauet̃, qđ nullus subditus potestati Medio-
lani possit alienare rem immobilem in non subditum: nisi soluat
tantum pro libra. Quæritur an possit alienāre in personā ecclesiasti
cam? & si prohibeatur expresse: an sit interpretandum ꝯtra liberta
tem ecclesiæ. & in hac quæstione laudabilis memoriæ. d. Signorol⁹
de Mediolano post prolixas allegationes pro & ꝯtra finaliter con
suluit consilio. 19. & sequit̃ qđ posito pro constāti & p uero, sicut

CAP. IX.

1 *Prȩlatus an possit esse in iudicin sine consensu capituli.*
2 *Prælatus an faciat mediam partem totius capituli in collectis subeun-*
dis.
3 *Collegia an possint compelli ad constituendum procuratoram vel syndi-*
cum.
4 *Episcopalis ecclesia potest esse regularis & monachalis.*
5 *Abbas an possit ratificare processum monachi.*

CAusam. Iudex prouidere debet ne collegium li-
tiget coram eo sine authoritate prælati.
¶ Casus. Fratres Duliuenensis monasterij habebāt cau-
sam cum monachis sancti Albani: Qui fratres Duliue-
neñ. erāt monachi episcopi duliueñ. Papa cōmisit causam cuidā
judici, dans ei in mādatis qđ prouideat cætera qđ fratres duliueñ.
monasterij authoritate & cōsensu episcopi sui ingrediāt̃ iudiciū: ne
si fratres sancti Albani obtinerēt in causa frustratoria esset eorū vi
ctoria Episcopo dulineñ. proponēte qđ fratres duliueñ. non habe-
bant legitimam personā sine episcopo. ¶ No. qđ iudex debet pui-
dere qđ litiget per personā legitimā ne iudiciū sit elusoriū. ¶† S;
quid econtra an prȩlatus possit esse in iudicio sine consensu capitu
li. Et respondeo qđ non scilicet iure communi. allegat gl. l. ait prę-
tor. ff. de iure delib. ubi dicit qđ qui non potest alienare, nō potest
actiones proponere. quæ regula est & sic intelligit̃ scilicet q nō po-
test nomine proprio alienare, nec nomine pprio agere. tutor tamē
nō potest alienare, & tamē causam agere potest alieno nomine qa
illa regula nō habet locum in administratoribus. Item pater. vt C.
de bo. mater. l. 2. & dic ut ibi Inn. hic dicit qđ negocio communi
plati & Episcopi nō licet ꝯmerciū agere sine Episcopo. Itē in quo
libet grandi negocio licet non sit commune, tñ requirit̃ eps vt au-
thoritatē prȩstās. Inde dixit Arch. qđ solus prælatus nō pōt agere.
68. dist. c. fi. Dicit Archi. qđ syndicus qui non est generalis non po-
test iurare sine licentia & speciali mandato. 63. distin. vt nullus. Nā
libera adiecta speciali mandato non auget mandatum ff. de verb.
obliga. l. qui Romæ. §. calimachus. per Barto. ¶ Quæro an prælatus
faciat mediam partem totius capituli in collectis subeundis. & dic
2 vt de priuile. cum & plantare. per Innocen. ¶† Oppo. nam si sen-
tentia esset lata pro fratribus duliueñ. valeret quemuis prælatus
non ratificaret: ut C. de procu. l. non eo minus. sol. ibi minor erat in
judicio cum maiore. sed capitula ęquiparantur duobus minoribus
ita

ita qđ cessat inter eos priuilegium. ar.ff.de excu.tuto l. sed & mili-
3 tes. in prin. ¶†Extra quęro nũquid collegia possint compelli ad
constituen.procuratorem vel syndicũ? rñ. sic vt ff.de fideicom.li.l.
4 ergo.& ibi per Ia.de are.¶†No.in isto capitulo.qđ ecclesia episco
palis potest esse regularis & monachalis ſm Io. an.& Host.raro ta
mē hoc inuenitur ꝙ sit monachalis,ita ꝙ episcopus sit episcopus
5 & abbas ſm Hostien. ¶ † Quęro nunquid abbas possit ratificare
processum monachi? pōt dici qđ nō:qa monachi ꝑsona in iudicio
est ipso iure nulla:vt no.in filiofa.C.de bo.quę lib.l.fin.§.necessita.
Sed contrà ibi videtur:qa ibi filius non agebat nomine patris:sed
monachus agit tanq̃ procu. abbatis siue monasterij. & ideo iuxta
regulam generalem potest ratum haberi.qđ verius est.sed vtrum
pręlatus dicat,mandamus,vel dicat,consentimus. respondeo quia
mandatum consensu contrahit: vt ff.de procu.l. filius.§.si de filia.
& C.de colla.aut. quod locum. Item scias qđ in factis arduis sem-
per capitulũ indiget consensu pręlati sui,& pręlatus capituli,licet
bona sint diuisa secundum Io.& alios qui tangunt statum ecclesię
in c.j.inf.de procu.

CAP. X.

1 *Clericus qualiter sit puniendus quando pęna incipit à crimine.*
2 *Incorrigibilis quis dicatur.*
3 *Deprehensus in crimine an habeatur pro conuicto.*
4 *Clericus deprehensus potest detineri per viginti horas.*
5 *Bannitus an possit à quolibet capi.*
6 *Clericus qui fugit cum pecunia mea potest a me capi & detineri per xx. horas postea iudici presentari si possum.*
7 *Clericus an perdat priuilegium suum propter locum delicti in quo seruatur ius commune.*
8 *Incorrigibilis est corrigendus:quia correctio est actus iustitię.*

CVm non ab homine. Ecclesia optat hominis salu-
tem & non interitum: & ideo gradatim emendando
procedit,& non fulminat degradando.hoc intēdit ista
decretalis.vel sic. Clericus depositus & incorrigibilis tradit curię
seculari.¶Casus. quęsitum fuit vtrum licet regi vel alicui seculari
personæ iudicare,vel in quocũq; ordine ꝯstitutos deprehensos in
crimine furti.homicidij,vel periurij vel alio reatu. respondet qđ
non:sed debet deprehensus atq; legitimè conuictus ab ecclesiasti-
co deponi iudice.Et sic depositus si est incorrigibilis , dēt primò
excõmunicari.s.minori excõicatione,deinde crescēte cõtumacia
excõmunicari maiori. postmodũ verò si in ꝓfundũ omniũ malo-
rum veniens omnino contempserit,cum ecclesia non habeat vl-
tra quid faciat,nec possit esse vltra perditio plurimorum compri-
mendus est per secularem potestatem,ita qđ ei deputent exilium,
vel alia pęna legitima imponatur.Dicit Inno.qđ probato crimine
clericus deponitur,& non proceditur ad aliam pœnam, sed suffi-
cit depositio:Secus si enormitas causę aliud.inducat,vel nisi sit in-
corrigibilis in quo casu proceditur secundam formam huius de-
creta. Arg. contra contumaciam proceditur interloquendo hoc
modo,quia primò excommunicatur,postea si est incorrigibilis,
anathematizat, & postea deponit. & anathema est maxima excõ-
municatio.Itē dicit arch.qđ differētia est inter non obedire & ꝯtē
nere.& ideo est dr̃ia inter contemptum clauiũ & simplicē ꝯtuma-
4 cum quasi possessorio retinendæ possessionis? rñdeo aut agens cōfessoria vel negatoria concludit ad euincendam possessionem aduersarii, & non potest: qa est sibi ipsi contrarius. aut ad simplicem declarationem libertatis, seu seruitutis, & ad impositionem silētij, & ad interesse, & tunc pōt: qa nō est contrarius legi vel sibi ipsi cū petitoria incorporalium possessoribus dentur. ut instit. de actio. §. æquè. Et no. in isto. c. vnā duplicitatē. s. possessorij & petitorij. Alia duplicitas est duplicis petitorij. & hoc contingit in rei ven. & publiciana, in quibus ꝓcedit cumulatio de consuetudine potius q̄ de iure. & no. insti. de act. §. aliæ. & in c. abbate sanè. de re iudi. lib. 6. Alia duplicitas est, si quis agit simul rei ven. & cōi diuidūdo, vel finiū regū. vel petitione hæreditatis, vel fa. her. simul, & non ꝓcedit cumulatio si ante lit. conte. opponit exceptio declinatoria cumulationis. vt ff. de exce. l. fundi. secus si nō opponitur ante lit. cōte. vt no. ff. de euic. l. si mancipiū. §. si cōi. Non eñ sunt cōtraria, sed vnū subalternatur alteri. Alia est duplicitas personalis & hypothecaria. & in ista est spāle vt admittat cumulatio: quia nō interest debitoris hæc iudicia diuidi. vt not. ff. de reg. iur. l. nemo ex his. auth. de fideiu. §. sed neq;. Alia est duplicitas quādo in eodē libello intentantur duæ rei vēdicationes vna ꝓ re, alia ꝓ fructibus ante lit. ɔte pceptis: vel intētatur rei ven. pro re, condictio furtiua ꝓ fructibus, & tunc non admittit cumulatio, si opponatur exceptio vt d. l. fundi. tamen tota die videmus peti rem cū fructibus: sed illud debet intelligi qn̄ pro fructibus non proponitur actio de per se, sed officiū iudicis mercenarium. eodem modo petitur res cū dānis & interesse. vt not. in l. si quis missum. §. fi. ff. de dam. infect. & est expressum. s. de fo. compe. c. dilecti. Ecce ego dixi quando agens est duplex in agendo. & ista est vna lectura istius. c. ¶ † Scđo modo istud. c. intelligitur in causa con
5 uentionis & reconuentionis. quæ cā debet eadē sententia terminari. vt ff. quæ sententiæ sine ap. rescin. l. j. §. fi. verbi gratia, ago contra te interdi. vti. pos. tu agis cōtra me rei vēd. tūc quæro vtrū eo ipso dicaris turbare in possessione, ita q eo ipso facias reū aduersarium interdicto, & non oporteat probare de alia turbatione. Berñ. dicit q interdictum vti pos. datur inter duos, qui aduersatiuè dicūt se possidere. sed hic agens rei vend. nō dicit se possidere: ergo ex hoc non supponit se interdicto nisi probaretur alia turbatio. ut ff. de vi. & vi ar. l. vim facit & j. de proba. c. licet causam. & dicūt ibi. ¶ † Ad de
6 clarationem prædictorum quero quotuplex sit contrarietas. Respondeo triplex. s. contrarietas originis. vt C. de fur. l. j. contrarietas. i. incompatibilitas finis. vt no. Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. & incōpatibilitas ordinis. vt ff. ta. her. l. j. & no. ff. de exce. l. oēs.
7 ¶ † Et no. qđ cōtrarietas originis impedit natiuitatem. aliæ cōtrarietates impediunt exercitium qđ dic ut dixi. in d. l. j. C. de fur. & C. de codicil. l. fin. & in l. j. C. si ser. extero. ¶ Sed nonne si quis intentat possessoriū recuperandæ & petitorium petit bis idem, ergo repellitur. ¶ Itē videtur superuacuò agere. ut C. de ap. l. in offerēdis. §. j. ergo repellitur. vt ff. de condi. fur. l. si seruus. §. boue. Respondeo non est uerū q idem petat: qđ apparet, qa sententia absolutionis lata in vno nō parit exceptionē rei iu. in altero. ut s. eo. pastoralis. & j. c. pximo. ¶ Itē restitutio possessionis in rei uē. venit officio iudicis. s. de rei ven. l. qui restituere. sed in interdicto venit iure actionis & obligationis ꝑsonalis. Itē in rei ven. iurat in litē. sed in possessorio non iuratur in litem, sed tātum de veritate. vt C. vñ vi. l. si qñ.
8 ¶ † Quæro qđ ꝓdest sñia momenti. Rñdeo, vt s. eod. ca. pastoralis. dicit Archi. q ordo iudicij seruatur vt satisfiat iuri, non quia intersit aduersarij. vt not. Archi. 2 q. 2. §. quando autem. & probatur. ff. de mi. l. ait prætor. §. permittitur. ¶ Vltimò not. quòd proprietas est dignior quam sit possessio. Baldus.

CAP. VII.

1 *Existens in possessione est in iure conferendi beneficium vel dignitatem etiam si de iure communi non pertineret ad eum solum.*
2 *Factum procuratoris an debeat nocere domino.*
3 *Procurator si in consensu committat dolum; an dolus noceat domino.*
4 *Ecclesia læsa per negligentiam procuratoris an possit petere restitutionem in integrum.*
5 *Procurator si habuit certam formam super impetrando certos iudices, & ipse consensit in alios: an præiudicet domino.*

CVm olim. Sufficit ei cui dignitas est collata si ꝓbet qđ conferens collationis tēpore ius ɔferendi posséderit. vel aliter. Succumbens in possessorio de proprietate agere potest. hoc dicit. Tria facit. primò decisiuè narrat ꝓcessum. scđa ibi, quoniā. reddit diffinitionis causam, & soluit obstaculū & diffinit. tertiò reseruat siue ꝓtestat, ibi, reseruata. ¶ Casus. Episcopus Vicentinus cōtulit archidiaconatū eiusdem ecclesiæ archipresbytero. & canonici Vicētini petebāt collationem cassari, cum de iure cōi debuisset eorum cōsensus requiri. causa ista fuit delegata quibusdā iudicibus de vtriusq; partis ꝓcuratorum consensu. Canonici postmodum recusauerunt dictos iudices delegatos: & qa dicta recusatio erat friuola, nihilominus seruato iuris ordine, receperunt testes pro parte Archi fuit probatū, q ipse episcopus erat in possessione pacifica conferendi præfatum archidiaconatum: quoniā ipsum cōtulerat duobus archidiaconis immediatè præcedētibus. Papa examinato ꝓcessu dictum archidiaconatum prædicto archi. adiudicauit, canonicis perpetuum silentium imposuit quo ad dictum archidiaconū. Sed reseruata quæstione super proprietate conferendi inter epm ex vna parte, & canonicos ex altera: non præiudicātibus probationibus antedictis: quia res inter alios acta nō debet aliis præiudicium generare. dicit Inno. qđ statim qđ episcopus eligit. intelligit cōfirmare. Idē ait q officiū iudicis cōpetit non solum contra eum qui spoliat, sed etiam cōtra eū qui debitū non soluit. s. de elec. c. quæreiā. Idē ait, q post cōfirmationē nihil pōt obiici quo minus cōfirmatio habeat suum effectum si aduersarius habuit tēpus excipiēdi, & nō excipit, dūtamen cōfirmatio nō sit clādestina. Idem ait qđ exceptio minus canonicæ electionis nō suspēdit effectū cōfirmationis: licet appellatio, in integrū restitutio vel nullitatis intētatio impediret. Idē ait, qđ extra iudicium non est necesse appellare: & ideo nō transit tanq̄ in rem iudicatā. Idē ait qđ sentētia lata iniustè p procuratorē prodest dño: sed non nocet si procurator est in dolo: præsertim vbi non patet regressus contra procuratorem vt in beneficialibus, sed culpa no
1 cet. ¶ † Inn. Not. primò quòd ille qui est in possessione, est in iure conferēdi beneficiū vel dignitatem, etiam si de iure communi nō pertineret ad eū solū. ¶ Itē not. qđ ex vno actu pacificè facto acquiritur quasi possessio iurium incorporalium. ¶ Itē no. qđ si procuratores consenserūt dñs nō pōt infringere factū ipsorū. ¶ Itē not. qđ res acta inter eū qui habet a me cām, & aduersariū eius, nō facit mihi præiudiciū. ¶ Item not. in verbo. ꝓprietatis. qđ hoc ius. cōferēdi potest vendicari. ¶ Oppo. qđ per vnū hoc ius non præscribatur. ut C. de ser. l. fi. & s. eo. ecclesia. Sol. hic nō vi præscriptionis,
2 sed vi possessionis pacificæ confirmat collatio. ¶ † Opponitur q factum procuratoris nō debeat nocere domino. vt ff. de ꝓcu. l. ignorantis. Sol. ibi, nō habebat mandatū, hic habebat ad causam: & hoc mandatum pertinet ad quemlibet actū litis. & intelligitur nisi causa superuenisset de nouo: qa potest tūc dominus reuocare factum ꝓcuratoris. quinimo ꝓcurator factum dñi. vt ff. māda. l. si hominē.
3 quod est no. dignū. ¶ † Quæro quid si iste procurator in isto cōsensu cōmisisset dolū? rñdet glos. q dolus nō nocet dño: qđ est verū si est euidēs: aliàs bene nocet dño in ꝓsecutione litis. vt C. de his qui. vt indig. l. polla. & ff. de excep. do. l. si procurator agit. sed negligentia seu culpa bene noceret etiā si procurator non esset soluēdo. Nā in casu istius. c. procurator non soluendo est ratio, qđ spirituale be
4 neficiū nō recipit æstimationem. vt j. de simo. c. querelam. ¶ † Quæro nūquid ecclesia læsa per negligentiam ꝓcuratoris possit petere restitutionem in integrū. respondeo sic: vt ff. de mi. l. minor. 25. annis omissam. quinimo ipse idē ꝓcu. noīe dñi absque alio mandato posset incidenter petere restitutionē in integ aduersus culpā ꝓpriā: qa petit noīe ecclesiæ. vt ff. de exce. rei iudi. l. si is qui hæres non erat.
5 §. vlt. & ff. de exce. l. modestinus. ¶ † Quæro si ꝓcurator habuit certā formā super impetrādo certos iudices, & ꝓipse consensit in alios an præiu-

ante prǽiudicet dño? rñdeo nõ. vt s. de ap. c. significante. & ff. de
ver. ob. l. qui Romę. § calimachus. secus si habuit mandatum sim-
plex ad impetrãdum. ar. ff. de pcu. l. si is qui Stichus. ¶ Quæro quã
do fuerũt isti iudices delegati. Rñdeo post li. conte. corã Papa, tñ
poterãt recusari ex quo post li. cõte. fuerũt delegati. vt C. de con-
sor. eius. li. l. ij. Op. q snĩa lata pro archidiacono psit epõ: qa habet
ab epõ causam, & sic videtur eadẽ persona cum episcopo. Sol. nõ
est ita, qa sententia lata cum successore non dirigit oculos suos ad
authorẽ quãq̃ sententia lata pro authore prosit successori eius. vt
ff. de exce. rei iu. l. si à te. §. fi. & est ratio differentię: qa ius descẽdit
sed non ascendit. fallit quando successori quæritur ius ex præscri
ptione surgente ex eodem. vt ff. de condi. inde. l. indebiti. §. sed si
nummi. & ff. de do. cau. mor. l. si alienam. in princ. Adde quod ha-
bes in l. sępe. ff. de re iu. quod est no. dignum.

CAP. VIII.

1 *Petenti rem ratione dominij non sufficit probare possessionem.*
2 *Solutio census an probet subiectionem.*
3 *Possessione probata an præsumatur dominium.*
4 *Subiectio an probetur si vocatus eat ad synodum.*
5 *Contractus omnes de mundo quos consuetudo inuenit, sunt contractus innominati.*

IN causa. Petenti rem ex vna cã, si agat ex alia,
nõ ob. excep. rei iudi. cõcor. C. de pe.
heredi. l. hęreditas marerterę. & ff. de euic. l. minor. §. si
1 seruus. vel sic vt faciat ad titulũ. † Petẽti rẽ ratione do-
minij, nõ sufficit pbare possessionẽ. h. d. & primò decisa diffini-
tio. In secũda protestatio. secunda ibi, ad hoc. ¶ Casus. Patriarcha
duo petebat: quia vendicabat subiectionem in monasterio sancti
Gregorij, & insup petebat. l. solidos ad indiciũ subiectionis ab ab-
bate dicti monasterij p parte Patriarchæ fuit pbatum q abbas
iuit qñque ad eius synodũ, & q per plures annos soluit ei. xl. soli-
dos; nõ tñ fuit probatũ quo ad subiectionis indiciũ: sed contra pa
triarchã fuit pnunciatum: qa istæ pbationes nõ cõclũdunt de ne
cessitate. Quærebatur vtrũ patriarcha si aliud remediũ sibi cõpe-
tit, possit ipsum p ponere? rñdet q sic. dicit Inno. q per solutionẽ
alicuius quãtitatis annuę subiectio nõ probat. Inno. Idẽ in feudis
qđ nõ probat feudũ, licet p ↄcesso priuilegio soluat aliqd annuũ.
Nã iste est cẽsus nõ fidelitas, & transit ad quẽlibet hæredẽ castrũ
priuilegiatũ etiã ad fęminã. vt s. de rescri. c. significauit. & ita rñdi
2 in quęstione de facto. ¶ † Op. qđ patriarcha debuit vincere, quia
cẽsus est indiciũ. vt j. de cẽsi. c. cũ venerabilis. Solu. qñque census
significat exẽptionẽ: qñque ptectionẽ: qñque subiectionẽ: qa non
apparet ad qđ significãdũ fuerit census solutus, pbatio est obscu-
ra, & iõ p nulla habet. & sic ob. ff. de vsur. l. cũ de in rẽ verso. & C.
3 de agri. & cẽsi. l. litibus li. xj. ¶ † Opp. q pbata possessione psumat
dominiũ. vt l. pe. ff. de cõdi. insti. Sol. vbi dñium deducitur princi-
paliter, nõ sufficit pbare possessionẽ: secus si incidẽter. vt ff. si ser.
ven. l. sicuti. §. si querat. & l. j. ff. fa. her. & dicit incidẽs quæstio quę
mouetur principaliter propter aliud non propter se: sed principa
lis quæstio dicitur illa quę principaliter propter se mouetur. Simi
le dicitur q verba enunciatiua dicuntur proferri principaliter pro
4 pter se, quando non terminantur ad aliud. ¶ † Vlti. no. q p ire ad
synodum vocatus non probatur subiectio: & q non concludens
probatio nihil operatur probatio ergo debet de necessitate con-
cludere. vt j. de proba. c in pręsentia. & j. de test. c. cum tu fili. qđ
dic vt no. C. de proba. l neque natales. & ibi no. q locus à cõmu-
niter accidentibus concludit in materia probationum. Ex hoc se
quitur, qđ nomine cẽsus vel ficti intelligitur ille contractus q sub
eo nomine in regione frequẽtatur. vñ testis deponens de cẽsu vel
ficto, intelligitur deponere & probare id qđ verbũ sonat fm con
suetudinẽ & interpretationẽ regionis. ff. de le. iij. l. librorũ. §. qđ ta
men cassius. ff. de ędili. edic. l. qđ si nolit. §. quia assidua. & istud est
5 no. dignũ. & multas dirimit quæstiones. ¶ † Et scias q oẽs ↄctus de
mũdo quos cõsuetudo de nouo inuenit, sunt cõtractus innomi-
nati ex quo à iure gentiũ, vel ciuili nomẽ acceperũt. vt ff. de pscri.
ver. l. naturalis. §. at cũ de. & ff. p so. l. si margaritã. & ideo ↄtractus
ficti cõsistentis in alio q̃ in pecunia numerata est contractus inno
minatus. de isto contractu fit mentio. j. de resti. spol. c. Pisãnis. &
in contractibus est procedendũ de similibus ad similia. vt no. di-
cit tex. ff. deposi. l. j. §. si quis seruũ. Itẽ de contractu censuali habes
quod celebratur per æstimum quod fit in communi, quod est fun
ctio faciendi seu sustinendi onera communitatis suis modis &
temporibus. vt not. ff. ad muni. l. incola. & C. de do. l. censualis. &
ff. de acquiren. re. do. l. quę quisque. & ista functio vocatur per æs
& libram. vt l. fi. C. de immu. ne. conce. & no. per Barto. ff. de re iu-
dic. l. iiij. §. actor. per Innocen. j. de sen. ex. c. grauem. per Accur. ff.
quod cuius. vni. no. l. j. §. quibus. per Spe. in tit. de censibus in suo
Specu. Bald.

a ¶ De restitutione [a] spoliatorum. Rubrica.

ADDITIO.

a ¶ Not. circa hanc rub. qđ licet verbum restituere proprie significet retro
dare tamẽ etiã significat & per se dare. tex. est in l. 3. C. commo. in l. si fratris
C. de iu. deli. in l. captum ff. de ca. & postli. in l. scimus. §. j. C. de inof. test. in l.
Titio. in prin. ad munici. & ideo interdicta adipiscenda possessionis dicun-
tur restitutoria. l. j. §. fi. ff. quorum bo. facit. l. verbum reddendi. ff. de ver. sig.
Item aduerte ad verbum spoliat: quia licet sonet in vitium vt in c. conque
rente. j. eo. & hic tamen aliquando capitur in bonam partem vt in c. q in
dubijs. de res. c. cum bone. de ętate & qualitate.

CAP. I.

1 *Delictum hominum non debet præiudi care ecclesiæ.*
2 *Opponens volens statim probare de dominio debet audiri.*
3 *Ex consensu actoris spoliati proponitur contra eum proprietatis exceptio.*
4 *Prędo an ab initio semper recuperet sumptus.*
5 *Baro an possit suos homines obligare.*

LIcet. ¶ Si qs cõsentit restitutionẽ possessionis peti,
põt sibi qõ pprietatis referri. h. d. primò partis
cõquæstio. in scđa quoddã dictũ bimẽbre. scđa ibi, con
quęstus. ¶ Casus. Filasius cęcus conquęstus fuit cãpum
suũ ab hominibus cuiusdã ecclesię irreuocabiliter, & p violẽtiam
occupatũ, supple & petebat possessionẽ sibi restitui. quidã diaco-
nus ipsius ecclesiæ se opposuit. dicens aduersatiuè & excipiendo
q dictus cãpus erat ipsius ecclesię. ex cõsensu vtriusque partis fue
runt inducti testes sup pprietate. Quærit quid iuris. Papa rñdet, q
dicta possessio ante omnẽ ↄtentionẽ pprietatis debeat spoliato re
stitui, si cõtradixisset vẽtilationi pprietatis: sed qa cõsensit, si dia
conus pbauit de dñio ecclesię: ecclesia dẽt absolui, & nõ ↄdẽnari
ita fieri mãdat. ¶ In tex. ibi, ab hominib⁹. no. qđ factũ ab homini-
1 bus ecclesię cẽsetur ab ipsa ecclesia factũ. ¶ † Opp. j. c. cũ ad sedẽ.
Nã delictũ hominũ nõ dẽt piudicare ecclesię. Solu. hęc ecclesia p
tale delictũ q̃sierat possessionẽ rei inuasæ: & sic erat locupletior:
secus si ad ecclesiã nihil puenisset vt C. vñ vi. l. meminerint. & ita
loquit ↄtrariũ. ¶ Ibi, occupatũ. s. per vim expulsiuã p quę verba vi
det intẽtare interdictũ vnde vi. vt no. j. q. iiij. c. qa pręsulatus. ¶ Ibi,
ↄtra tentionẽ. s. de pprietate. Sed cõtra hoc opponitur qa dolo fa
cit qui petit qđ restiturus est. Rñdeo hæc exceptio non potest op
poni spoliato: qa non tenet restituere antequã sit in possessione
2 repositus. ¶ † Sed qd si opponẽs vellet statim pbare de dñio. dicit
Accu. q dẽt audiri. ita no. ff. de iud. l. si de vi. Sed gl. illa est falsa in
possessorio retinẽdę. vt no. j. e. c. audita. in scđa glo. sed est vera in
interdicto adipiscẽdæ. vt C. quorũ bo. l. fi. Itẽ est vera in edicto di-
ui Adri. si excipiẽs prętẽdit dñiũ ex vltima volũtate, si est eiusdẽ
tituli & pogatiuæ cũ agẽte: alias secus vt C. de edi. di. Adria. l. ij. &
l. edicto. & dic vt ibi. Itẽ gl. est vera in cõdi. ex. l. cũ quærebat. C. vñ
3 vi. s. qñ est occupata possessio vacãs vt ibi no. ¶ † Ibi, cõsentiente
illo. istud est verbũ notatu dignũ, q ex cõsensu actoris spoliati p-
ponit ↄtra eũ pprietatis exceptio: qua pbata absoluit ab interdi-
cto. Adde & ↄdẽnabit spoliat⁹ in expẽsis tãq̃ victus victori: nec re
cupabit fruct⁹ pceptos à spoliatore qa idẽ est iudiciũ de fructib.
ar. ff. de rei vẽ. l. & ex diuerso. & C. de vsu. l. cos. in prin. & iõ caueat
sibi actor ne litẽ ↄtestetur super exceptione pprietatis: qa tũc vi-
deret ↄsentire. vt ff. de iud. l. sed si susceperit. in principio. vñ ↄtra
excipiẽtẽ replicet q sua exceptio nõ dẽt admitti. vt no. in auth. de
test. in gl. q̃ incipit, duo dixerũt. & ar. C. de adul. qñ Alexãdrum.
a ¶ Ibi pbaturũ. iste diaconus forte habebat mãdatũ, vel forte [a] nõ
habebat, sed cauerat de rato: aliàs nõ posset intẽtare pprietatẽ, &
iudicatũ solui. alias nõ esset idoneus defensor sicut nec ↄiuncta p
sona cui assimilat iste clericus. vt ff. de pcu. l. Põponius. l. sed & hę.
& l. qui absentẽ. & no. ff. de dã. infe. l. qui bona. §. qui alieno. & l. 3.
§. sed si forte. ff. iudi. solui. ¶ Ibi, iuris. i. dominij proprietatis. Ibi,
huic. s. cęco. Ibi, intẽtione. s. petitione. Ibi, res. i. cãpus. No. qđ dixi
4 in summario & in expositione tex. ¶ † Quæro an prędo ab initio
semper recuperet sumptus? respõdeo vtiles ad perpetuã rei vtili-
tatẽ factos recuperat. qa nõ videtur donasse: nõ vtiles non recupe
rat; qa videt donasse. sed necessarios recuperet retinendo: qa non
videt donasse. nã si non fecisset eos, tenebat dño ita q necessitas
imminebat non solũ rei, sed personę. hãc rationẽ reddit gl. sing.
ff. de pet. hęre. l. hęres furiosi. iuxta illud, in necessitatibus nemo li
beralis existit sicut nec in fraudib. ff. de pig. act. l. elegãter. §. qui re
5 pbos. ¶ † Extra quæro nunquid baro possit suos homines obli-
gare?

ADDITIO.

a ¶ No. vnum & idem dicit hęc in spẽ. d. an. in ij. colũ. q dictio & citra deno
tat continuationem per text. in c. licet causam. de proba. de quo vide ibi Fe
li. in. v. columna.

gare? rñdeo nõ vt aliquod ius quęratur in ꝑſonis ipſorũ. vt no. ff. de fideicõ.lib.l.inuitus.& in auth vt nõ fiãt pig.colla.v.in gl. puta. ¶ Sed pone duo barones habebãt guerrã inuicẽ, & eorũ homines cum ipſis fecerunt pacẽ pro ſe & hominibus ſuis. Nũquid homines ipſorum reincidant in guerram. Archidiaconus in ſuo roſario tenet ꝙ non.& idem in feudatarijs dico qui per pacẽ ſunt abſoluti.ar.in l.fi.ff.de pact.& C.loca.l.ſi cum hermes. Baldus.

CAP. II.

1 *Inquiri debet de tempore quando tempus eſt de ſubſtantia probationis.*
2 *Dolus & violentia perſeuerat donec purgetur.*
3 *Renunciatio beneficij an poſſit probari per teſtes.*

SOllicitę. Petẽti reſtitutionẽ nõ obſtat exceptio abiurationis factę poſt ſpoliationem. ¶ Caſus. Quidã clericus nomine. h. dicebat ſe ſpoliatũ eccleſia ſua petens eã ſibi reſtitui. ſpolians opponebat ei ꝙ renunciauerat cũ iuramento beneficio ſuo:qđ volebat ꝓbare per perſtes.Papa dicit qđ nõ debet admitti per ꝓbandum,quia nõ eſt veriſimile ꝙ ſpoliatus per vim poſtea renũciet ſpõte.& iõ mandat ꝙ ſi dictus.h. ꝓbat ſe ſpoliatum per teſtes idoneos ꝙ reſtituatur ei eccleſia.dicit Inn.qđ qui reſignat, poſſeſſionem perdit.Inn.& ſtatim põt alteri cõferri ſine aliqua priuatione vel ſen-
1 tentia.j.eo.accepta.per Inn.¶ †Ibi,quo tempore.No.inquirendũ de tempore qñ tempus eſt de ſubſtantia ꝓbationis. cõcor.cle. ſi. de reſcrip & pulchrè no.ff.de neg.geſt.l.cum actum. & C.de pe-
2 ti.hęr.l.ſi poſt motã.¶ †Ibi, veriſimile.Nã dolus & violentia perſeuerat donec purgetur.ar.ff.de fur.l.inficiãdo. §.infans.ff.de vſuca.l.ſequitur.§.in poteſtate.nõ ob.ff.de cõdi.ob tur cau.l.ſi ob turpem,& qđ no.in l.2.C.qđ met.cã qa ibi loquitur in vi cõpulſiua, in qua interuenit conſenſus à principio,licet coactus.& iõ actus ſpõtaneus ſequens remouet vitium à cõſenſu meticuloſo præcedente.ſed vis expulſiua nullum habet in ſe cõſenſum. Conſidera. vis expulſiua nõ põt purgari abſque facto expulſionis: quia eſt actus permanens in re ipſa: ſed cõpulſiua ſic: qa eſt actus tranſiens ex ſolo accidẽte cõſenſu compulſi purgatur abſque retro ſimili: ¶ No.qđ ſpoliatus nunq̃ pręſumitur cõſentire.ſic. ſ. de renun.c. ſuper hoc. ¶ Itẽ no. ꝙ renuncians ꝓprietati nõ perdit poſſeſſoriũ recuperandę eidẽ tunc cõpetens. ¶ Sed quęro quid ſi primò renunciauit,poſtea eſt expulſus. Reſpõdeo,aut renunciauit ꝓprietati retenta poſſeſſione,& habet interdictum:aut renunciauit ꝓprietati & poſſeſſioni retẽta ſolũ aſinina detentione,& nõ hẽt interdictũ;qa cũ nõ ſit verus poſſeſſor,nõ dicitur ſpoliatus.oportet enim agentẽ interdicto recuperãdæ ꝓbare ſe poſſediſſe ciuiliter vel naturaliter tpe expulſionis.vt in l.j. ff. de vi & vi ar. ¶ Quæro cur tã variè.ſ.ꝙ aut eſt expulſus ante abiurationẽ,aut poſt.Rñ qa ſi ante erat ei ius interdicti iã quæſitũ. ſed ſi poſtea,nõ erat q̃ſitũ, nec poterat quæri:qa poſſeſſionẽ perdiderat renunciatione, non expulſione:& ſic ſpõte,nõ per vim.vt j.c.ꝓx. vel ibi renunciauit in iudicio.vt C.de pac.l.poſtq̃ liti.& ſic erat notoriũ.Itẽ nõ erat de futuro ꝓbandũ:ſed iam ꝓbatũ per acta ꝙ ipſe expulſus erat à iure beneficij.vñ officio iudicis dẽt ei denegari reſtitutio ar. j. eo.
3 ad decimas.li.vj.¶ †No.in iſta decre.ꝙ renunciatio beneficij põt probari per teſtes.& tene bñ mẽti:ergo & collatio:qa cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina.qđ verũ eſt in ſimplicib⁹ beneficijs:ſecus in dignitatibus quæ nõ ꝓbant niſi per ſacros apices.vt C.de diuer.off. l.probatorias.lib.xij.& ſic contractus principis debent probari ex epiſtalmate.vt C.de quadri.præſcrip.l.bene à zenone. Bal.

CAP. III.

1 *Exceptio ſpontaneæ abiurationis an ſit admittenda vel non contra petentem reſtitutionem,*
2 *Renunciatio an poſſit fieri aduerſa parte abſente.*
3 *Feudum in quibus manibus renunciabitur.*
4 *Renunciatio facta in abſentia aduerſarij tenet odio litium.*

ACcepta. Petẽti reſtitutionẽ eccleſiæ obſtat abiuratio ſpõtanea.¶ Oppo.de.c.precedẽti. Solu.vt ibi.¶ Itẽ opponitur de c.cũ veniſset. ſol. vt ibi.
1 ¶ †Itẽ opponitur de.c.poſt electionẽ. ſol. vt in glo. vel dic omiſſis omnibus ſolutionibus quę ponuntur in c. pręcedenti,& hic pręmitte ad euidentiã ꝙ an exceptio ſpontaneæ abiurationis ſit admittẽda vel non ꝯ petentẽ reſtitutionẽ, ſic diſtingue: qa aut opponit circa talia,in quibus non potuit fieri pręiudiciũ ꝑ abiurationẽ,& tunc nõ admittitur exceptio.vt d.c.cũ veniſset. & eſt rõ:qa exceptio tũc nõ tãgit efficaciter actionẽ propoſitã:& iõ
2 nõ põt eã excludere.¶ †Quęro nũquid renunciatio poſſit fieri aduerſa parte abſente? rñdeo aut renũciat beneficio, & ſatis eſt ꝙ renunciet in manibus ſuperioris ipſius beneficij;vt no.in c.j. de renun.in cle.& hoc in beneficio adepto:ſed in adipiſcẽdo põt renũciari corã quocũque,vt in c.graue.de reſcrip.in cle. Si quis autem renũciet poſſeſſioni,& nõ titulo beneficij põt renunciare vbicunque,& corã quocũque:qa ſolo animo ꝑdit poſſeſſio,& corporalis detẽtio facta renũciatione ꝓ nihilo reputat. vt C. de acq. poſſ. l. licet.quãq̃ eiũ dñium non poſſit haberi ꝓ derelicto quãdiu durat poſſeſſio corporalis,tñ poſſeſſio põt haberi ꝓ derelicta. vt ff. de acq.poſ.l.ſi qs vi.§ differẽtia.vt dicit ibi Bar.ꝙ in beneficijs annihilato titulo annihilat poſſeſſio q̃ eſſet ſicut ficus fatua,ſi remaneret.Itẽ eſſet iuri ꝯria Itẽ nõ põt ſtare per ſe vt in c.beneficium.de regu iur.li.vj.licet ſecus ſit in rebus ꝓphanis.vt.ff.de acqui. poſ.l. naturaliter.§ nihil cõe.qa talis poſſeſſio per ſe ſtat.vt ff.vti poſ.l.j. in fi.Nã quo ad ſubſtãtiã poſſeſſionis nihil differt iuſta & iniuſta
3 poſſeſſio.ff.de acqui poſ.l. iij.§. ex cõtrario. ¶ †Quæro in quibus manibus renunciabitur feudũ rñdeo in manibus dñi, vel alterius inueſtiti vel inueſtiẽdi de feudo,vt in c.j.qui ſucceſſo. tenean. in feud.& c.j.§.rurſus.qui.mo.feu.amit.Et ſi renũciatio nõ tenet,vaſallus nõ perdidit poſſeſſionẽ feudi: qa nõ poſſidet gratia ſua tñ, ſed gratia ſua & dñi.nec põt dño ĩteruertere poſſeſſionẽ vel qualitatẽ poſſidẽdi.vt C.ne rei dñicę vel tẽplo.l.vniuerſas.&C.de pſc.
4 xxx.an.l.malè agit ¶ †Sed vnũ eſt no.ꝙ odio litiũ tenet renunciatio facta in abſentia aduerſarij.vt C.de pac.l. poſtq̃ liti. non tñ in pręiudiciũ aduerſarij. vt ff.de rei ven.l. vterque. Apparet igitur ꝙ interdũ abrenunciata proprietate tollitur poſſeſſio quæ ſine proprietate vera ſiue putatiua eſſe nõ poteſt: interdum nõ vt quãdo poſſideri põt ſine titulo vero vel putatiuo.C.de rei vendica.l.fin. Econtra accidit titulus poſſeſſori & fit proprietas quę eſt tertia adiacens.vt ff.de rei vendica.l quædã mulier.& ff. de iure do.l. ſi ſponſalibus.§.fi.Item & econtrario ſi poſſeſſio accidit titulo. vt C.de acqui.poſſeſſio.l. minus inſtructus. Nam per traditionem augetur effectus Porro in eccleſiam tranſit dominium ex ſolo titulo vero,ſed nunquã ex putatiuo,nec ex iuſto niſi ſequatur traditio.ff.de do.l.eleganter in principio.quod bene nota. Baldus.

CAP. IIII.

1 *Iuriſdictio non confertur,nec aufertur cum effectu.*
2 *Reuocari non debet quod canonicè factum eſt.*
3 *Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium, vel compaternitatem,vel emancipandum filium abſentem,an poſſit iſtos actus exercere antequam ei conſtet de reuocatione mandati.*
4 *Nuncius propriè quis dicatur.*
5 *Actus ita cohærentes perſonę qđ alium explicari non poſſunt, qui ſint.*
6 *Nuncio ſine literis domini vel alio ſigno conſueto non creditur.*

AVdita. In interdicto retinendę poſſeſſionis ſuccumbit reus ipſius abiuratione probata. Item per literas reuocatorias non reuocatur mandatũ priorum iudicum ante receptionem poſteriorũ literarum.In prima parte ponuntur commiſſiones Papę.In ſecunda ꝓceſſus iudicum,& motiua dubiorum. In tertia mandatum Papę & ratio.ſecunda ibi,cũ dictio.tertia ibi,qa tamen.¶ Caſus.R clericus conqueſtus.de.h. perſona eccleſiæ de Sandeñ.eo qđ ipm inquietaret in cõfeſſione ſuę eccleſię de Plecereñ. Papa commiſit cãm mãdans iudicibus ꝙ ſi ſit conſtaret ꝙ prędictus.h.alterius eccleſiæ ꝑſonatum haberet, vel ſponte abiuraſſet compeſcerent dictum.h. à moleſtia dicti.R.Interea fuerunt alij iudices impetrati ſub alia forma cum clauſula nõ obſtantibus primis literis : iudices primi proceſſerunt in cauſa & tulerunt ſententiã diffinitiuã ꝓ dicto.R. qa repererunt ꝙ dictus.h. habeat aliũ perſonarũ & abiurauerat, ꝓmittendo dicto.R.queſtionẽ non moturum ſuper dicta eccleſia de Petereñ. Modo iudices poſteriores nõ obſtante dicta ſentẽtia volebãt ꝓcedere ſ̃m formam poſteriorum literarũ.eo qđ videbatur ſententia lata per iudices reuocatos. Quęſitũ fuit à Papa quid iuris.Papa dicit qđ non fuit ſic , nec eſſe debuit ſuę intentionis reuocare id qđ rite & canonicè fieret authoritate literarũ ſuarum.ſed id qđ tantum pręſumptione vel violentia eſſet immutatum:& ideo mandat ſententiam latam obſeruari , & nullatenus reuocari:& ſi contra eam eſset aliquid ſtatutum per iudices poſteriores reuocari ſublato appellationis obſtaculo. & hoc ſi dicta ſẽtentia fuit lata ante receptionem poſteriorum literarum; ſed ſi literæ fuiſsent præſentatę ante,tunc non valente ſententia proceditur iuxta poſterioris mandati tenorem.¶ In tex.ibi, perſona.dicitur perſona id eſt per ſe ſonans: quia ſonat rectoriam eccleſiæ. ¶ In tex.ibi,indebitè moleſtaret.no. ꝙ nõ exprimitur modus turbationis,& tamen procedit libellus.¶ In text.ibi, quæſtionem de cætero non moturum.no. per hæc verba videri promiſsum non turbari poſseſſionem etiam extra iudicium,quod eſt not. dignũ. ff ad Trebel. Lucius. §. tres hęredes.¶ Item not.in verbo ſuper eadem eccleſia. quòd ille qui turbat in poſſeſſione,dicitur turbare in ipſa eccleſia. ¶ Not. quod miſſio nuncij ad impetrandum

non

1 non habet vim appellationis. ¶† Not. quòd iurisdictio ignoranti
non confertur nec aufertur cum effectu:quia non est apta ad ius di
cere,nisi qualitas animi cum veritate concurrat.ff.de arbi l.qualem.
non tamen sententia dat iurisdictionem sed literę : quia delegatus
proprium nihil habet ex se.ff.de offi eius cui man.est iuris l.j.§.qui
mandatam.& j.c.ex conquestione per Inno.oportet autem quod
volũtas speculetur se in intellectu,aliàs nihil facit inordinatę.tene
menti.¶In text. ibi., non obstantibus.Not.quòd clausula non ob-
stante,recipit limitationem iuris, & restringitur secundum mentẽ
loquentis.dicit Innocen. quòd sententia nõn intelligitur lata con-
tra intellectum literarum. ¶In tex.ibi,nec intelligi.No. quod papa
non vult per suum rescriptum bene statuta rescindere.nec iuri alte
rius pręiudicare etiam si apponit clausula,non obstante.& sic ver-
precisa limitationem recipiunt.¶In text ibi,vel violentia.nota fa-
ctum per iudices vel aduersarij violentiam non tenere. ¶In textu
ibi,post receptionem.no.mandatum iudicis ignorantis non reuo-
2 cari.& est speciale propter rigorem iudiciorum seruandum.¶† In
text ibi,tempus competens.No.illicita non tentanda.& quod ca
nonicè factum est, non est reuocandum. Nam secundum regulas
vtriusque iuris reuocatur mandatum, quod durare non interest
sua cum non possit aliquid exercere occasione mandati residentis
in solis mandantis nomine & mera voluntate. ff. de condictio. ob
causam.l.si pecuniam.§.si seruum.Et idem dico in iurisdictione or
dinaria.& multofortius, quia est magis radicata & maximè fauora
bilis. sed Petrus tenet contrarium vt refert Cyn.C.manda.l.manda
tum.sicut dominium transferre nõ potest procurator reuocatus.
vt ff si certum peta l. eius qui.§ quas vero nec possessionem trade
re:qa immediatè à domino proficisci debet & ideo reuocato man
dato non est qui tradat eam. & dominiũ & iurisdictio ęquiparan-
tur.vt ff.de statu homi.l.qui furere.fallit si procurator iam se obli-
gasset ante reuocationem mandati.vt dicit illa.l nor.ff. de pub. l. si
3 quis prohibuerit.¶† Quæro nunquid procurator constitutus ad
contrahendum matrimonium,vel conpaternitatẽ, vel emancipan
dum filium absentem possit istos actus exercere antequam ei con-
stet de reuocatione mandati respondeo non:quia in istis actibus re
quiritur consensus domini verus,perseuerans,& non fictus : & sic
non ob.c.vltimũ.de renun.in cle.vbi dicitur, ꝙ sponsus ecclesię ꝑ-
dit ecclesiã per renunciationem procuratoris reuocati:quia in illo
actu sufficit iuris fictio . quę fingit mandatũ durare:nec esse perfe-
ctè reuocatum. Porro si alias quàm in illo casu soli reuocanti præ-
iudicatur.indistinctè tenet reuocatio.vt no.ff.de procu.l.si procura
torẽ absentẽ.¶Quæro quid in nuncio reuocato?dicunt doc. ꝙ si-
ue sciat,siue ignoret se reuocatum; non obligat dominum inuitũ:
quia nuncius nihil proprio animo facit, sed domini cuius verbum
portat in ore suo. Idẽ ergo in literis per ꝑ ęnitentiam reuocatis:qa
abest intellectus.& sine intellectu nulla vera obligatio contrahitur
vt singulariter no.ff.de actio & obli. l. non figura.ff.de testa.mil.l.
diuus.¶Sed contra videtur.Nã reuocare mandatũ est quidã distra-
ctus:ergo dolus dans ei causam reddit ipsam reuocationem nul-
lam ipso iure.Nã hęc est solennis regula: quicunque contractus in
cõtrahendo sunt bonę fidei,similiter & in resoluendo. vt elegãter
no.C.de in integ restit. mino. l. de tutela.¶Item dolus nemini dẽt
patrocinari nisi sit bonus dolus, & cum causa rationabili. vt ff. de
acqui.hęredita l.celsus.So. aut certatur de lucro captando ; & non
tenet contractus.vt l.si pater.ff.de manumi. vindi. aũt de dãno vi-
tando,& tunc tenet ꝯtus odio dolũ cõmittentis qui celauit reuo-
cationẽ mãdati:in eius aũt fauorẽ nõ tenet. & hoc per regulã gñalẽ
4 traditã i l.& elegãter in prin.ff. de dolo. ¶† Itẽ nuncius propriè est
qui mittit cũ mãdato formato:& sic dirigit ad certã ꝑsona:siquidẽ
illi mandat ꝙ cũ nũcio cõtrahat & ignorans cõtrahit: tenet obliga
tio quę in ipso mãdato inter eos cõsistit,& includit.vt no.C. mãd.
l.si literas.& facit ad pręd icta singulariter doctrina gl.insti.man §.
itẽ si adhuc.Et no.ꝙ mandatũ qñq; reuocat,qñq; ꝓ reuocato ha-
bet:& vtrobiq; req̃rit sciẽtia vel supina ignorantia, ad hoc vt actus
nõ teneat.etiã si sumus in liberationẽ.vt dicit.l. illa no.ff.de solu.l.
si cũ cornelius.Qñq; mandatũ expirat morte : als dignitatis priua-
tione.Primo casu aut ad negotia & loquit.l.eius qui.ff.si cer.pe.aut
ad iudicia.& loquit.l.si defunctus.ff.de procu.& l titius.scđo casu.
l.cũ priuatione vel mutatione officij expirat mãdatũ,& loquit gl.
quę est ff.de cõdictio inde.l.si nõ sortem.§.qui filio vbi aũt sumus
in collatione mãdati,si mandatum est inualidum,vel inperfectum,
non valet quod agitur.vt not. in l.iusiuran.quod.§. j. ff. de iureiur.
fallit fauore minorum & ecclesiarum vbi lex ratificat quod ꝓ eis
vtiliter est gestum.Ista est glo no.C.in quib cau.in inte.resti. nõ est
5 neces.l.si tutor.¶† Vltimò not.quod quidam sunt actus ita cohæ-
rentes personę quòd per alios explicari nõ possunt:sicut sunt actus
passiui vel ꝓmiscui corporis afflictiui,vt adulterium, & febris, &
similia:vt plene dixi.C.de cadu.tollen. §. ne autem.¶Item separa-
tio dominij nostri fit à nobis ꝑ nosmetipsos.vt subtiliter no.ff. de
manumi.vindicta.l. pater ex prouincia.¶Item adde. ff.de dona.l.
hoc iure.§.si quis.& quod eleganter no.ff.de lega.ij.l. cum pater.§.
nemo.& per Cy.C.si quis alteri vel sibi.l.multum.C.mandati.l.mã
6 datum.& l.si mandassem. Adde quòd non † creditur nuncio sine li-
teris domini,vel alio signo consueto vt ff.deposi.l.si quis inficia-
tus. Vbi habeo verbum nõ quero signum,licet vtile sit habere ver-
bum signatum.l.ij.C.si quis alteri vel sibi Sed vbi verbum expres-
sum non habeo,aliquod signum consuetum habere debeo. inf.de
appellatio. capitulo significante. & si ostendatur mandatum re-
cens, pręsumitur durare. sed si est antiquum debet dari terminus
ad inquirendum an sit reuocatum necne.& ante mortem non con
trahitur.argumen.C.de testi.l.sancimus.& l.non ad ea. ff. de condi.
& demonst. a.

CAP. V.

1 *Restituendus an sit quis si ex aperta natura libelli apparet quòd est intru-*
sus.
2 *Dolo facit qui petit quod restituere oportet.*
3 *Spoliatus qui est clam ex post facto transit in vitium violentię.*
4 *Inuadentes per vim castra aliena possunt occidi.*
5 *Ius eligendi an competat ratione proprietatis ipsius iuris,an ratione posses-*
sionis.
6 *Intrusus si confirmetur per superiorem an teneat confirmatio.*
7 *Debitores soluentes putatiuo prelato an liberentur.*
8 *Facta pes putatiuum prælatum eo postea à possessione remoto, an irri-*
tentur.

IN literis. Petenti restitutionem beneficij quæ-
stio institutionis nõ canonicę referri
non potest. h d Et primò ponit quæstio secundò eius
responsio. tertiò ratio responsionis. ¶Casus patet. In
tex.ibi , aduersarius.i.reus conuentus interdicto vnde vi. ¶In tex.
ibi,eum,scilicet actorem qui dicit se spoliatum.¶In tex.ibi,cano-
nicè.ergo videbatur spoliatus.¶In tex. ibi , de violentia.i.de pos-
1 sessione violenta:videlicet ablata.¶† In text.ibi,restituendus,scili-
cet vt spoliatus.non vt prędo.sed si ex aperta natura verborum li-
belli appareret qđ esset intrusus nõ esset restituendus.ut C. ne quis
vela regia.l.j. ¶Not regulam quod prędo est restituęndus ad pos-
2 sessionẽ facti sibi violẽter ablatã. ¶† Opponitur qa dolo facit qui
petit qđ restituere oportet. Solu.hęc exceptio non potest opponi
in possessorio recuperandæ possessionis:dicit Accur. nisi excipiẽs
velit exceptionẽ dominij statim probare.vt no.ff de iudi.l.si de vi.
in glo.quę glo est falsa in eo possessorio qđ non excluditur ꝑ exce
ptionem dominij.vt not.Dy.in c. qui ad agendum. de regu.iur.in
3 vj.¶† Quæro quid si quis est spoliatus clam?respondeo idem , qa
ex post facto transit in vitium violentię.vt j.c.item cum quis.ff.de
acqui.pos l.clam possidere.§.si Quęro quid de bannito qui potest
impune offendi,numquid si est spoliatus potest petere possessionẽ
sibi restitui?dicit hic Berñ. qđ si talis est prędo ; cuius vitę nullus
parcere debet qđ ei non patet aditus iudiciorum. C. quando licet
vnicuiq; se sine iudice uindicare. l.j. adde. C. de his qui ad ec.con-
fu.l.si seruus & in c dño guerrã.in titulo,hic finitur lex I usib.feud.
a & tene bene menti istam gl. ua de singu. [a] ¶Not gloss.singularem
4 quod qui põt offendi in persona multofortius in bonis.¶† Itẽ no
contra illos qui tanq̃ hostes publici latrocinando , uel per uim in-
uadunt castra aliena:& maximè ciuitatum , qđ possunt expelli nõ
solum incontinenti:sed etiam cum interuallo:qa & occidi possunt
cum sint in perseuerantia delicti:super quo uide la.de are. & Cyn.
ff.de iusti.& iur.l ut uim.tene mẽt . ¶Opponit quòd spoliatus nõ
sit restituẽdus.ut ff.de fur.l i aq: fullo.ub fur spoliatus nõ agit fur-
ti.sol.aliud in furto,aliud in uiolentia:& est rõ, qa uiolẽtia infertur
personę:furtũ aũt infert rei,ut ibi no.uel d. ꝙ actio furti non com
petit qa nõ interest ex honesta cã: ut ibi sed cõdictio triticaria bñ
cõpetit ut l.ij.ff.de condi. triti.¶Opponit,ꝙ simul cognoscatur de
de ꝓprietate & de possessione,ut s̃.eo.c.j.so.distingue ut s̃.tit.j.ca.
cum dilectus dicit Inno. ꝙ debitores tenentur respondere malę-
fidei possessori.s ex suo cõtractu nõ ex cõtractu ueri dñi.Idem ait
ꝙ iudex aliter dẽt ꝓcedere q̃ pars:qa iudex procedit s'm ꝓbata sed
pars s'm cõscientiã ¶Idẽ ait, ꝙ actiones nõ pñt possideri nisi per
eũ cui cõpetunt de iure.Idem ait, ꝙ per assignationẽ nect alẽ non
tradit possessio, licet possit tradi ꝑ quasdã fictiones, & per istalla-

ADDITIO. tionem

a ¶No.ex glos ꝙ si possum aliquẽ impune offendere possum ẽt spoliare.& bñ
facit.l.in suis ff.de li.& posthu,tamen aduerte ꝙ vbi statutum permitteret ali
quem impune offendi puta bãnitũ in re & ꝑsona si interficio bãnitũ non pos
sum postea ipsum spoliare uestibus;quia licẽtia est finita morte. Ita dicit Sa-
ly.in l.qui sepulchro.ff de sepulc.uiol.in ij.not.per illum tex. & per tex.in l.si
pęna.ff.de peñ.Item adde ꝙ sicut possum spoliare illum quẽ possum impune
offendere.Ita ẽt possum ab illo accipere usuras text.est in ca.j.xiiij.quęs.iiij.
Itẽ adde ꝙ licet posit ualere statutum qđ licet quẽ impune offendere: nõ tñ
habeat statutum qđ liceat mulierẽ bannitã impune adulterare. Ita Bald.in l.
fi.C.si ꝯ ius uel uti.pu.rõ est qa adulteriũ nõ reperit cõcessũ esse aliquo casu.

tionẽ in loco deputato & ꝑ personas habentes ptãte ad hoc.¶ Idẽ
ait,ꝙ per cantare nõ acquirit possessio,nisi possessio cantus & nõ
præbẽdæ:& si ĩtrauit possessionẽ vnius castri;nõ ꝓpterea acquirit
possessionẽ aliarũ rerũ.¶ Idẽ ait,ꝙ possessio eligẽdi non põt quæ-
ri,nisi quis eligat,& ab eo electus habeat pro electo ab his qui pote
statem habẽt eligẽdi,vel sa tẽ de eorũ patientia.¶ Idem ait, ꝙ dis-
uestire & deinstallare fit per contrarium actũ:inuestire vel installa-
re per depositionẽ superioris.Idẽ ait ꝙ quilibet cõfirmatus ex vir
tute cõfirmatiõis etiã si nõ possideat rectoriã põt agere cõtra quẽ
5 libet etiã possessorẽ rectorię non ecclesię. ¶† Quęro vtrũ ius eli-
gendi competat rõne proprietatis ipsius iuris,an ratione possessio
nis;dic ꝙ rõne possessiõis dũmodo sit possessio colorata:& rõ est,
qa eligere est quoddã.frui:sed illud dẽt frui,qui est ĩ possessiõe.Nec
eñ põt ꝓprietarius sua authoritate possessionẽ inuadere,quã alius
tenet:& breuiter dicas ꝙ ista sunt cõsecutiua possessionis:& q̃dam
munera quæ per canonẽ indicunt possessori:qa difficile est semper
querere.i.de proprietate.Innoc.aũt istos appellat fructus industria
les:sed sanius loquẽdo melius dicerent opere industriales. ar.ff.de
condi.indebi.l si non sortem.§ libertus.etiam possent vocari obse
quiales vt C.de neg.gest.l.officio & l.tutori.fructus enim ꝓpriè ex
rebus percipiuntur,non ex officij impendendi necessitate:vnde ne
mo dicet ꝙ fructus tutelę sit authori pupillo,vel orphanotropho
curare pauperes vt C.de epi.& cle.l.orphanotrophos.dicit Innoc.
ꝙ ille qui eligit colligit poma istius arboris quę vocatur arbor ele-
ctionis.ut ipse no s̃ de causa pos.c.cum ecclesia.Inn.& est fructus
qui fruendo consummatur,qđ verbũ rem perfectã significat:& iõ
nõ dico consumitur;qa nõ ambulat & renouatur pro tempore: cũ
iterum aperitur electio. Adde qđ multũ refert inter integralia ele-
ctionis quæ debent interuenire eodem contextu,& alia necessaria,
vt est confirmatio,quæ est actus diuersus,& per se fiens:nõ tñ ꝑ se
stans.de elec.c.in causis.& electio qñq; pro nõ scripta qñ initiũ nõ
habet:qñq; caduca,vt si electus administret ante cõfirmationẽ, &
non dr̃ per hoc ecclesia vacare vt debeat fieri mẽtio ab impetrãte
talis vacationis:qa proprie nõ est vacatio,sed quoddã impedimen
tum & indignitas:sed de vera priuatione iuris quęsiti actu & habi-
6 tu,dẽt fieri mentio.¶† Quæro aliquis est intrusus, fuit confirma-
tus per superiorem an teneat cõfirmatio:rñdeo nõ:qa nõ interue-
nit ꝯfirmabile vt C.vnde vi.l authoritate.& l.meminerint.& ĩ aut.
quõ oportet epos.§.si quis.etiã in rebus ꝓphanis vt in territorijs,
vt singulariter no.in l.si qua loca.C de fundis & saltibus rei dñicæ.
li.x.nisi esset facta per diffinitiuam sñiam rite latam,vel per decretũ
solẽne.vt ff qđ cũ fal.tu.auth.l.j.§.idem pomponius. qđ decretum
vitiat si est erratum in facti cã vt ff.de tu. & cu.datis ab his l. tutor.
7 petitus & ff.de excusa.tu.l. qui testamẽto. ¶† Sed nũquid debito-
res soluẽtes putatiuo prelato liberent,dicit Accur.ꝙ nõ in l.iusiu-
randũ.§.j.ff.de iureiu.& l.ij.C.de eo q pro tu.& no.ĩ l.actuarios.C.
de nume.& actua.li.xij.qa nõ hẽt ius administrandi.ff.de neg.ge.l.
qui aliena.§.quãquã ff.de sol.filię.nisi essent debitores speciei:qa te
nent de casu improuiso vel fortuito.ff.de sol.l.si stipulatus §. si lan
cẽ.vel nisi soluerẽt ex ꝓprio cõtractu ipsius putatiui prelati, vt di-
cit l.illa no.ff.de ꝯdi.inde.l.si vrbana.quicquid dicat Innoc.hic,qui
8 cõfundit seipsum. ¶† Ex predictis apparet an facta per putatiuũ
prelatũ,eo postea à possessiõe remoto irritent. Nã si nõ sunt facta
in præiudiciũ ecclesię.tenẽt vt l.Barbarius ff.de offic.ptor.& nõ re-
uocant:qa sunt valida:als secus.nec mirũ,ꝙ aliqñ decipiant soluẽ
tes:qa legislator nõ est amicus errorũ nec fautor fautorũ.qđ vi aut
clam.l.seruius.& ff.de fur.l.si quis vxori §.si fugitiuum & ff.de con
di.ob cãm.l.si procuratori falso.facta aũt per verum rectorem non
rescinduntur si canonicè facta sunt,licet ab officio cassent,vt ff.de
mino.l.emilius.& l.interdum cum similibus. Bal.

CAP. VI.

1 *Agens an teneatur allegare titulum beneficij.*
2 *Accusator an repellatur propter inimicitias ortas in causa ciuili.*
3 *Homicida an possit beneficium ecclesiasticum possidere.*
4 *Prelatus dubius an admittatur cum cautione rati.*
5 *Ecclesię an acquiratur per contractum intrusi in prelatura.*
6 *Ecclesia an sine prelato aliquid agat.*

ITem cum quis. Exceptio criminis agenti
interdicto vnde vi,vel qđ
vi aut clam,non obstat.hoc dicit ¶ In tex.ibi,clam non
intentabat violentiam sed clandestinitatem vt vince-
1 ret in tali libello si probet vtrum.s.quod vi aut clam.vt ff.de verb.
signi.l.sæpe.& ff.de ma.test l.si ita fuerit.† Sed nunquid tenet agẽs
allegare titulum beneficij?& videtur ꝙ sic;& etiã summatim ꝓba-
re:vt ff ad exhi.l.iij.§.sciendum.Nam non procedit libellus q pręe-
sumit iuri contrarius:vt ff.de mino.l. minor aũt magistratus.ff.de
inoffi.testa l hoc colore.vbi dicit qđ querela inofficiosi testamẽti
dẽt proponi addito colore qđ restator non fuerit in robore iusti
ꝯsilij exhęredãdo filiũ.iõ ãt lex sic dicit:qa erubesceret lex si infrin-
geret testũ hominis sani consilij.¶ Reuertor ad propositũ,& dico,
ꝙ possidere bñficium ecclesiasticũ sine titulo est contra ius:ergo
oportet allegare titulũ,& summatim probare de titulo.i. collatio-
ne:nec possent testes reprobari:qa hoc requireret altiorem indagi-
nẽ:& hoc verũ puto:qa possessio bñficij debet superficialiter iusti-
ficari.i.prima figura.ar.C.de edic.diui adri.tol.l.fi.in prin.dices,ibi
non loquitur in interdicto recuperandę sed in interdicto adipiscen
dę possessionis:sed rñdeo ꝙ imo sapit naturã recuperandę:qa hæ-
reditas fuit spoliata licet impropriè:vt ff.si quis test.li.esse ius. fue.
l.j.§.sceuola.& ff. de ac. & ob.l.hereditaria. & presertim si statutũ
dicat ꝙ possessio defuncti continuetur hæredi. nam in executione
statuti fit missio quasi recuperandę possessionis,& maximè in suis
& necessarijs heredibus.vt no.ff.de acqui.pos.l cum heredes.& in-
sti.de here.ab intesta.§ sui. Et no.quod ista est fictio maximè ante
aditã hereditatẽ;vt ff.si cer pe.l.eius qui in prouincia.§. quod si sti-
pulatus.¶ In tex.ibi,obiecit. fortè directo opponebat homicidiũ,
vel schisma tñ occultũ.¶ In tex.ibi eñ.s.agentẽ.¶ In tex.ibi,ante re
stitutionẽ.ergo postea põt. iij.q.j. c.j ij.q.ij.audiuimus.¶† In text.
2 ibi,presumatur. No. repelli accusatorẽ ẽt propter inimicitias or-
tas in causa ciuili de hoc ĩ.de accu cũ oporteat. facit. s̃. vt lit.non
contest,accedens.el secundo.Sed certè.c.nostrũ põt induci in op-
positum: quia facta restitutione bñficij durat inimicitia: vt ff. de
excusa.tu.l.propter litẽ.& tamen põt accusare. Et noster inimicus
est qui bona nostra tollit siue clam.quod no.bene.¶† Extra oppo-
3 nitur,homicida est irregularis, ergo non potest beneficium eccle-
siasticũ obtinere seu possidere : ergo nec agere : quia quoties quis
exigere vult,si habet in se delictũ,repellitur ab agendo;vt ff.de cõ-
trahen emp.l.si in emptione.§.si emptor.So. exceptio non põt op
poni per spoliatorem.Item quamquis sit homicida, tñ propterea
non perdit obtentũ beneficiũ donec deponatur;vt ff.de penis.l.qđ
ad statum.vt no.Inn.ĩ.de cõces.prębẽ. c. cũ nostris. ¶ Sed ecce ali-
quis tãq̃ prelatus agit cõtra debitorẽ ecclesię:dicit debitor,ostẽde
de prelatura.i.de mãdato:aliàs nõ possum tibi soluere:vt ff.de pro
cu l.nõ solũ.§.qui alieno.& C. de iure fisci.l.ꝓhibitũ.li.x.dicit præ-
latus,ego sum ĩ possessiõe,& publicè uocor,& tractor tãq̃ prelatus
per alios vniuersos:ergo & ꝑ te debeo tractari.ff de pac. cũ in eo.C.
de test.l.j.ff.ad mace.l.iij.C.eo.zenodorus.Querit quid iur.& vr̃ qđ
debitor nõ possit hoc opponere:qa excipiẽdo videt ecclesiam spo
liarè:vt s̃.de elec.querelã.sed ibi consueuerat soluere.& demũ sub
traxerat obedientiam:secus si nunquã soluit:vt l.fin.ff.quorum bo.
Nam tunc prælatus nunq̃ fuit in possessione nominis istius debito
ris:vel dic qđ in c querelam.debitum erat perpetuum & reale:quia
erat species seruitutis:sed in d.l.fi.erat mera obligatio personalis ab
stracta ab omni realitate,& nõ correspondens alicui subiecto apto
possideri:vt ff.de ser.rust.prædi pecoris ff.de vsufru si quisita.Cyn.
dicit in l.si certis annis.C.de pactis.qđ nõ reperit possessio nominis.
Sed in contrarium est casus in l.ij.C.de præto pig.dic,quod sufficit
prælato qđ sit in vniuersali possessione:licet iste debitor nunquam
agnouerit debitum,nec fuerit confessus illum esse prælatum dum
modo ꝓ prælato publicè reputetur:vt ĩ.eo.cũ in literis. Ego dico
ꝙ iudex cauere debet se ratum habiturum quod cum eo gestũ erit:
vel nõ tenetur debitor soluere;vt l.j.§.idẽ pomponius ff.qđ cũ fal.
tut.aut.& ratione dubij valet decretũ.C.de pe.hære.si putas.quæ l.
est no.ad hoc.sed si accederet cõsensus capituli;tũc debitor cogere
tur soluere : qa cõsequeret plenissimã liberationem:vt ff.de mino.
l.ait prætor.§.permittitur.dicit Iac.Bu.C.de epi.& cle. si qua ꝑ ca-
lumniam.qđ habitus monachum nõ facit:licet ostendit eũ mona-
chum si sit ei impositus per habẽtẽ ptãtem vel authoritatẽ.l.sed si
accepto.C.de iur. fis. & sic dicit ꝙ habitus exterior probat ordinẽ
& sacerdotiũ.Cy.dicit qđ hoc est verum in præparatorijs,nõ in de
cisorijs vt ipse no C.qui accu nõ pos.l. nõ ignorat. & adde qđ no.
ff.ad exhi.l.iij.§.sciendũ.per Accur. Itẽ ꝑ locũ à cõiter accidẽtibus
ille q possidet talis esse pręsumit,qualis per frequẽtiam actuũ decla
rat,vt incola ex muneribus.vt no.ff ad munici.l.si quis instructus.
Itẽ ex pronominibus possessiuis præsumitur proprietas.vt not.in
l.pe.ff.de cõdi.inde.Itẽ interdũ possessio ius facit.vt no.ff. si ser.vẽ.
l.sicuti.§ si queratur.& l.j.ff.fa her.Item quãdoq; patiẽtia superioris
habet ꝓ authoritate:vt C de peti.hære,l.si filius ¶† Quæro nunqd
4 dubius prælatus admittat cũ cautione rati?& videt qđ sic. ff de ad-
mi.tu.l.vulgo.¶ In ꝯtrium, qa de seipso nõ cauet. Itẽ nec de ecclia
quæ pupilla est,& pupillus non potest habere ratum per semet:vt
ff.de cõdi.inde.l.si procurator.in fi.cũ.l.se.¶ Item ecclesia sine re-
ctore est corpus sine anima,sicut hereditas iacens.vt not.in l.sicut
ff.quod cuiusq; vni.no.¶ Præterea quãdo administrator succedit
administratori nõ habet locum cautio rati:qa differretur nimis.&
forte de iure non procederet.vt in c.vlti.de ꝓcura. in cle. facit qđ
eleganter no.in l.j.C.de cõtracti.iudicum arg. ꝯ in c.j.q succes. te-
ne.in feud.¶† Quæro utrũ per ꝯtractum intrusi in prelatura acquirat
5 ecclesię & v.r̃ ꝙ nõ:qa ꝑ liberã personã alteri nõ acquirit,nisi bona
fide possideat:dic ꝯtrà.nã licet Itrusus mala fide possideat ecclesiã,
tñ ecclesia fingit ipsum possidere bona fide sicut hæreditas iacens
fingitur

fingitur quo ad acquirendum bona fide possidere seruũ testamẽto
manumissum vt dicit.l.illa singularis.ff.si cer.pet.ei⁹ q §.ꝙ si stipula
6 tus.ibi,ex quibus causis &c.qui tex.non est alibi. ¶† Vltimò no. ꝙ
ecclesia sine prælato nihil agit,nec prę atus sine ecclesia,sicut tutor
onerarius nõ habens administrationẽ.vt ff.de sol. l. qđ si forte. §.j.
porro tria sunt subiecta administrationis,scilicet clericus, vel col-
legium populus & res. vt in c. in plerisq;.de ele.in cle. ¶ Ex his ap-
paret ꝙ ecclesia & prælatus sunt vnum corpus misticum, sicut ve-
rum corpus & vera anima ipsius sunt vnum quid naturale.

CAP. VII.

1 *Spoliatus debet vsque ad vltimum quadrantem tam possessionis quàm fru-ctuum in integrum restitui ante omnia.*
2 *Reo imponitur silentium & non actori.*
3 *Factum per iudicem inciuiliter statim debet reuocari.*
vel effu.l.j.§.fi.& ff.de iniu.l.lex corne.§ domum.ex hoc sequitur ꝙ
peregrini & aduenę non possunt citari nisi personaliter inuenian-
5 tur.¶†Quæro nunquid vniuersitas possit citari ad domum? & vi-
detur quod non:quia non habitat certum locum:sed vnusquisque
habitat in domo.dic ꝯ, quia citabitur ad locum vbi publicè con-
sueuit congregari,vt ff.de reg.iur.l.non potest dolo carere. vbi gl.
singula.& si non vult se congregare,intelligitur latitare se,& pati-
tur secundum decretum sicut quęlibet priuata persona.vt l.item e-
6 orum.§.fin.ff.quod cuiusque vniuer.no.vbi est bonus text.¶†Ibi,
non appareat.nunquid hoc ipso quod quis defenditur, præsuma-
tur contumax præcedente citatione, cum tamen constat de eius
absentia? respon.sic.secus si citatio non sit legitima vt C.de accusa-
tionibus.l.si accusatoribus. vel si non sit arctatoria. ff iudicatum
sol.l.vir bonus.¶Ibi, non appareat. quæro quomodo liquebit de
ista negatiua? respon dicit glo. quòd rimari debet an sit qui defen-
dere velit.& dico quòd sufficit ista rimatio, si fiat perturbã in pala
7 tio:& ita intelligo gl.no.quę est in l.iij.§.si reus.ff.iud.sol.¶†Quęro
de duobus.primò vtrum valeat citatio facta ad domum.dicit Ac-
b cur.quòd non est expeditum an valeat citatio facta ad domum b.
ff.de app.l.ex consensu.§. eum. & istud verbum nõ est alibi in iure
ciuili. & forte intellexit nemine ibi inuento.i.nec inuento princi-
pali, nec alio de familia qui possit ei renunciare: quia forte do-
mus erat clausa,& nemo tunc habitabat: vel si erat aliquis qui ha-
bitaret, non habebat sensum intellectus. sed finaliter glos.ibi te-
net quod ista citatio valet saluo quod veram contumaciam non
inducit.Sed Innoc.dicit hic, quòd non valet nisi in tribus casibus.
primò si pręcessit citatio,vel comparitio personalis vt hic.secun-
dò si latitet.vt d.§.quid sit latitare. tertiò vt perueniatur ad decre-
tum primum, non ad secundum, vel ad diffinitiuam sententiam,
nisi forte in subsidium quando personaliter inueniri non potest.
tunc enim ad diffinitiuam procedi potest,vt C.quomodo & quan
do iudex.l.ab eo. C.de anna.except.l.vt perfectius.Sed cur non ad
secundum decretum sicut ad diffinitiuam sententiam? respond.
quia in secundo decreto capitur res quæ non debetur, nec est in
obligatione:sed diffinitiua fertur iuris actione super re debita, &
non consistit in noui iuris creatione, sed in iure iam quæsito.
8 ¶†Quæro quando reus vel actor abest, vtrum sint citandi ami-
ci? Ber. dicit quòd sic. tu dic quòd non sunt de necessitate citan-
di: quia nec admittendi ad contradicendum, nisi vt possint alle-
gare

ADDITIONES.

a ¶ Vide plene per do. Marianum Socinum in sua eleganti repetit. rubri. de dilatio.in iij.col.

b ¶ Adde quod creatio ad domũ tantũ admissa est cũ persona citanda inueniri non põt vel eius ꝓcu.& sit in subsidiũ.rñ.ꝙ ꝓbatur.ff.de dã.infect.l.iiij.§. prætor ait.& ibi plenè ꝑ Alex.& doc.de hac materia adde tu vnũ no.Inno.ꝙ est fortis si iudex simpliciter in cõmissiõe citationis fiendę nũcio imposuerit ꝑsonaliter vel ad domũ citando pręcipiat quatenus corã eo cõpareat &c.intelligit ipsa cõmissio sine mandato iudicis scd̃m iuris ordinem hoc vt eat ad domũ si non possit eum ꝑsonaliter inuenire & hoc ipm debet clare nuncius in sua relatione referre quod illum diligenter inquisiuerit eumque non inuẽtu eũ ad domũ citauit ita no.cõs.Raphael.Ful.in cõs.lxxiij.inci.facto.i sup.

gare causas absentiæ, nisi in casibus expressis in iure.vt l.j.§.fi.ff.de
ven.inspi.& sic vbi reperitur quod debeat citari, est ibi speciale.
Præterea nec cognati nec affines sunt de necessitate citandi: quia
affectio non facit eos procuratores, nec defensores cum mandato
vt ff.iudi.sol.l.iiij.§.si forte.vbi tex.singularis.& C.de procuratori-
bus.l.exigendi.¶Sed nunquid mulier admittetur ad defendendũ?
9 respon.non.¶†Quid de scholari, qui stat in loco causa studiorũ?
dic vt no.in aut.de exhiben.re. §.sancimus. Quid de aduena ami-
co?respon.nec iste, vt singulariter not. ff. de procu.l. neq; femina.
nisi ad allegandum causas absentiæ.vt not.ff.de nego. gest. l. liber-
to.§.fi.& no.ff.de reg.iur.in reo.§. nemo. Baldus.

¶Vt lite pendente nihil innouetur. Rubrica.

CAP. I.

1 *Papa reuocat factum suum erroneum, vel iniustum, vel potius declarat nõ præiudicare.*
2 *Lite pendente super hereditate paterna inter legitimum & spurium an possit spurius legitimari.*
3 *Exigere vexillum principale nemo potest præter ducem belli.*
4 *Constellationes non dominantur hominibus: sed potius sunt hominum ministrales.*
5 *Cognoscitur de priuilegio vtrum sit per subreptionem in prẹiudicium alterius concessum, necne.*

MEmoria. Lite pendente reus commodo posses-
sionis priuari non debet,gl. ponit cã-
sum.dicit Innocẽ.quòd innouata iudicio pendentẹ va-
lent dummodo non fiant in præiudicium iuris aduer-
1 sarii.Inn.¶†Ibi nullum præiudicium.Not.ꝙ papa reuocat factum
suum erroneum vel iniustum, vel potius declarat non prẹiudica-
2 re.vt.ff.de vul.substi. l.ex facto.ĩ prin.¶†Et no.ar.quòd lite pendẽ-
te super hæreditate paterna inter legitimum & spurium,non pos-
sit spurius legitimari:quia lite pendente nihil debet innouari.ff.de
admi.tut.l.chirographis.§.j.& ideo sit cautus legitimus quod mor-
tuo patre statim moueat q̃stionẽ spurio de statu & hæreditate.Ibi
tuis successoribus.not. possessionẽ & eius benefactũ transire ad
successores.Ibi,est.i.esse dicit.Ibi,tu & p̃decessores no.quod licuit
p̃decessores litẽ successori.¶Ibi,diferre.i.lite pẽdente & facit ad ti.
Hostiẽ.Itẽ no.hic,ꝙ honor & gloria vnius est diminutio alterius.
3 ¶†Item no.quòd in diœce. alterius nemo petat fastum honoris.
& est argu.quod præter ducem belli nemo possit exigere vexillũ
principale:nec valet in hoc consensus subditorum:quia non debẽt
prẹesse qui tenentur subesse.vt s.de constit.ecclesia sanctæ Mariẹ.
¶Sed nonne monachus intrans scholas non dimittit habitum:ta-
men qualitercunq; accedat signum est humilitatis & necessitatis
non fastus honoris & prælationis.dicit Augustinus quod magna
abusio est dominam ancillari,& ancillam dominari & facit contra
4 subditos captiuãtes regem suum. C.de ser.expor.moueor. ¶†Itẽ
facit contra eos qui dicunt quod constellationes dominantur ho-
minibus cum potius sint hominum ministrales.dicit Ptolomeus,
scientia stellarum ex te & ex illis est,dicit medicus quod radicalis
scientia medecinæ est sensus non astra.dicit sapiens naturalis,quòd
sapiens dominabitur astris.Et ideo influentia astrorum non excu-
sat delicta reorum,nisi tollat secundum intellectum.¶Not illicitè
factum reuocari.No.ea quæ sunt dignitatis ac insignorum possi-
deri.Not.in diœcesi aliena non licere vti titulis dignitatum: quia
hoc derogat honori diœcesani.¶Deinde nota quod quatuor sunt
patriarchæ qui possunt vexillũ sanctẹ Crucis ante se portare vbi-
cunq; locorum, præterquam in vrbe romana, & in papæ presen-
5 tia.¶Vltimo no.quòd de priuilegio cognoscitur vtrum sit per sub-
reptionem in præiudicium alterius, concessum nècne.Nam subre-
ptitia impetratio non tenet etiam si sanctus sit ille qui impetrat,si-
cut erat beatus Thomas cantuariensis.vnde propter meritum vi-
tæ non est recedendum à iuris dispositione.

CAP. II.

LAudabile Lite pendente sub coniugio nõ est
coniugibus interdicendum carna-
le commercium.h.d.ille tamen qui est conscius impedi-
menti peccat si exigĩt carnalem copulam.¶Quid ergo
si ambo concurrunt in exigendo.respon. neuter peccat. arg. ff.si
qua.pau.fecis.di.l.j.§. cũ arietes.& ff.ad l. aquiliã. l. quemadmodũ.
§.si nauis alteram.Bal.doc.

CAP. III.

1 *Rem litigiosam qui alienauit ita quod rehaueri non potest debet ẹquiualentem restituere in locum illius quam alienare non potest:*
2 *Conuento rei vendicatione fit inhibitio per iudicem ne litem pendẽte possessionem in alium transferat.*
3 *Iudicium cuius executio procedit in vanum est frustratorium.*
4 *Prælatus ecclesiæ si mutuauit nepotibus suis mille; & isti nepotes inde emerunt prædia, an ista prædia efficiantur ecclesiæ.*
5 *Prælatus si dedit dictam pecuniam nepotibus, quibus acquiritur dominiũ rerum emptarum.*
6 *Fratres si emunt questas à maiori abbate sancti Antonii, & ex lucro sit emptum peculium, an sibi acquirant dominium.*
7 *Papa non debet aliquid facere iniustum.*
8 *Mercantiam faciens cum pecunia ecclesiæ nomine proprio an acquirat ecclesiæ.*
9 *Vitium litigiosi an iudicatur per causam criminalem.*

ECclesia sanctæ Mariẹ. Glos. ponit
hic casum si-
1 mul in tribus decre.& h.d.†Qui rẽ litigiosam alienauit,
ita ꝙ rehaberi nõ põt,debet æquiualentẽ restituere in lo-
cum illius quã alienare nõ potuit.h.d.istud.c. Est sequens casus. j.
de pẽdente lite attegia.inter eum & ecclesiam sanctẹ Mariẹ de ma-
lata corã Laurentio iudice quẹ possessiones de quibus erat lis trã-
stulit in monasteriũ sancti Syluestri permutationis titulo, quas di-
ctũ monasteriũ locauit alteri.modo ecclesia sanctæ Mariæ signifi-
cauit hoc papæ.papa mãdauit dicto monasterio sancti Syluestrũ,
ꝙ de cetero non alienaret in alium, nisi ecclesia vellet experiri de
vitio litigiosi contractus vel rei ven.& obtinuerit cõtra monaste-
riũ quod laborauit in vanum monasterio nõ valẽte restituere pos-
2 sessionem quæ ad manus alterius sit deuẽta.¶†No.ꝙ cõuento rei
vẽdicatione fit inhibitio per iudicẽ ne lite pendẽte possessionem
in aliũ transferat.Quid ergo si transferat in alium? respondeo non
valet.Nã ille in quẽ facta est trãslatio,statim cogit possessionẽ di-
mittere vel saltẽ lata sñia sit in eũ executio recta via.ar.ff. si vent.
nom.mulier in poss.mitta.l.j.§.necessario.ff.de contrahẽ. emp. si
qs sciẽs ff.de pol li.l. de pollicitationibus.ff de administra. tut.l.chi-
rographus.§.j.ff.de pet.hære.l.diuus.& qđ no.Cy. l. vnica. C. de a-
lie.iudi. puto etiam qđ iudex compellere possit possidentẽ ad ido-
neam cautionẽ præstandã de possessione non trãsferenda,vel frau-
de committenda prẹsertim si p̃sona sit suspecta, quo casu posset
etiam possessio sequestrari,si reus nollet cauerẹ. arg. ff. qui satisd.
cog.l.si fideius.§.fi.¶In text.ibi,successerunt.qa fuit facta permu-
tatio.arg.ff.de leg.ij.l.imperator.§ fi.& ff.de pet.hære.l.si & rem &
3 preciũ.¶†Ibi in vanũ.No.qđ frustratorium est iudicium cuius exe-
cutio p̃cedit in vanũ vnde iudex debet prouidere ne hoc possit
sequi.qđ est not.Gloss.colligit hic argumentum quòd res quẹ suc-
cedit in locum alterius rei succedit cum sua causa, suisq; vitiis, vn-
de possit hic tractari materia actionis subrogatæ de qua. ff. si quis
cautio.l.si eum.§.qui iniuriarum.& c in præsenti per Cynum & l.
certi condictio.in principio.ff.si cer peta.& ff.de do.cau. mortis.l.
quod debitori.per Iaco.de are.ff.de consti.pecu.l.itẽ illa.§.1. ff.si qs
test. li.esse ius.fue.l.j.§.j per Berñ.¶Sed ista materia de actionibus
subrogatis non pertinet ad nostrũ.c.similiter nec materia de actio-
nibus coæqualibus.Nam nostrum c. non tractat de hoc: sed tra-
ctat de rebus subrogatis.& circa res datur doctrina,quod iam om-
nibus specialibus & determinatis & circunscriptis certo modo
non subrogatur vna res loco alterius:sed in vniuersalibus sic. qua-
tenus licita est rerum permutatio.vt not.ff. de verbo.signifi. l. la-
beo.& ff.de rei vendic.l.mater.per Cy.& alins.& ff.de hẹre. ven.l.
vendi ex hæreditate.& ff.de pig l cum tabernam.ff. de dona. inter
vi.& vx.si donaræ.§.si sponsus ff.de conditio.& demonstratio.l. fi-
liẹ.§. Attia.ff.de distra.pig.l.j.de administratio.tuto.Titium & Me-
uium.§.altero.C.de rei vendi.l.si vt proponis.ff.si cer. peta. si ego
pecuniam. Quod dixi quòd actionibus specialibus non subroga-
tur lex loco rei , nec quantitas fallit in casibus. Nam res empta
ex pecunia vsuraria succedit loco pecuniæ,vel saltem est obligata
per restitutionem vsurarum:vt j.de vsuris c.cum tu.secundũ Ber.
Item fallit in re empta de pecunia ecclesiæ, quia efficitur ecclesiæ
si empta est per prælatum,vel rectorem ecclesiæ,licet instrumen-
tum loquatur in persona tertij.vt infra de pecu.clericorũ. c. inqui-
rendũ.tamen dicunt ibi Ber.& Innoc quòd ecclesia habet rei ven-
dicationẽ sed non dominium,quod non transfertur nisi ex tradẽ-
tis consensu.vt insti.de re.di.§ si quis à non domino.vel dic quod
vtile dominiũ transfertur authoritate canonis.oportet tamen qđ
ecclesia probet de proprietate pecuniæ quæ præsumitur,si p̃latus
numerauit,vel numerari fecit.vt C.si cer.peta.l non vnde originẽ.
4 & argu.C.de pigno.l.finali.¶†Sed quid,ecce prẹlatus ecclẹsiẹ mu-
tuauit nepotibus suis mille:isti nepotes inde emerunt prẹdia,nun-
quid ista prædia efficiuntur ecclesiẹ?respõ.natura mutui est quòd
proprietas pecuniæ acquiritur ipsi debitori.vt ff.si cer.peta.l.ij.§.
appellata.& cõtrahitur obligatio non ad eosdem nummos in spe-
cie,sed in genere:igitur dictẹ res sunt de pecunia debitoris nõ de
pecunia ecclesiẹ, nec etiã eidẽ hypothecatẹ:& ideo nõ sunt eccle-
siẹ:qa nullo iure cauet quòd ex cõtractu mutui pupillus vel ciui-
tas habeat tacitã hypothecã: ergo nec ecclesia. quia istæ tres per-
sonæ

fonæ æquiparantur:vt C.de sacrosanctis ecclesiis.l.finali.ff.si certum petatur.l.ciuitas.sequitur ergo quòd ecclesia habet solū certi conditionē ex mutuo & quòd dicti nepotes possunt has res alienare. Porro sicut tutor potest mutuare pecuniā pupilli,ita prælatus
5 ecclesiæ.vt ff.de admini.tuto.l.quoties.§ sicut.¶ †Quid si prælatus istam pecuniā donauit nepotibus,sicut de consuetudine generali faciunt prælati.& dicit frater Io.in summa confessorum, respon.si ponis donationem valere,qa est modetata,acquiritur domi nium rerum emptarum ipsis curatoribus.¶ Pone qd ecclesia multum abundat,& quotidie etiam extraneis largitur:certè idem etiā poterit in suis,non obstat.C.de sacrosan.eccle.aut.quibuscunque modis.ibi loquitur in alienatione rerum immobilium,non in alienatione pecuniæ.vt no.ff.ad trebel.l.j.§.fuit quæsitum ibi, optima glo.Sequitur igitur φ id qd ex pecunia possibiliter donata emit possit alteri liberè vendi.¶ Sed quid si non apparet vtrum fuerit donata vel mutuata?respōdeo si est magna quātitas præsumit mutuata:si autem parua,vel mediocris ex affectione personarū præsumitur donum.vt ff.de do.inter virum & vxorem.l.virū.& de hoc
6 est bon.glo.ff.si cer.peta.l.cum quid.¶ †Quæro,quid erit de fratribus ementibus questas à maiori abbate sancti Antonii,& ex lucro peculiū fit emptū.vnde est amodo ꝓprium si conuenientibus ecclesiis vt l.cui.ff.de manumis.vero.tamen non sunt domini: quia regulares non habent proprium:sed suæ præceptoriæ acquirunt dominiū vt ī.de iud.cū deputati. ¶ Sed nunquid papa potest dicto quæstuario auferre dictum peculium respondeo sic.quia est dominus dominantium,& ius regis regum habet in subditos suos. ca-
7 ueat tamen conscientię suæ vt ī.de iudi.cū venisset.¶ †Item papa
a non debet facere aliquid iniustum[a].vt s.e.c.j. nec in foro summæ cōscientiæ debet haberi ratū.& hodie homines parū curant de cō scientia quæ debet Deo & magis curāt de scientia que debet homini.i.de virtute legis positiuæ quæ quantū ad eum pro nihilo reputatur sicut scriptū est,perdā sapiētiam sapientū &c.& ita sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. ¶ Sed nunquid pro delicto quæstoris huius papa possit dictū castrū cōfiscare?& videt qd nō, vt C.de sen.pas.l.si filius.dic cōtrā:qa quicquid principi placet legis habet vigorem,ad iustificandum suum placitū sufficit quæcunque occasio,vt nunc facit.d.M.Montisferrera.nobilibus valniachę qui tenet eos extra castrum causa per eum inuenta, quamuis non iusta.Nam cum princeps sit causa causarū non est de eius potestatis causa inquirendū,cum primæ causę nulla sit causa:cū id qd est primum aliud ante se habere nō potest.& cum nulla reperiatur superior.¶ Amplius quero quid si emptor ignorabat pecuniam esse ecclesię.vt ff.si cer pe.l.cū fundus.§.i. ¶ Sed pone qd sciens nunquid potest cōtra ecclesiam præscribere?videt qd non.nam tu dixisti qui habet directum dominiū iuris gentium ex consensu.¶ Itē de subtilitate iuris ciuilis qa voluntas domini transfert immediate dominium non titulus.vt ff.de condi.ob causam.l.iij. §. subtilius. ergo rem suam nō potest præscribere.vt ff.de vsucap.l.sequitur.§. plana.ista ratio non obstat:quia non prescribit dominium: sed eius firmitudinē & irreuocabilitatem,vt l.ij. C. qd me.causa.& ff. de capti.l.in bello.§.si quis seruum,dic ergo φ aut est certus de iure,& non prescribit propter malam fidem:aut dubius,vel errās: & idem.qa error iuris vel supinus error facti in vsucapionibus nocet,licet secus in fructibus industrialibus.vt not.ff.de peti.hære.l. sed & si lege,§.scire.vel dic qd imo præscribit spacio.xl.annorū.qa in tali præscriptione lōgissima iuris error prodest:qa cessat dolus& conscientia non est vlcerata.argu.ff.de abigeis.l.j.in fine.& ff.de lib.cau.l.illud.Sed pone nouissimus emptor cum res per plures manus ambulauerit,vt no.C.de rei ven.mater.nescit quantum sit emptum de bonis ecclesię,& quantum non quid faciet.respon.inquiret veritatem & iuxta conscientiam veri sequetur sibi consiliū salutis.¶ Si autem hoc inuenire nō potest, tanquam dubius censetur errare vt in facto,vt C.de furtis manifestissimi. §. sinautem dubius & ff.si cer.pe.l.qd te.neq; enim debet esse aliqua lege positiua vel conscientiæ vel boni moris seu consilij vel naturę, vel ratione aliqua ius suū indiscussum temere relinquere. ff. de peti. hære.l.illud.Dices tu,iste nō dicitur possidere propter loci & quotę incertitudinem.ff.de acqui.poss.l.locus. Solu. ibi loquitur quando est incertitudo circa substantiam possessionis. puta quantum vellet, vel quantū possit possidere:& tenebat & possidebat licet conscientia esset incerta:& si esset incertitudo qualitatis non substātię possessionis vt ff.de acquiren.possessio.l.iij.§.ex contrario.¶ †Sed qd
8 si aliquis facit mercātiam cum pecunia ecclesię nomine proprio? istud est enim cōmodum industrię, & ibi non videtur acquirere ecclesię.ff.ad l.fal.si heres.ff.de admi.tu.l.titium & mæuium.§.alteto.Idem est si de pecunia ecclesiæ à prædone emit castrum nomine proprio qa licet appositum ecclesię nō potest habere ratū. ff.pro socio.l.qui autem.ff.ad trebel.l.debitor.§.si ff.de acqui.pos. l.quod seruus.pone emi,deinde vendidi,nunquid ecclesia efficitur domina precij.ar.qd sic.ff.de fideius.l.ita,& sic emptor præscribet & ni venditor conuenietur ad precium ff.si certum petatur.l.cū

seruum.¶ Item fallit in re empta à marito ex pecunia data sibi ab vxore,& contra.ff.de do.inter virum & vxorem.l.vxor.marito.& ibi not.de instru.loquentibus in persona vxoris cum tamen re vera vir de pecunia propria emerit,videlicet quòd ad virum pertinet,oportet tamen probari qd vir soluerit preciū vel alius eius mandato.Nam in dubio standum est instrumento.vt no. C.de fide instru.l.scripturę.C.de contrahen.& commit.stip.l.optimam. ¶ Opponitur & videtur qd non in vanum qa qui dolo desiit possidere pro possessore habetur.Solu.verum est quo ad condemnationem tamen executio facti nō poterit fieri in rem ipsam cuius restituendæ non habet facultatem.& si dominus non potest consequi velle suum sicut debet de iure.¶ Quærit glo. quæ est pęna litigiosi,& quomodo inducatur,& quis est eius effectus.& dic vt in glo.& adde.ff.de alie.iudi.l.cum miles.qd no.in l.j.C.de præscrip.
9 long.temp.¶ †Extra quero nunquid per causam criminalem inducatur vitium litigiosi.respon.non,qa non proponitur actio in rem vel in personam:sed agit ad meram vindictam.ff.de sol.l.reo criminis.ff.de do.post contractum.ff.de admi.tu.l.chirographis.§. j.ff.de in integ.resti.abstinendi.& ibi per Guli.de cun.& Cy.& ideo in criminalibus non habet locum litigiosi pęna de quibus legitur & no.in l.fi.C.de litigiosis.

ADDITIO.

a Vide plene per.d.Caltudinum de bona tapagnas in suo solēni tractatu de potestate papę qui habetur in formis post tractatū,ca.Matthei.d.Math.de succes.ab inte.

CAP. IIII.

Ecclesia. Factum non suo iudice papa irritat,& ad se negociū reuocat,& rem loco rei alterius assignat & instrumenta tanquā inania facit resignari. ¶ Casus. Ecclesia sanctę Marię fuit spoliata sua possessione.super hac causa senator vrbis cognouit,& ꝓnunciauit.papa nō curat qd ꝓnunciauerit:sed qa senator,qui est iudex incōpetens.nec statutū vrbis potuit ei dare iurisdi.& ideo postquā prędecessor eius ad se negociū reuocauit, decernit irritū & inane. ¶ Itē qa monasteriū sancti Sil.rē in aliū trāstulit,& qa restituere nō poterat,fecit qd dictū monasteriū assignauit dictę ecclesię possessiones æquiualētes:& qa erāt alii obligatę fecit eas liberari, & chirographū crediti tradi ecclesię antedictę.¶ Ibi.locationis titu. no.qd vitiū litigiosi impedit locationē qa fit in fraudē.hic etiā apparet fraus eoipso qd monasteriū non poterat possessionē restituere.¶ Ibi,bonorū virorum no.preciū & æquiualentiā committi arbitrio boni viri.sic.C.de secū.nup.l.hac ædictali §.his illud.¶ Ibi.liberari.no.qd ille qui tenet dare cambiū debet tradere à creditoribus liberatū.¶ Ibi,resignarūt.not.qd qui resignat instrumentū tacitè confitetur sibi fuisse satisfactū:secus si resignat pignus:qa sublato accessorio non propter hoc tollit principale. vt ff. de pac.l. postquā & l.si tibi.§ de pignore.& C.ad velle.iubemus. Et est alia ratio differentię.vt in glo.ff.de lib.leg.l.petitor. Baldus.

CAP. V.

1 *Sola lit.pendentia etiam si dolosè non taceatur,impedit vires priuilegij.*
2 *Statuta terrarum an porrigantur ad lites pendentes,de quibus in statuto non fit mentio.*
3 *Priuilegium si lite pendente non impetratur,sed consecutiuè venit ad successionem ordinis clericalis,an trahatur ad lites pendentes.*

Dilectus. Non obst.priuilegium impetratum lite pendēte de lite non habita mētione &c. ¶ Casus coram iudicibus delegatis super quibusdā decimis noualiū,quæstio vertebatur inter rectorē eiusdē ecclesię baptismalis,& quendā priorē & monachos,qua pendente abbas maioris monasterii sui pro se ac membris suis impetrauit priuilegium percipiendarum decimarū noualiū, seu de nō soluendo ipsa:& qa dictus prior erat de mēbris dicti abbatis maioris volebat vti dicto priuilegio.dicit φ nō potest:qa fuit cōcessum lite pendēte,litis non habita mentione.dubiū erat,qa nō impetrauerat prior,sed abbas maioris monasterij.Sed respō.pro eodē est qd fit per se,& qd fit per aliū includērē se.¶ Ibi, psona. dicit personā per se sonās.i.rector,præpositus,prior & similes.¶ Ibi,vendicare. i.defendere & no soluere ecclesię basse villę cui debebant de iure
1 tanquā ecclesię baptismali cū esset ī.fines suę parochię.¶ Ibi,prędicta.no qd sola lit.pendētia etia si dolosè nō taceat,impedit vires priuilegii.No.qui tacet lit. pendentiam tacet veritatē.oportet ergo.qd

ADDITIO.

a Istud dictum refert & exclamat.d.Ias.in l.fi.in ij.col.in versi.itē pro ampliatione.C.vt lit.pen.dicens esse singulare & bene notandum quia alibi nō legi

gō qđ lit.pēdētia super ipsa litis pēdentia impetret expresse. vt ff. si quis cau.l.qui autem.in principio.Quid de statutis terrarum vt si
2 porrigantur ad lites pendentes de quibus in statuto non fit mentio.dicit hic Innocen.qđ non.qđ verum est si disponūt super decisoriis,vt in aut.vt cum de appel.cog.in prin.& C.vt lit.pendente per totum.sed si deponunt quo ad ordinem iudicij,tunc seruabitur quo ad reliquum processum.C.de iura.calum.l.ij §. fi.vnde si lite pendente fiat statutum de causis compromittendis,habet locū etiam in litibus pendentibus. quia istud respicit magis ordinem procedendi i.coram quo.& qualiter procedatur quam decisionē causę nisi forte sit alterata decisio per potestatem arbitris attributam.¶†Quid si lite pendente non impetratur priuilegium,sed ve
3 nit consecutiuè ad aliud,puta ad successionem ordinis clericalis: dic qđ nec hoc priuilegium trahitur ad lites pendentes.super quo tu legista habes glo.ordi.de leg.j.l.nemo potest. Bald.

¶De sequestratione possessionis & fructuum. Rubrica.

CAP. I.

1 *Sententia ferri potest super eodem libello partim pro vno partim pro altero.*
2 *Finito iudicio super commisso non potest aliqua pars inchoare super non commisso.*
3 *Sequestrum fructuum potest fieri apud ipsum possessorem mādando ei quod eos custodiat,& saluos faciat.*
4 *Iudex delegatus an & quando possit prouidere circa sequestrationem & dilapidationem & cautionem.*
5 *Fieri non debet sequestrum cum vtraque pars & presens,& ius suum defendit in iudicio.*
6 *Reus si quis fuit in prima contumacia,& actor in secunda,quid iuris.*
7 *Natura sequestrationis est quòd possessio resignetur victori.*
8 *Sequestratio quare non potest fieri regulariter.*
9 *Innouari nihil dicitur illicitè quod secundum naturam iudicij adijcitur vel detrahitur.*
10 *Possessor an perdat possessionem rei sequestratę.*
11 *Renunciare iuri suo non presumitur quis in dubio.*
12 *Preiudicare sibi in dubio non videtur quis plus quàm ius velit.*
13 *Possessor si releuetur ab onore probandi,nisi velit consequi aliud,seu plus quam simplicem absolutionem,& ad illud probandum se astringit an per dat istam prerogatiuam per sequestrum.*
14 *Iudex an possit reseruare condemnationem expensarum quę veniunt officio eius,sicut reseruat taxationem.*

AD hoc. Propter coutumaciam res res ab eodem petita sequestrari non debet.& sunt duæ partes.In prima ponitur narratio processus & interpretatio Celestini,sequestratio & delegatio per eum facta. In secunda ibi,enim,est papę pronunciatio quę duo facit. primo reuocat sequestrationem & rem reponit in statum pristinum. secundò iubet expensas restitui,& de iudicio sisti caueri.secunda secundæ ibi,moderatos.¶Casus.Questio vertebatur inter abbatē & archiepiscopum super quibusdam decimis & possessionibus: fuit delegata episcopo Veronēsi qui in possessorio partim pro monasterio,partim pro archiepiscopo tulit sententiam. coram quo iudice delegato abbas super petitorio petebat sibi iustitiam ministrari:archiepiscopus excipiebat qđ causa proprietatis non erat sibi commissa:delegatus reputans archiepiscopum contumacem, qui temere declinabat,misit abbatem in possessionem rei petitæ, à qua archiepiscopus eum expulit.Ista fuerunt nunciata papę qui interpretando suum rescriptum,dixit,qđ vtraq; causa fuit commissa:tū propter naturā verborū ga & cōmodior diffinitè,tum ꝓpter qualitatem vtriusq; causæ cuius continentia.i.connexio examinatio non debet diuidi,& vltra processit pro bono pacis & sedatione armorum:qui possessionem sequestrauit apud episcopos Regium & Mutinensem mandans eis qđ de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscerent in causa proprietatis: interim decessit iste papa & successit ei Inno.iij. qui reduxit causam in eo statu in quo erat antequam committeretur dictis episcopis Rhegio & Mutinensi:& sequestrum tanquam iuri contrarium reuocauit expressè:verum quia archiepiscopus fuit contumax.i.rebellis temere declinando iurisdi. condemnauit eum in expensis factis per abbatem à die quo Veronensis episcopus ipsum abbatem in possessionem induci decreuit vsq; ad tempus quo archiepiscopus obtulit cautionem standi iuri,quam obtulerat coram Rhegio & Mutinensi episcopis.Mandat insuper archiepiscopo qđ de nouo præstet cautionem de iudicio sisti.scilicet coram episcopo Veronensi,ad quem cognitio redierat,eo qđ Inno.in eum statum reduxe
1 rat causam antedictam.¶†In tex.ibi,partim &c. No.ꝙ super eodē libello potest sententia ferri partim pro vno partim pro altero.j. de de testa.ray.C.si aduersus rem iudicatā l. j. in glos. ¶Ibi, officio suo.no.sententiam latam super possessorio statim transferri in rē iudi.quo ad pronunciantem: & hoc quo ad pronunciationem nō quo ad executionem.s.de offi.deleg. quęrenti.¶ Dicit Inno qđ finito petitorio non est amplius tractandum de possessione. Item ait qđ si discretiuè est omissa possessionis vel proprietatis,alia cognitiò non accrescit.Inno.¶Idem ait,qđ quando fit sequestratio causa custodiæ nunquam aufertur possessio possessori quia non fit ad illum finem.Inno.¶ Tria nomina sunt.scilicet sequestrum,qđ est duplex.scilicet iudiciale & conuentionale,iudiciale aliud fit ex clausulis specialibus in iure expressis,aliud ex clausula generali si qua causa iudici iusta videbitur,& fit officio iudicis non ex edicto prætoris:& potest vocari pignoratio & eam petere potest actor & reus & quilibet contumax:& hoc est qđ dicit,captis pignoribus.vt l.j.§.quid ergo.ff.de ventre inspi.dummodo alius pro alio non pignoretur.vt in c.j.de iniur.lib.vj.& in aut.vt non fiant pignorationes,in rubro & nigro. ¶ Aliud vocabulum est missio in possessionem,& ista fit ex edicto prætoris & eam patitur solummodo reus qui conuenitur,qđ edictum est hodie moderatum per ius authenticorum.¶Dicit Inno.qđ si principale effugit cognitionem iudicis per sententiam. ergo & connexum vel accessorium. Inno.hoc verum nisi de ipso accessorio sit pronunciatum,& restet exequendum,imo incidit in eam. ¶ Adde dicit hic Innocen. qđ sententia lata super possessorio quęrendum est de petitorio, sed contra si petitorium fuerit primo terminatum non est amplius
2 de possessione quęrendum.¶†Item ait qđ omnes sapientes in hoc concordant qđ finito iudicio super commisso non potest aliqua pars inchoare super non commisso: quia de non commisso non agitur nisi ratione reconuentionis,connexitatis,vel accessorii,sed principale iam effugit cognitionem eius per sententiam : ergo & connexus vel accessorium.Idem ait.qđ si commissa est causa alternatiuè super petitorio & possessorio,qđ delegatus potest de altero tantum cognoscere nisi in modo reconuentionis.¶Sequester est depositarius rei in controuersia constitutę ab ipsis concertantibus insolidum assumptus vsq; ad terminū lit.¶Sed nunquid hoc casu transfertur possessio in sequestrum.tex.dicit ꝙ hoc casu sequester possidet.vt hic probatur.ff.depositi. l. licet. primo & secundo rñ.& §.rei depositæ.ver.nisi.nam id tacite videtur actū qñ res est in controuersia,vt neutra pars possidere intelligatur, & est ratio,si intelligeretur possidere:aut ambæ partes insolidum, & est impossibile:quia plures insolidum non possunt possidere:aut vna & non altera,& est inconueniens:quia iudicium non debet claudicare.Itē est iniustum qđ in re dubia concertantium vnus sit potior.¶ Item est contra etymologiam dictionis de: quia qui deposuit deorsum se ponit,& separat.vt no.ff.depo.l.j.in principio.vbi dicitur qđ dictio de,denotat separationem.Idem facit dictio a.& ab. vt legitur & no.in l.si ex duobus.in princ.ff.de duobus reis.Circa hoc distin-
3 gue vt j.dicam.¶†Et no.ꝙ Speculator plura dicit notabilia in ista
a materia[a].Et primò ꝙ apud ipsum possessorem potest fieri sequestrum fructuum mandando ei ꝙ eos custodiat & saluos faciat.ff. de excè.do.l.pe.§.ex quadrante.Secundò qñ est quæstio de possessione,& vterq; vult colligere fructus.nam tunc debet poni tertius ad colligendum & custodiendum.ff.de vsufruc.æquissimum. tertiò quando appellans dissipat.Quartò quando nō possidet immobilia:& est suspectus & hoc casu si esset condemnatus posset poni in carcere:vt ait Specul.etiam die feriata in honorem Dei, vt singulariter not.C.de fer.l.fi.Quinto sequestratur interdicto vti possidetis vsus partium cum incertum est quis possideat.& no.xj.q.j. quia res.& dicit spe.ꝙ consuluit vero possessori ꝙ protestetur ius suum saluum fore tam in possessione quā in proprietate.ff.de acquiren.pos.inter esse.Sextò dicit Spe.ꝙ si sententia sit tractura sal uo statu causæ,qꝙ sequestrum redit ad statum suum secundū Vincen.Alii dicunt contrà.nam status sequestratus non est status. pro Vincentio facit.ff.vt le.no caueatur.l.postquā.§. imperator.& C. de bo.vac.l.si qñ.li.x.¶†Idem ait ꝙ iudex delegatus potest proui-
4 dere circa sequestrationem,& dilapidationem, & cautionem: qđ intellige post lit.contest.& non prius.tex. est vnicus. in iure. ff. de procu.l.si reus paratus.Idem ait,ꝙ si emptor & venditor non confidunt inuicem,fit sequestrum momentaneum hinc & inde. ff. de so.si soluturus.de natura tñ contractus est qđ prius precium numeratur,sicut emptor prius nominatur quam venditor.l.j.ff. de rerū permu.¶Ibi,actorem,id est abbatem & monachos.Ibi,per ipsum episcopum Veronensem.Ibi mitti,causa rei seruandæ.Ibi, decreuit,& bene.Ibi,eiecit,& malè fecit.Ibi,interpretatus. & bene,quia indefinita æquipollet vniuersali.not.C.si a non compe.iudi.l.si de proprietate.Ibi,cōtinentia.i.coniunctio. Nam ex vna infertur qs in altera,& datur forma procedendi. vt C.de rei ven l.ordinarii. &
5 ff. de li. cā.l.liberis.§.fi.¶†Ibi sequestrari pręcipit. hoc fecit papa Celestinus

ADDITIO.

a Et de ista materia plura etiam ponit.do Franc.cur.in tra.suo.de sequest.qui habetur informis.

Celestinus de plenitudine potestatis. Nã cũ vtraq; pars est pñs, & ius suũ defen dit in iudicio, non debet fieri sequestrũ: vt C. eo. l. j. nisi agẽs sit solitus percipere fructus. vt C. de agri. & cen. l. litibus. vel nisi habeat sententiam diffinitiuã ꝑ se etiam si de eius nullitate agatur, quia in dubio præsumitur sententia aliqua. tex. vnicus in iu re. l. vltima. C de or. cog. vel nisi appelletur ab executione: quia talis appellatio sententiam non suspendit, & qa ꝑ exequente rem iu ditatã ꝓsumitur, vt C. quorũ appellatio. non reci. l. ab executione. ¶ Item fallit propter fructuum ꝓdigalem effusionẽ, vel in ꝓprios vsus consumptionẽ, vel eorũ occultationẽ: qa non debet dari materia delinquendi. hæc eñi ex qualitate ꝑsonarũ considerãda sunt. vt not. in l. si fideiuss. §. fi. ff. qui satisd. cog. Item fallit in aliis casibus expressis in iur. ꝓ quibus sufficit remissio ad archidiaconum. xi. q. j. quia res. & adde Ioan. mo. & nouellã in c. locupletari. de reg. iur. li. vj. & aliqualiter p An. in l. j. C. eo. Descriptio tñ fructuum potest fieri vbicunq; iudici æquum videbitur, nec ꝓbationis perceptorũ fructuum copia subtrahatur actori. vt elegãter no. And. de barulo in l. facultas. C. de iure fis. lib. x. Quia interdum deuenitur ad sequestrum propter cõtumaciam. vt l. fi. ff. de req. reis & qñ interdicitur commerciũ, vt ff. de pollic. l. de pollicitationibus veniunt etiam

6 expensæ factæ post primam citationẽ. ¶ † Quæro, reus fuit in prima contumacia actor in secunda qd iuris? videt qd posterior mora noceat, vel qd fiat compensatio so. ma. viro atq; vxori. ff. de dolo. l. si duo. ff. ne qs eũ qui in ius vo. est vi exi. l. j. in fine. Dic qd prima mora nocet, donec sit purgata: quia quoties prima mora clau dit iurisdi. copiam. & ipsa nocet, & non secunda[a] tex. est not. ff. de

a dam. infec. l. qui bo. §. si quis. & no. per Bar. ff. de no. ope. nuncia. l. prætor. §. si aliqñ & tene menti istam doct. vnde quęstio est falsa quæ quærit de secunda mora: quia hic non est secũda mora nisi de facto. ¶ Item not. hic qd non ideo debet fieri sequestrum, qd vna pars prorumpat in arma. & sic not. qd propter metum armorum non debet recedi à iuris dispositione, & tramitte rationis nisi forte esset dubium de possessione, vel esset certum qd neuter posside ret, vt vtraq; pars pararet ad arma. vt no. Inno. s. de probat. in ꝓ

7 sentia. ¶ † Ibi, resignarent. No. qd hæc est natura sequestrationis, qd possessio resignetur victori qd est verũ siue sequestratio sit voluntaria, quæ fit extra iudicium est consensu partium vt ff. de dolo. l. si oleum. siue iudicialis quam ambæ partes faciũt in iudicio de iudicis consilio vel mandato, siue sit necessaria quę redditur in inuitum, vt hic. similia verba habes in iuramento. ff. de iureiuran. in rubrica. ¶ Item in confessione. nã voluntaria est quæ fit extra iudicium. Iudicialis quę in iudicio sponte, necessaria quæ ope tormentorum. ¶ Ibi, reuocato. not. qd papa reuocat factũ prædecessoris, qd processit inordinatè licet de plenitudine potestatis. ¶ Ibi, moderatas, non dicit quantas. & sic no. qd valet sententia super expẽ sis lata sine certa quantitate ſm Inno. & ratio est, quia natura istius sententiæ est qd requirat futuram taxationem: quia tempore diffinitiuæ non posset taxari de facili. arg. insti. de actio §. curare. & C. de fru. & litis expen. l. terminato. iudices tamen consueuerunt sibi taxationem reseruare, de quo per Bar. ff. de appel. l. ab executore. vbi videas. ¶ Ibi, præberi. quia licet prius obiuisset, non tamen cauerat, vel quia reducta erat causa ad statum antiquum &c. vt dixi in casus possessione. ¶ No. hic à quo tempore & vsq; ad qd tempus veniunt reficiendæ expensæ ab eo qui ratione cõtumacię pas

8 sus est missionem. ¶ † Ibi dum dicit, ex quo &c. subdit vsq; &c. sed quæ est ratio qd non potest fieri sequestratio regulariter. tamẽ prima ratio est ordo iur. vt C. eo. l. j. secunda est, quia lite pendente nihil est innouandum nisi quatenus edicti perpetui monet authoritas. ff. vt leg. no. ca. l. postquã. §. impen. vel ius dicẽtis decernit ęquitas vt s. de do. & contu. c. ij. vel contumacis requirit proteruitas. ff. qui ex cau. in possessio. ea. l. Fulcinius. § fi. vel nisi dilapidationis suspicitio incidat. arg. ff. ad trebel. l. imperator. & s. de dolo & contu. veritatis. & ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. vers. sin vero dotem ita dissipaturas. dico ergo qd nihil debet innouari regulariter, per qd statum liti contingat mutari, vel iur. ordinem præposterari. vt si de termino vltimo iurisdi. fiat primũ. ff. si quis ius di. non ob. l. j. § j. habent enim singula sufferentiã suã siue suas inducias & ordines deputatos, qui præteruolari non possunt. ff. de excusa. tuto. diximus. Nam qui certum deserit ordinem lætos & efficaces non habet exitus. ff. de re iudi. l. si cum nulla. & est quoddam ædificare sine fundamento. qd ipso instanti vertitur

9 iu ruinã. C. qui dare tuto. pos. l. in vniuersis. j. q j. cũ Paulus. ¶ † Porro nihil dicit illicitè innouari, qd ſm naturã iudicii adiicitur, vel detrahitur. vt C de tem. appella. l. per hanc. quãq; omne qd addit vel detrahitur nouã qualitatẽ inducere videat. ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. ff. de adul. accusaturus. ff. de noxa. l. in dilectis §. si detracta. tamen non omne nouũ dicitur innouatio in hac materia. sed id solum qd est iur. dispositioni contrariũ. C. in integ. resti. postulata ne quid noui fiat, in rubro & nigro. & l. j. ff. nil no. appel. pẽ. & ff. de his qui no. infa. furti. §. j. ff. de minor. l. intra vtile. C. de dila. siue pars. ¶ Et adde qd no. ff. manda. l. creditor. in prin. Adde dicit Inno. qd vitium litigiosi non impedit transactionem tamen impedit mutationem vt ipse no. s. tit. j. ecclesia. el. l. j. faciunt illæ duę. ll. no. ff. mã. l. fi. & ff. de rei ven. l. fi. nisi transactio esset facta in fraudem. ff. de transac. l. cum hi. §. si cum lis. ſm Inno. ¶ Tertia sequestratio similis est executioni? & ideo non debet fieri ex arrupto. ¶ Quarta ratio est, quia nihil debet fieri nisi qđ causa desiderat. ¶ Quinta est, quia prætor in edicto suo disposuit de missione in possessionẽ, vt reus tedio affectus veniat responsurus, non autem disposuit de sequestratione. ¶ Sexta, quia prætor tradidit aliam viam. & ideo illa via est sequenda quasi quædam forma tradit à iure. ¶ Septima est, quia ex sequestratione non posset veniri ad secundum decretum adiudicationis vel confirmandæ possessionis. ¶ Octaua, quia post annum sequestri actor nõ efficeretur verus possessor in reali quia non est in possessione missus. & hoc tenet Bern. in c. ij. de do. & cõ tumacia & Archi. in d. c. quia res. ¶ Prædicta tamen fallunt quãdo est quæstio de possessione & hinc inde vtraq; pars offerat se probaturam, vel probauit de possessione, & festinat ad arma, quæ potentioribus fauent & non iustioribus, maximè moderno tempore. vt not. glos. ordi. in d. ca. quia res. & vide qd legitur & not. s. de rescrip. olim. ¶ Quæro de isto archiepiscopo qui expulit abbatẽ, an puniatur. respon. sic de iniuria personali. vt C. de acti. emp. l. qui pendentem & ff. de acti. & obli. l. seruus non in omnibus. sed de iniuria reali non punitur, nec tenetur restituere possessionẽ si velit satisdare. vnde dicit Abbas hoc colligi per istum tex. nam hic papa non iubet possessionem resignari abbati, si non esset hoc iustũ,

10 iussisset. Idem Ioan an. ¶ Quæritur † hic vtrum rei sequestratæ ꝑdat possessor possessionem. distinguit tex. in l. interesse puto. ff. de acquiren. possess. quia mente in dubio videtur dicere qd non videtur animus possessionis perden. & ideo non interrumpitur vsucapio. sed solius custodiæ transferendæ & rei seruãdæ causa sine præ iudicio possessionis. sed Berñ sentit hic. quod possessio perdatur, & in sequestrum transferatur. & glo. Accur. ita exponit text. in d. l. interesse puto. vbi dicitur, qd in dubio præsumitur mens possessionis à se abdicandæ & in sequestrum deponendæ seu transferẽdæ, & si vsucapio interrumpitur & interim non facit fructus suos. & dicit Cy. qd hoc sine dubio verum est in sequestratione voluntaria: quia impubet sibi qui legem apertius non dixit. vt ff. de pact. l. veteribus. argu. contra. ff. de proba l. cum de indebito. nam in dubio non præsumitur quis velle ius suum iactare. ¶ Item quæ fiunt ad vnum finem scilicet eiusdem cautelæ, non trahuntur ad finem ad quem non tendunt. quia actus agentium &c. vt l. non omnis. ff. si cer. pe. ¶ Item possidere est magnum commodum præsertim

11 in re immobili. ¶ † Item in dubio nõ præsumitur quis iure suo renunciare: tamen vt dixi opinio antiquitus approbata est qđ per sequestrum voluntariũ possessio perdatur, nec recuperetur nisi per sententiam & est expressum supra de iudi. c. examinata. ¶ Si vero sequestratio sit necessaria, id est ope & de mandato iudicis facta, sunt duæ opiniones: vna qđ perdatur possessio sicut in sequestratione voluntaria. Nam factum iudicis legitimè factũ reputatur à partibus actum. vt l si ob causam. de euictionibus alia quòd nõ perdatur, quia per manum iudicis nunquam priuatur quis possessione nisi de iure debeat priuari i. de rigore iudiciorum. vt de acqui. pos sess. l. iij. §. genera. Item esset quædam spoliatio: sed lite pendẽte nõ debet quis priuari sua possessione. vt ff. de admi. tu l. chirographis. §. j. & not. in c. non solum. de appel. lib. vj. & C. de executione rei

12 iudicatæ. l. nimis propere. C. de pactis. l. si pacto quo pœnã. ¶ † Item in dubio non videtur plus quis velle sibi præiudicare, quam ius velit. ff. de vsur. l. si stipulatus. ff. de dam. infe. l. damni infecti quidam vers. & quod in stipulatione. vnde etiam si per formam statuti debet fieri sequestrum, intelligo qd fiat ad cautelam, non ad præiudicium quia sequestrum loco satisdationis succedit: & econtrà satisdatio loco sequestri. vt ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. fi. & ff. ad carboniã. l. de bonis. §. qui pupillo. nisi forte fiat propter delictũ possessoris, vt quia dilapidat sicut diximus alibi. qđ priuilegium meretur amittere, qui concẽssa sibi abutitur potestate. ¶ Itẽ ar. ad hoc. C. de sen. pas. l. fin. ff. ad treb. l. imperator. vel dic qđ non propterea perditur possessio. sed administratio eius & ideo interim est habẽdus pro possessore quo ad omnia commoda possessionis propter quam & quo ad possessionem corporalẽ que sibi interdicitur dicas secundum Innoc. quòd quantumcunq; fiat sequestratio causa custodiæ nũquam auferetur possessior possessori. ff. de acqui. pos. interesse. alias secus. ff. de po. l. licet. §. j. ¶ Itẽ dicas secundũ Innoc s. tit. j. c. a memoria. quod licitum est aliqua innouare & ante lit. contest. & post, dummodo non faciat in preiudicium iuris aduersarii. hęc opinio est verior secundum Iacob. de are. & Pe. Nam similis est sequestratio missioni ex primo decreto, per quam nõ perditur possessio, nec possessionis effectus, nec vsucapio interrumpitur. Et ista opinio est vera & æqua. quam etiam tenet Barto. in d. l. interesse

ADDITIO.

a ¶ Ad quod vide Bal. consi. cxcviij. iij. lib.

intereſſe puto.niſi ſequeſtrum iudicis transſeat in partium conuẽtionem nam tunc idẽ quod in voluntaria.argu. optimum C. cõia vtriuſq; iudi.l.ij.& ff.de re iu l.ſi conuenerit.& facit.ff.vt le no.cau.l.poſtq̃.§.impera.Dicit Archi.ꝙ ſequeſtratio alia cõuentionalis,alia iudicialis. prima eſt bene placiti & conuentionis. ſecunda eſt iur.& neceſſariæ iuriſdictionis.¶Idem ait,ꝙ ex poſſeſſione ſequeſtrata non iuuat ſe vnus contra alterum, ſed ꝯtra tertium, vbi poſſeſſio eſt ſequeſtrata voluntariè.ſed vbi iudicis imperio inuito poſſeſſore,tunc iuuat ſe contra omnes quia nõ perditur poſſeſſio, iſta eſt intẽtio ſua.¶Item iſta ſequeſtratio poteſt fieri in fructibus beneficiorum in princip. adeptionis ante poſſeſſionem confirmata per pacificum obtentum eius archidiaco.¶Idem ait qđ ius canoniæ vel præbendo non creatur ex poſſeſſione ſed ex canonica inſtitutione.¶Idem ait ꝙ ſequeſter debet implere onera imminentia rei.C.de bo.authoritate iud.poſ.l.fi.in fi.¶Idẽ ait,ꝙ ſequeſtratio qñq; fit vt contumax reſpondeat iuri.¶Idem ait,ꝙ qñ poſſeſſor appellat,& non dilapidat,non debet fieri ſequeſtrum: quia nil debet innouari contra poſſeſſorem niſi eſſet caſus in quo deberet fieri ſequeſtrum in prima cã.Archi.in d.c.quia res & l. poſt-
13 quam.§.imperator.ff.vt leg.no.ca.per Bar.¶†Quæro,ecce poſſeſſor releuatur ab onere probandi,niſi velit ꝯſequi aliud,ſeu pluſ quam ſimplicem abſolutionem,& ad illud probandum ſe aſtringit.vt inſti..de interdi.§.commodum.& ff.de proba.l. ab ea. Nunquid iſtam prærogatiuam perdat per ſequeſtrum.rñ. non, vt elegan.not.Cyn.in l.j.C.eo.licet prærogatiuã vſucapionis perdat vna cũ poſſeſſione,tñ non perdit prerogatiuã iudicij. & fortenec perdit prærogatiuam vſucapionis continuandæ quæ aliquando continuatur habita etiam ſine actu corporali.vt dicit.l.illa no.ff.de fundo dota.l.ſi fundum.¶Ibi,moderatas expenſas.no.dari ſententiã generalem ſuper expenſis incertis & valet non ſolum in expenſis præteritis.ſed etiam in futuris.facit.ſ̃.de dolo & contu.cum dilecti.& de procu.auditis.& qđ no.in Spec.de excep.§.viſo.ver.quid ſi reus.imo hodie cõiter non præcedit taxationem, ne protelетur pronunciatio,ſed fit condemnatio taxatione reſeruata. & de hoc
14 in Spec.de expen.§.poſtremo.in prin.ver.item ſunt. ¶†Sed quæ-
a ro hic an iudex poſſit ſibi reſeruare[a] condemnationem expenſarũ quæ veniũt officio eius,ſicut reſeruat taxationem? Guli.in Spe.de excep.§.viſo.videtur ſentire ꝙ ſic eadem ratione:qa reſeruat taxationem.ad hoc facit.ff.de ſol.l.modeſtinus.ſi eñ probatur aliquid ſeſſacturũ,tunc vidtur feciſſe cum proteſtatione.arg.j̃.de app.c.vt ti.ff.de hære.inſti.l.aſſe toto & videt hoc expreſſum.ff.fami.her.l. item labeo.§.qui.ij.ſed dic contra per.l.Paulus.ff de re iudi.& j̃.de appel.cum appellationibus.lib.vj.& per.l.terminato.C. de fru. & lit.expen.Opinio tñ Guili.poſſet habere locum in interlocutoriis, in quibus vſq; ad finem poteſt fieri condemnationis reſeruatio. de quo plenè per do.Io.j̃.de appel.ſuper.ver,expenſarum.Nõ ob. qđ proteſtatio dicitur cum ille non ſit actus qui pendeat ex voluntate iudicis:qa finito principali nõ durat circa hoc illud officium. Bald.

ADDITIO.

a Vide alex.conſ.xxxiij.vo.ij.colum.viij. & vide Ia.§.cura.colum.xij. inſti. de actio.

CAP. II.

1 *Fratres aliquid fuerunt miſſi in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandę, qui fructus medio tempore perceptos enormiter dilapidauerunt an fructus veniant ſequeſtrandi.*
2 *Miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodię ſi agatur reali actione intra annum, non facit fructus ſuos.*

Dilectus. Si miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ fruct⁹ diſſipat, diſſipati, reuoncant & cũ aliis ſequeſtrantur.Primò ponit querelam rei paſſi miſſionem. ſecundò dat ſibi iudicet. ibi, quo circa.
1 ¶†Caſus.Quidam fratres fuerunt miſſi in poſſeſſionem cã rei ſeruandæ qui fructus medio tpe perceptos enormiter dilapidauerunt.Quæritur quid iu.rñ.qđ ſi eſt ita,ſequeſtrentur fructus. & ſi qđ fratres diſtraxerunt,cogantur reſarcire.dicit Inno.qđ vbi non agitur de ꝓprietate.i.dñio eccleſiæ ſed de præbẽda miſſus in poſ. non facit poſt annum fructus ſuos.Nã ſi nõ eſt verus præbendarius nunq̃ lucrat fructus:ſi aũt eſt verus præbendarius etiã ante annũ vi. veritatis nõ ex vi cõtumaciæ lucrat fructus. Inno. ¶No.qđ ꝓpter abuſionẽ fructuũ nõ ideo reuocat primũ decretũ.¶Itẽ no. qđ hic innuit qđ miſſus interim debeat & poſſit ꝑcipere fructus. ¶Itẽ no. hic caſum in quo ad petitionẽ rei fit ſequeſtrũ. ¶Itẽ no. reuocari in irritũ ſtatim ex officio iudicis interim hoc quod per-
2 perã geſtũ eſt non execrata ſnĩa diffinitiua.¶†Ibi, reuocetis, & ſimiliter ſequeſtretis.In iſto.c.habes duas gl.prima determinat qđ ille qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa cuſtodiæ ſi agat reali actione intra annũ nõ facit fructus ſuos,ſed cuſtodire debet eos. Itẽ eos vendere nõ põt.Nã ſi reus venit intra annũ,ſupplet,& cauet, legitime & reſtituuntur ei fructus ſupple vna cum ipſa poſſeſſione,ſed deductis expenſis:vt C.de fru.& lit.expen.l.j.& ff.de vſufru.le.l. fundi trebatiani.ff.de pe.hære.l.planè.& l.ſi.ff.fami.hær.l. fundus qui. Si aũt reus intra annum nõ veniat lucratur miſſus oẽs fructus, nec debet eos reſtituere ſm Ber.& ſi eſſent interim ſequeſtrati,vel vẽditi.qđ eſt bene no.¶Secunda vero gloſ.huius.c.diuidit in regulã & exceptiones.Regula eſt,ꝙ ſequeſtratio eſt prohibita. excipiunt
a multi no.caſus quo ponit hic gl. [a] ordi. ad quam recurre: qa nõ habes meliorem glo.in iur.vitio tñ ſcriptoris eſt corrupta in eo qđ alle.l.vlti.C.de agri.& cenſi.lib.xj.quia imo eſt illa.l. notabilis, litibus.eo.ti.Sunt & alii caſus ſpeciales qui hic enumerant per doctores quorum oĩm rationem complexiue poſui in c.j.ſ̃. eo.Bal.

ADDITIO.

a Et multoe alios caſus vide not.per.d.Io.Pe.de fer.in ſua ꝑac.in forma libelli ſequi videtur ſeu ſaximenti per totum.

CAP. III.

1 *Dilapidare an dicatur ille qui pro ſuis neceſſitatibus fructus conſumit.*
2 *Sententia vna quid iuris ſi eſt executio alterius ſententię:vel vna ſententia eſt executio inſtrumenti guarentigie qđ ex forma ſtatuti habet vim rei iudi.*

Ab eo. Si appellans diſſipat fructus ſequeſtrantur. Caſus pſtãte.& intellige qđ aut appellat à diffinitiua ita qđ appellatio reſcindit ꝓnunciatum: vt in l. fi.ff.ad turpil. Itẽ ſuſpendit organa pronuntiantis: vt ff. de pac.l.tale pactum §. qui prouocauit. & tunc fructus ſequeſtrãtur ſi poſſeſſor eſt ſuſpectus & nõ aliter:vt ff. de appel. Imperatores in fi.ſufficit tñ modica ſuſpicio.& in hoc differt à cã principali,vt no. Archi.in c.qa res.xj.q j.aut appellaturu ab executore,& ſequeſtrantur fructus vel res mobiles ſiue poſſeſſor ſit ſuſpectus ſiue non,vt C.quorum appel.non reci.l.ab executione ſm Archi. & alios dicit Inn.ꝙ fructus dicuntur diſſipari ſi quis eos in ſuos vſus conuertat.Si aũt diſtrahat diſtinguitur aut poterant ſeruando cuſtodiri & idem:aut non,& tunc licitum eſt vendere:quia vitium litigioſi non includit cãm neceſſitatis. ff. de peti. hære. diuus. pro
1 LIcet causam. † In interdicto vti possidetis obtinet ille qui iusto titulo possidet. Communis diuisio. In prima parte decisa facti narratio. In secunda ibi, porro. fauẽtinorũ vna obiectio. In tertia ibi, super quo. Papæ interlocutio sup ea. In quarta ibi, post hæc. scđa obiectio & eius ad probandũ admissio. In quinta ibi, quanq̃. totius ꝓcessus examinatio. In sexta ibi, nos cognoscentes. Papæ diffinitio & c. ¶ Casus. Inter ecclesiam Rauennatẽ ex vna parte, & cõmune Fauẽtiæ ex altera, q̃stio vertebat̃ sup iurisdictiõe, honore & districtu ĩ villa sancti Petri, & castro arioli q̃ dicta ecclesia dicebat possidere, & de iure ad se spectare. & econtra cõe Fauentiæ dicebat se possidere. & hincinde sup possessorio fuerũt oblati libelli. lite itaq; corã Papa ꝯtestata, & iurato de calumnia hinc & inde: qa vtriq; parti erat nimis onerosum facere venire testes coram præsentia Papæ Mandauit Papa episcopo Placentino. vt ĩ. tres mẽses reciperet testes, quos vtraq; pars tã super principali negocio q̃ in personas testiũ duceret producẽdos, statuẽdo partibus terminũ in quo cũ attestationibus receptis apud sedẽ apostolicã se p̃sentẽt. Ita continet̃ in decisa. Recepti fuerũt itaque testes probatorij hinc & inde. sed ad reprobationẽ personarũ testiũ nihil fuit in dicto termino allegatũ. Et remissæ fuerunt istæ attestationes ad Papã, & publicatꝰ processus. vidẽtes aũt Fauẽtini qđ nõnulli testes erãt ꝓducti cõtra se, petierũt terminũ ad reprobãdũ personas testiũ: quẽ terminum Papa interloquẽdo denegauit propter lapsum terminum. demum Fauẽtini obiecerũt qđ testes corrupti falsa dixerũt: Papa licet crederet in sua cõsciẽtia qđ Fauentini hoc dicerẽt malitiosè, tamẽ hmõi exceptiones admisit ad probandũ, volens deuiare a tramite iudiciorum. cum ista exceptio sit talis naturæ qđ quandocunq; etiã post sententiam possit opponi. fuerũt itaq; testes fauentinorum recepti in numero: eo ipso tamẽ quia quidã eorũ erant singulares, quidam eorum erant sibijpsis contrarij, quidam malæ famæ, & leuis opinionis, quibus nulla uel modica fides est adhibenda. horum testimonia pro nullis habuit: sed quia erant circa sex testes qui videbantur esse contestes bonæ famæ, & non leuis opinionis. Papa considerauit qđ alia via isti non patrocinãtur fauentinis. primo qa non probant ea ad quę probanda Fauentini se astrinxerũt. Nam Fauentini obiecerũt ꝙ corrupti falsum dixerũt: & hoc videbant̃ probasse alterũ. i. corruptionem, non tamen probauerunt principium. i. falsitatem. & ideo non probauerunt ea ad quę sunt inducti probanda, & debuerunt induci ¶ Alia ratio est propter prærogatiuam probationis ecclesię: qa ei lux veritatis assistit cum cõsonẽt priuilegijs, & sint iustificati per titulũ. Nam titulus habet in se prærogatiuã iustificationis: sed certè & ꝓpter aliud, qa ecclesia ꝓbauit de continua possessione. lx. annorũ. Fauẽtini aũt de. l. & in cęteris articulis, vnde possessio ecclesię nõ hẽt obijcere possessiones ecõtrario: sed possessio fauentinorum sic, qa est necesse dicere ꝙ aut fauẽtini possederunt per vim, aut clam ab aduersario suo. i. ab ecclesia. Nam recẽtior possessio sinę amotione prioris p̃sumitur clandestina. sed cũ amotione

amonitione presumeretur violēta hoc tamen non est in litera, vnde Papa propter prerogatiuam probationis, & alias rationes superius assignatas. & quia plures non possunt insolidum possidere vel quasi insimul eandem rem, & eodem modo. & sic attestationes ecclesię & Fauentinorum sunt īcompatibiles & aduersatiue. vnde necesse est quòd vna pars vincat, & alia succumbat. & enim pars vincere debet quę plures pro se habet rationes, & magis efficaces: dicit quod non debet pronunciari hoc modo vti possidetis. i. vti ecclesia possedit tales introitus ita possideat. & econtrario vti Fauentini possederūt ita possideant. sed debet pręcisè in omnibus pro ecclesia iudicari, cum sit in interdicto, superior condemnauit igitur commune Fauentię ecclesię Rauennat. tanquam iustè possidenti ad non molestandum ipsam ecclesiam in possessione & quasi iurisdictione, honore, ac districtu ipsis Fauentinis quo ad iudicium
2 possessorium perpetuum silentium imponendo. ¶ † Dicit Innoc. no. in emergenti ferri sentētiā. Idem ait quod ille cui cōmissū est qd recipiat testes super principali, non recipiet testes super reprobatione: quia non est sibi cōmissum: sed protestationē super reprobatione recipere debet, qa hoc pcedit ex ordine. ¶ Idē ait qd causa falsi mota in primo iudicio non potest postea moueri. ¶ Idem ait quod post dicta testificata nō potest probari falsitas testiū directè nisi
3 cōmisceatur corruptio à munere doloso odio, vel amore. ¶ † Idē ait sentētiam latam ex corruptis testibus retractari per in integrū restitutionē nō per criminalē accusationē, vel per actionē in factū intētatam ad interesse: qa tendit ad aliud remediū qd non est necessarium. ¶ Idē ait, qd si testes eiusdē partis sibijnuicē contradicunt, statur testibus, sanioribus & magis idoneis: secus si testis contradicat sibijpsi. ¶ Idem ait quòd receptor testium debet iudici rescribere cuius authoritatis & famę sint, & de alijs circūstātijs & de animo suo quę cōmittuntur arbitrio suo. ¶ Idem ait qd compatibilia dicta sunt reducenda ad concordiam. ¶ Idem ait quòd iurisdictio est ius dicere. honor est vocari dominiū, & occurrere ei, & eius nuntijs: & obedire mandatis etiā extra iudicium districtus est cogere siue distringere. ¶ Idem ait quod subtrahere quędam à genere non est probare, sed modificare genus. ¶ Item ait quòd qui sciētiam allegat, eam probare debet, nisi forte violentę pręsumptiones essent de scientia. ¶ Idem ait quòd qui vi, vel clam turbat etiā si non possidet, tenetur interdicto vti possi. quod expulso non datur, imo nisi fuerit expulsus lite pendente. Idem ait quod non potest turbari nisi possideat: vide quod not. in l. j. C. vbi de crimi. agi
4 oportet ¶ † Idem ait, quod temerarius turbator tenetur actione iniuriarum & criminaliter potest accusari. ff. de actio. & obli. seruus non. per illam glo. singularem que est in l. vltima. ff. de priua. delic. ¶ Idem ait quod proponens interdictum debet exprimere modos turbationis. ¶ Idem ait quod in re propria non tenetur quis probare titulum possessionis: secus in eo qui possidet iura in re aliena: quia est præsumptio contra eum. ff. de no. opę. nunt. si prius. Idem ait quòd iudex in sententia debet exprimere & distinguere genera possessionum & res, & prohibere ne vis fiat ei. Si autem probationes seinuicem confundant, dicunt quidā q debet eos pronunciare possidere pro indiuiso qd non placet Innoc. qa hoc nūq fuit petitū. vnde à diffinitiua est abstinendū vt tedio affectus componat, & prohibeat vim fieri. & pronunciabit eos possidere pro cōfuso. ¶ In text. ibi, iurisdictione. sub hac dictione cōtinētur duę iurisdictiones; scilicet contētiosa & volūtaria. vt ff. de offi. procō. l. ij. ¶ Itē contentiosa cōtinetur in triplici sua spē. s. mero imperio, qd versat circa puniendos excessus. in isto qd cōsistit in decretis interponēdis, & simplici iurisdictione, quę cōsistit in iurisdictione pecuniaria, & iustitia exhibēda per modū ciuilis actionis. vt ff. de iuris. om. iudi. l. Imperium. ¶ Item continetur in triplici quantitate s. minori, & dicitur bassa iurisdictio. vt vsq; ad centū aureos. Media vsq; ad trecētum; maiori ab inde sursum quantū vis ascendēdo etiā ad mille millia. vt no. ff. ad muni. l. inter cōuenientes, vbi glo. singularis. licet in l. Imperium. dicat glo. qd a. ccc. aureis suprà, qa ad neminem pertinet iure magistratus: sed iure prę sidatus omnes causę pecuniarię sūt mixti imperij iure authenticorū, vt in aut. de defen.
5 ciui. §. & iudicarè. ¶ † Porro istud vocabulū iurisdictio, est terminus cōmunis cōplexiuus suarū specierū, & indiuiduorū, vt hic, ac si p singula dinumerent. arg. in c. j. de noua for. fideli. col. x. C. de pręscrip. xxx. annorū. l. omnes. ff. de verbo. obli. l. quicquid astringendę. ff. de ser. vr. prædio. l. si seruitus. Nam indefinita absolutè posita ęquipollet vniuersali. id autē qd quādoq; distringit indefinitā est ex ratione differētię. vt ff. de acqui. poss. l. si is qui animo. ¶ Itē qd iurisdictio est quid īcorporale territorio cohęrēs. vt C. vbi & apud quos. in l. fi. que vēdicari potest, & etiā possessorio agi p ipsa, vt hic. & ff. ad munici. l. de iure. Est autē territoriū habitus & circūscriptio iu-
6 risdictionis. ¶ † Ibi, honore, hoc non reperitur alibi, qd per honorē cōpetat iudicium possessoriū. bene tamē reperit qd cōpetit officiū iudicis, vt elegāter no. in l. si duo patroni in prin. ff. de iureiurā. ecce honor debet virtuti. tamē hoc nō consistit in iure; sed in moribus. & ideo non competit aliqua actio petitoria vel possessoria.

¶ Itē consistit in honorantijs quę habent in se aliquā vtilitatē vel exhibitionem operarū, vel sapiunt obediētiā. ff. de condi. inde. si nō sortem. §. libertus. ff. de obse. l. honori. ff. de lega. j. ciuitatibus. ff. de condi. & demon. l. falsa. §. j. qui. mo. feu. amit. §. j. col. x. & talis honorantia bene potest uendicari & agi possessorio. verbi, gratia, vt subditi vadant obuiam episcopo processionaliter, vel cū palmis oliuarum & ipsum recipiant honorificè in xenijs, & similibus secundum consuetudinem illius ecclesię super istis honorantijs. ¶ Interdum componit archiepiscopus quod sibi pręstetur certa quantitas annua, ne subditi à suis negocijs auocētur. d. §. libertus. ¶ Ibi, districtum. not. quod dicitur districtus, quia distringitur siue arcetur originarius & incola. & est vocabulum pręcisum. vt not. inst. de actio. §. rursus, & in l. j. C. vbi de pos. agi oportet. Districtus est etiam in mari: sed territorium non est nisi terra vt verbum sonat, ut in ca. vbi periculum, de elec. li. vj. ¶ Item ambitus territorij comprehendit quędam localia quę non sunt de districtu, ut monasteria & ecclesias. ¶ Item diœcesis clericorum, districtus vtrorumq;. vt supra de rescr c. Rodulphus. in his vocabulis stādū est cōsuetudini vulgi.
7 ¶ † Itē no. qd ecclesiæ possunt habere castra & villas & iurisdictiones etiā in pprietate. & maximè ex priuilegijs & donationib[9] prin-
a cipiū, tex. est hic cū si. vt patet ī dōatione Cōnstātini.[a] nō tamē posset imperator donare clauęs imperij sicut ille qui tenet claues portarum tenetur eas resignare successori: aliàs potest dici proditor. vt not. C. de acquir. poss. l. fi. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. pater pluribus. ¶ Item nō potest viscera imperij euiscerare; qa esset homicida suę dignitatis. vt ff. de vsuca. pro emp. l. cum fundum. §. si tutor. ¶ Item nec vnā baroniā concedere quę posset subuertere maiestatē īperij, qa esset periur[9]. Idē in papa & multo forti[9] in regibus vt j. de iureiur. c intellecto. & plenè dixi ī proœmio digestorū. ¶ Ibi, & j. hic cōtinuatur illa decretalis. s. de iura. caiū. cum causam, & postmodū sequitur iste tex. ¶ Ibi, quędā obijcere. nō specificabat quid intenderet obijcere: qa hoc specificādū venit tēpore articulorū. vt in c. prę-
8 sentiū, de testi. lib. vj. ¶ † Ibi, nullatenus, no. post terminū peremptoriū que nullatenus audiri nec in proponēdo, nec opponēdo: nec in probando per testes: sed an per instrumenta. no. in c. sępe. de verbo. signi. ī cle. & dico qd cōtumax nō admittit siue sit peremptoriū expressum, siue non: qa terminus assignatus in medio causę semp est peremptorius. peremptoriū autē dicitur, qa perimit disceptationē. vt patet de vi sermonis. vt ff. de iu. d. l. ad perēptoriū, de hoc per Cy. C. qui accu. non poss. l. si ea. ¶ Ibi non curauit, dolo, vel lata culpa, vel nimia negligentia. ¶ Ibi, crederent; no. ex prę sumptione quę fit contra partē non propterea recedēdum esse à iuris tramite. ¶ Ibi, ad impediendū. i. ad differēdum. C. de fal. l. satis apertè. quā legem
9 pondera. ¶ † Ibi, recipere & examinare: no. quod hoc casu nō sufficeret recipere iuramēta. & ideo si deponerēt post terminū nō valeret depositio. aliàs si non esset illud verbū, examinare dictum testis traheretur ad diem iuramēti. vt not. in c. j. de offi. deleg. in cle. qa licet iuramentum habeat in se hāc conditionem implicitam, & inhęrentem sibi de necessitate: quia iuramentum nihil continet certum: & ideo nihil per se probat. vt supra c. in prę sentia. si deponatur, tamen ista conditio non est potestatiua: sed necessaria; quia testis habet de necessitate deponere ex quo iurauit: & ideo fingitur retro. vt l. potior. ff. qui po. in pig. ha. ¶ Item quia examinare pertinet ad iudicem. vnde si iudex non examinat non debet imputari parti. vt C. de testi. l. si quando & ibi dixi. ¶ Item si esset iudex delegatus, & esset functus iurisdictione, non teneret examinatio. ¶ Idē in arbitro & arbitratore. l. cum non eo die. C. quando prouo. non est nec. & ar. ff. ad l. fal l. si post missionem. ¶ Ibi, circunstantijs, not. circunstantias esse subtiliter inquirendas. item quandoq; inquiritur de die, vt singulariter not. ff. ad sil. l. prius. ¶ Ibi, ex tunc not successiuas dilationes simul assignari: nec debet propterea aliquid fieri dilatione pendente: quia vno contextu fit. ¶ Ibi, produxerit, co-
10 ram primis iudicibus, non corā secundis. ¶ † Ibi, cum alijs. no hic plura quę testibus obijciuntur. primò, qa sibijpsis cōtradicunt, isti puniuntur pęna falsi. vt ff. de testib l. q falsa. vel varia. secūdò quod sint in dictis suis singulares. Cōsidera quòd singularitas debet intelligi pęnes id quod est probandū, non penes sensum propriū. Natura enim nō patitur vt sensus meus sit sensus tuus. sed bene patitur quod vnū & idem obiectū cōmune sit visui meo, & visui tuo & sic de alijs sensibus. ¶ Attenditur igitur consonantia in senatu: & idē sentiant. sed non eodē modo. idē dico. i. in eundē finem cōsonādo. vt j. de verbo. signi. c. nihil obstat. & C. de pęnis. l. qui sentētiam.
11 vbi est text. aureus. ¶ † Et no. q singularitas quandoq; est cū contrarietate. vt ff. quemadmodū test. aperiā l. j. in fi. vt quando vnus testis contradicit multis: quādoq; est cum actuū diuersitate: vt qa vnus dicit de vno contractu, alius de alio. j. de fide instru. c. cum Ioannes, quandoq; est singularitas: & tamē dictū vnius coadiuuat dictum

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino late per d. Franc. de Are. in rubri. ff. de verbo. oblig. Bald. super. ij. Decretal.

ctum alterius, sicut si vnus testis probet confessionem, & alter ve-
ram numerationem, sicut scriptura priuata confessionis admini-
culum vnius testis veram numerationem probantis. & hoc tertio
casu vnus testis ideo facit vacillare fidem alterius, imo adminicu-
latur: quia vtrunq; posset esse verum & verisimile. Sed vbi propter
singularitatem vacillat depositio, ibi singularitas omnino vitiat.
Adde & est not. dignum quòd in probatione actus generalis, puta
iurisdictionis testes singulares nihil probant: text. est hic expressus
melius quam reperiatur alibi, & not ff. de testi. l. ob carmen. §. fi. ter
tiò obijcitur testibus quòd sunt malæ famę. pondera literam, non
dicit infames: quia infamia est defectus imminens: quinimmo quã
tum ad fidem testimonij quę est publici iuris, eradicans statum ho
minis. vt l. cognitionum. ff de vari. & extraordi co. sed dicit malę fa
mę. & subdit verbum modica, aut nulla fides. vnde hic expressè de
terminatur quęstio quę formatur. ff. de sena l. cassius. & C. de sum-
ma tri. l. j. verum quod mala de teste facit sibi non credi, vel minus
credi; scilicet iudicis arbitrio. & non reperiritur melior text. alibi
quam hic. ¶ Ibi, vel modica. ista alternatiua vel, significat iudicis
arbitrio relinquendum. Quartò obijcitur testi quod est leuis homo
i. quodammodo bestialis, & etiam hoc est bene not. Quintò obijci
tur testibus quòd bene probant id ad quod probandum sunt indu-
cti. ff. de peti. hęre l. si quis libertatem. §. fin. sextò quòd non pro-
bant ea ad quæ probanda producens se astrinxit, scilicet de eo qđ
connexè proposuit, vel copulatiuè, vel qa vnum est substantiuū a-
liud adiectiuum vnicam orationem determinās adiectiuum signi-
12 ficatur. ¶ † Ibi, cum duo &c. collige hic apertè quod duo ĩsolidū
a de eadem re inuestiri nō possunt.[a] Ibi, & eodem modo. No. verbū;
nam duo possunt insolidum possidere diuerso modo, puta vn⁹ ci-
uiliter alter naturaliter. sed eodem modo; id est ambo ciuiliter, vel
ambo naturaliter non. vt hic glos. & l. si duo in princip. ff. vti possi.
¶ Ibi, titulum. Not. hic expressum quòd in interdicto vti poss. ad-
mittunt articuli de titulo & proprietate, & quasi. vnde hic determi
natur quęstio quę formatur per gl. C. qui legi. perso. l. momētaneę
& non reperitur melior tex. isto. ¶ Ibi, corrupti, substantiuum. ibi
falsa. ff. de re iudi. diuus. ibi aptiora. j. tit. j. c. prętererea. & ff. de test. l.
ob carmē. §. fi. ¶ Ibi, proximiora. illa sunt vero proximiora quę con
sonant iuri communi. Dicit Innocē. j. de pręscrip. auditis, ergo di-
13 co vel priuilegijs. text. est singu. hic. ¶ † Ibi, relaxamus & citra. ista
copula, & notat tempus cōtinuum. item conditio per. vt ff. de verb.
signi. vrbana. vbi ergo copula ponitur inter principium & finē, ha
bet includere mediū tēpus, quod est no. dignū ſm Host. Ibi, incepe
runt, & sic arguas ꝙ homines mei sine meo consensu nō possūt se
facere cēsuales alterius, de quo vide s̄. de foro compe. verū, secūdū
Hostien. quod tene menti. ¶ Ibi, ex priuilegijs. not. quod priuile-
gium dat titulum, nec oportet quod ille qui concedit priuilegiū fa
ciat aliā inuestiturā corporalē quę non cadit in iuribus incorpora-
libus. tex. est hic singularis. ¶ In tex. ibi, occupasse. no. ꝙ ex quo cō-
stat qđ aliquis possedit prior, ille qui postea dicit se possedisse, pręsu
mitur ĩcepisse possidere cum vitio. Itē ex eo quod dicit sine titulo.
collige ar. qa ēt inter duos ꝑdones vincit ĩ vti possi. ille qui hēt titu
lū, & pōt esse vterq; prędo: qa vterq; simul inuasit possessione. ff. de
acqui. poss. l. si ex stipulatione. ff. si seruitus vēdice. l. si à te. hic tamē
ecclesia nō erat prędo. qa priuilegiū principis recta via trāsfert do
miniū in ecclesiā sicut dōatio. vt C. de sac. san. ec. l. si s̄. de ꝯsue. c. ex
parte. ¶ Ibi, petierit. not. formā libelli in interdicto vti pos. ¶ Ibi,
sup iurisd. & ibi generaliter. no. generalē, imo verius sñiam vniuer
salē. ¶ Ibi, quoad possessionē. nota valde qđ ꝓbatio tituli vel pro-
prietatis facta in possessorio non valet nisi in possessorio & nō ĩ pe
titorio ꝙ non erat in iudiciū deductum. ¶ Ibi, silentio. ff. de li. le. l.
aurelius. §. centū. ¶ Ibi, neq; per te, neq; per alios. not. hoc non fue-
rat specificatum in libello tñ specificatur in sententia. & est bñ no.
14 ¶ † Ibi, habitatores, no ille qui non pōt turbare dñm in pos. castri,
non pōt turbare nec censuare habitatores ipsius loci. vñ libell⁹ do
mini ꝯcludit pro domino pro vniuersitate castri: & pro singulis ha
bitātibus. quod perpetuò tene menti. Venio ad apparatū & primo
glo. colligit notabile qđ iudex ex officio suo potest assignare parti
bus terminū ad probandū: ergo si appareat de termini assignatio-
ŋ :l3 non appareat ad cuius instātiam fuerit terminus assignatus,
valet termini assignatio qđ est no. dignū. Et multi forte crederent
contrariū per l. ff. de iudic. ad peremptoriū. & ff. de dam. infec. l. iiij.
15 §. hoc iudicium. ¶ † Opp. & videtur quod iudex non possit statue-
re terminum ad probandum; quia statutus est à iure vsq; ad senten
tiam. vt ff. de rei vendi. officium. C. de excep. l. si quidem. C. de iur.
& facit igno l. error. de causa poss. pastoralis. ¶ Item ex quo pendet
dilatio legis, iudicis officium cōquiescit. vt C. de dil. l. siue pars. Sol,
dic quod quędam sunt dilationes certę quo ad principium & fi-
nem, & tunc nihil est innouandum interim contra dilationem: &
quędam sunt certæ quo ad principium non: sed quo ad finem: vt
est in casu nostro: quia quando fertur sententia est incertū. & tūc iu
dex potest prouidere de termino certo quo ad principiū, & quo ad
finem puta de termino triū mēsium, vel de alio certo. C. de dila. l. j.

& hoc ne lites inuito iudice protelentur. vt C. de iudi. l. ꝓperādum.
16 in prin. ¶ † Iudex enī dēt abbreuiare quātū de iure pōt materiam
dilationū. vt C. de temp. ap. l. ij. in princ. nimirū igitur quandoq; iu-
dex assignat terminū ad ꝓbādū. vt hic. & ff. de fer. l. oratione. & l. fi.
quandoq; ad agendum de statu. vt C. de inge. ma. l. diffamari. qñq;
ad accusandum. vt C. qui accu. non pos. l. si ea. & ff. de accu. l. cū titia.
qñq; qa reo imminet necessitas proficiscēdi, & aduersarius est ĩ do
lo differendi petitionem suam. vt sin. not. in l. vnica. C. vt nemo in-
uitus agere vel accusare cogatur. aliquando interdū assignatur di-
latio causa infinitatis vitandæ. vt ff. de dam. infec. l. si finita. in princ.
interdum causa iurisdictionis exercendę. vt l. de die. in princ. ff. qui
satisda. cog. Item ex varijs figuris causarum & propter casus emer
gentes. vt l. ij ff. de re iu. Item ad proponendum & probandum po-
test simul assignari dilatio. casus est no. in isto. c. ¶ Sed nunquid in
ista dilatione includitur quod? ille qui per errorem confessus est
positionem aduersarij sui debeat eam reuocare & probare rem
aliter se habere? videtur quod non: quia cum ignoret se errasse
non habet facultatem reuocandi. vt infra de exce. pastoralis. C. de
tab. l. generali. C. de decre. ab ordi. faci. l. fi. ff. quando ap. sit l. j. §. bi-
duum. ff. de calum. annus ff. de admi. tuto. quidam decedens. §. ex
quo innotuit. ff. de excu. tu. l. quinquaginta. ¶ In contrarium vide-
tur quod tempus dilationum continuum numeratur. vt C. de dila.
l. siue pars. sed tempus continuum cedit ignoranti. vt ff. de infa. l.
genero. C de præscrip. lon. temp. l. Solu. ille cui est assignatus termi
nus, dēt esse curiosus, & inuestigare quid sibi expediat: alias sibi im-
putet. vt C. de transac. l. sub prętextu. post aliquādo subuenitur ta-
men propter iustā ignorantiam ope restitutionis prætoris viui, il-
le qui quando petit restitutionē tractat de dāno vitando & eius ad
uersarius tractat de lucro captando vel pęna extorquenda. ff. de
ver ob. l. ad diem. ¶ † Scias ꝙ dānum reparabile contrario iudi-
17 cis imperio potest remoueri absq; restitutione in integrum. se-
cus si non sit reparabile, nisi per restitutionem in integrum, verbi
gratia, interposito secundo decreto. vt ff. de damno infec. l. si finita.
§. si forte: vel alia diffinitiua a qua de iure communi non possit ap-
pellari. vt ff de in inte. restitu. l. diuus Ex hoc pono talem conclu-
sionem, quòd licet ex mero possessorio non appelletur, tamen pro
pter nimiam temeritatem iudicis, vel iustissimam ignorantiam
partis, vel quia fuit circunuenta dolo aduersarij potest peti ĩ integ.
resti. ff. ad tre. l. seruo inuito. § cum prętor. vbi gloss. solennis. & d.
l. diuus. § nec intra hos. vbi glo singularis. ¶ † Opp. dicit tex. quod
18 exceptio falsi potest opponi, ante sententiam, & post. Nam imo
videtur quòd post sententiam nō possit opponi. vt C. de fide ĩstru.
l. fi. Sol. ibi ante sententiā fuit exceptio falsi opposita plenè discus-
sa & reprobata. & ideo sentētia transiuit in rem iudicatam adeo qđ
absolutoria lata in ciuili excludit criminalem. quod sic probo. litis
pendentia inducit suspensionē: ergo diffinitiua sententia parit per-
petuam exclusionem. C. quādo ciuil. actio. l. j. ff. vi bo. rapt. l. ij. C. ad
legem aquil ex morte. C. ad l. Iul. de vi. l. si quis ad se fundum. coniū
cta. l. ff. de excep. l. fundum Titianum. & l. fundi. arg. ff. de excusatio.
tutorum. l. diximus. Capitulum autem nostrum inquantum loqui-
tur de post sententiam, intelligitur quādo ante sententiam quęstio
falsi decisa non est. ¶ † Sed immediatè oppo. & videtur quòd lata
19 sententia possit excipi de falso. nisi petatur primo in integrum resti-
tutio: vnde videt̄ obstare. ff. de re iudicata. l. diuus. ff. de except. l. qui
agitis. Solu. concedo quòd obtentu falsitatis diffinitiua sententia
non est ipso iure nulla, sed annullāda per restitutio. in integrū fal-
lit vbi testes corrupti falsa dixerunt, vt hic. ¶ Item fallit vbi falso
est probatum per pręsentem cōtra absentem. vt ff. de iud. l. si ꝑtor.
§. Marcellus. ¶ Itē fallit in causa capitali. vt l. si quis obrepserit. ff.
de fal. Item fallit in decreto secundo quod est ipso iure nullum. vt
C. ne vis fiat ei. l. j. §. hęc verba. Item fallit in omni interlocutoria
que fertur in executionē debiti; quoniā iudex nō erat aliàs executu
rus nec facturus & facit ff. ad ca. bo. l. iij. §. puberi. ff. de fideicom. lib.
cum vero. §. subuentū. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. tutor si peti-
tus. ¶ Opp. & videtur quòd non sit necesse probare ista duo s. qđ
testes corrupti falsa dixerint. Nam sufficit probare solā corruptio-
nem. & arguo sic. fundamentum testimonij consistit in duobus sci
licet in iuramento. & veritate. sed testis corruptus est periurus: quia
iurat non testificari precio vel precibus. cum ergo probetur periu-
rus, satis est ad eneruandum suum testimonium. Pręterea satis vi-
detur, qđ probetur sola falsitas; qa nō potest dici testis ille q depo-
nit falsum; & ideo adijcitur dictio falsus, ad denotandū quod essen-
tialiter & substantificè non est testis. ff. quemadmo. test. aperiā. l. ij.
in prin ff. de fal. si quis legatū. ff. de pę. l. si quis aliquid. §. testamen-
tum. ff. de verbo. signi. l. Paulus. Solu. ad istas duas oppositiones
respondet litera, qa dicit quod hoc contingit; qa Fauentini se astrin
xerunt

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino late per doct. maxime do. Ber. sozinum. in l. iij. §. ex contra-
rio. ff. de acqui. hęre.

xerunt ad vtrũq; probandum: quasi dicat, secus si non astrinxissent, sed separatim obiecissent quodlibet de per se. ¶ Sed quęro vnde colligitur quòd astrinxerint? respondeo per vnitatem sermonis: quia intentauerunt quod corrupti falsa dixerunt. Nam vnitas sermonis diuisionem non recipit. vt ff. de vulga. subfti. l. iam hoc iure. ¶ Item verbum corrupti, est quędam qualitas quę intentata debet probari. Nam ille qui qualificat dictum suum qualitate que possit sibi inesse, ex qua surgat effectus, semper videtur se astrinxisse ad illam probandam etiam si excipiendo proponat: quia descendit ad speciem specialissimam. Nam nomen falsi est generale: nomen vero corrupti, est eius species. & qui intentat genus specificatum, tenetur illud probare in ipsa specie seu cum ipsa. ff. de iti. actuq; priua. l. iij. §. hoc autem à superiori. sed illud non est per astrictionem; sed per naturam interdicti. ff. de insti to. l. habebat. ff. vi bo. rap. l. prętor. §. docere. ff. de adul. l. denunciasse. §. quid tamen. & in exceptione est casus singularis hic, & vix reperietur alibi. ¶ Sed immediatè opponitur quòd Papa fecerit Fauentinis iniuriam: quia non audiebat eos nisi se astrinxissent: non enim debuit hoc facere Papa ex quo sufficiebat alterutrum. vt dicit. l. illa not. ff. de appel. Seio. in fi. & l. appellanti. §. non solere. Solu. hoc fecit papa propter præsumptam malitiam fauentinorum. vel dic quòd sponte fauentini se obtulerunt. i. eorum syndicus qui astringendo se pręiudicat domino
20 suo, quod est no. dignum. ¶ † Modo reuoco in dubium utrum sit verum quòd ad reprobandum testimonia sufficiat probare contrarium. i. rem aliter se habere. & videtur quòd sic: quia hoc sufficit ad reprobandum instrumenta. Item ad reprobandum propriam confessionem. & hoc tenet glo. ¶ Sed in cõtrarium videtur quia ista est reprobatio directa quę nõ potest fieri post didicita testificata vt in c. testibus. de testi. in cle. & est casus notabilis istius. c. qa si ita excludit priorem, ergo & prior posteriorem terminis nõ mutatis; sed iustius est qđ prior cõcludat posteriorem. qa in posteriore formaliter contraria timetur subornatio: in priore nõ timetur. porro subornatio est conatus improborum. ff. de eden. l. j. §. editiones. Non tamẽ dicitur subornatus neq; instructus ille qui ad verum aptè testificandum est informatus. vt not. Gof. in libellis suis, in titulo de senatus con. liboniano. vnde testis qui dicit se non fuisse instructum, nõ intelligitur mentiri si fuit informatus, vel loqueret per verba cõgrua consona iuri & veritati, & cõsciẽtia ipsius testis: qđ est no. dignũ. facit. s. de iudi. pastoralis. Nam hoc non est peccatum: ergo non periuriũ. qa piuriũ sine fraude esse nõ posset. vt C. de fal. l. nec exẽplũ.
21 ¶ † Indirectè autẽ bene possunt testes reprobari post didicita testificata: qa nouum est id capitulũ. super quo principaliter deponitur nunc, qđ non erat pręmeditatum. Item nec erãt super eo iurati vel examinati aliqui testes, licet depẽdeat ex veteri, & oriatur ex cõtraria materia. Nã quędã licent per obliquũ, quę non licet directè.
22 vt l. j. ff. de aut. tuto. ¶ † Et scias qđ si corruptus dicit falsum duę falsitates ei obijciũtur: vna est in themate negocij principalis, alia est in themate iuramẽti: quia iurauit deponere non corruptus. Sed quando primo dixit verum, & nõ falsum, tũc vna tantũ falsitas est in eo. ratione tamẽ illius falsitatis pęna legis corne. imponitur sibi. ergo dicit verum qđ vidit & præsens fuit in facti substantia: & tamen punitur de falso ratione curruptionis quę consistit in pręmio, uel pollicitatione. spe pręmij. vt ff. de calum. l. qui in etiam. ¶ Si autem testis dixisset tempus fuisse nubilo sum, cum esset sol. istud mẽdacium non est adiacens rei testificandę; qa nõ debet interrogari de nubibus cęli, vel de cursibus planetarum: neq; de fumo, aëre, vel Angelis. vt not. in l. j. in fine. ff. de re. di. concluditur ex his quod qualitas quæ hẽt disponere de facto, vel ei patrocinari, vel mouere equitatem iudicis, vel actionem informare, debet probare tanquam modus. i. adiacens rei determinatę: aliàs non. de hoc dic vt plenè no. per Bart. in dicta. l. diuus. & ff. de proba. circa. & not. in c. j.
23 supra de rescript. ¶ † Sed an probata corruptione, & lata sententia cum petitur in integrũ restitutio, sit necesse probare quod iudex fuerit secutus testimonia corruptorum testium? dic quod sic. vt C. si ex fal. instru. l. ij. Et dicit glos. satis notabiliter, quod hoc probabitur per iudicis assertionem. vt not. ff. de iudi. si pretor. Sed certè etiam per acta probatur, arguendo à sufficienti diuisione. Nam aut est plenè probatum per alios testes idoneos, & constat quod iudex fuerit motus ex testificationibus veris: aut non erat probatũ per alios, & tunc cõstat qđ non erat aliàs facturus: & sic qđ fuit motus ex falsis at testationibus: qa alia causa non potuit eum mouere.
24 arg. s. de restit. spo. cum ad sedem. ¶ † Sed an post sententiam potest queri de falso per viam excep. Respondeo nõ nisi, restitutione in integrum cõcessa. ff. de excep. l. exceptiõe. sed bene potest agi de falso ad interesse. tamen executio sententię non impeditur; qa vt dixi exceptio nõ datur. Si autẽ proposita sit accusatio falsi, tũc criminalis interi piudicat ciuili, si accusator est ipse victor, sed, si ipse nõ est accusatus. sed soli testes, non impeditur executio. vt no. Cy. in l.
25 j. C. qui accu. non pos. vbi omnino videas. ¶ † Quęro intra quantum tempus possunt testes accusari de falso? respondeo vsq; ad xx. annos. Inquiri autem potest vsq; ad. xxx. Ita dicit gloss. vnica in iu-re. C. de fal. l. querelam.[a] sed istud videtur falsum, qa non debet plus durare extraordinarium auxilium quàm ordinarium. ¶ Item quia ambæ viæ oriũtur à pricipio, & ex eodẽ fonte, & ex vna radice: ergo vna prescriptione tolluntur. argu. optimum. ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. in tutela. C. de his qui à non do. ma. l. fina. ff. vi bo. rap. l. si seruus.
26 ¶ † Opp. & videtur quòd duo insolidum possint possidere: vt duo vsuarij & duo cõsules. vt l. j. de offici. consul. ff. & l. fina. ff. vti. possi. Solu. ibi in incorporalibus & indiuiduis: secus in rebus corporeis. vt ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Nam incorporalia non possunt ĩ seipsis diuidi, & non possidentur propriè. vt ff. de acqui. re. domi. l. seruus. §. incorporales. fallit in vsufructu, quia est
27 pars dominij. vt ff. ad l. falci l. j. §. si vsusfructus. ¶ † Oppo. quod papa debuerit pronunciare vt possidetis ita possideatis: quia vtraq; pars probauerat de possessione. vt C. vti possi. l. j. Solu. dicit gloss. quòd ideo iudex non debet ita pronunciare: quia daret gladium vtriq; parti, vt ff. de ser. vr. prędi. l. in re communi. dicas quod hę probationes non erant pares. sed si probationes essent pares, aut possunt per aliquam diuisionem saluari, & tunc vterq; vincit in eo quod probat. aut non possunt saluari, & tunc dicunt quidam quod dirimitur sorte. quod non placet glo. in d. l. j. vti possi. quia iudiciũ sortium non habet locum vbi agitur de magno pręiudicio, verum vbi est dubium facti licet diuisiones aliquãdo fieri iudicio sortium. vt C. communia de leg. l. fi. in prin. & C. quando & quibus quarta pars debe. l. ij. lib. x. Nam non est iustum vt opes nostras committamus fortuitis casibus, & incertis. C. de pigno. acti. quę fortuitis. Item fortuna est nutus dei nobis incertus: vel si est altera natura in celo habens dominium caducorum, non debemus nos immiscere de suo officio. ¶ Item ambigua facta causarum non fato, sed per disputationem fori dirimenda sunt C. de aduoc. diuer. iudic. l. aduo
28 cati. ¶ † Gl. dicit hic quòd ille vincet, qui ad iudicium est prouocatus, cum sit reus. quod est not. dignum, vt non solum in preparatorijs. sed in decisorijs habeat instar rei. sed si pariter se inuicem prouocarunt; dicit Iaco. But. quod res sequestrari, & interdici vtriq; partire & agere, possunt, ne deueniatur ad arma, donec sit cognitum de causa proprietatis. argu. optimum. s. de restitu. spolia. c. literas. § fi. & c. ex transmissa. Barto. dicit in l. j. ff. eo. qđ iudex debet iudicare tanq̃ si probassent possessionem pro indiuiso. Nam per cõcursum faciunt sibi partes. ad hoc glo. ordi. j. de test. in nostra. vbi no. ꝙ inter partes competitores res diuiditur si potest diuidi: qa per concursum probationum & possessionis faciũt sibi partẽ. dicitur in vsi. feu. quod apud illud debet interim esse possessio, ꝓ quo est iuris naturalis vel ciuilis pręsumptio. in c ij. ti de feud. fue. contro. sed hęc opinio est contra libellũ vtriusq; partis Item non procedit in incorporalibus. vnde alibi dicit gl. singu. ꝙ in hac parte iudex habet arbitriũ secundũ cõscientiam. & pro illa parte debet ferre sentẽtiã. vt no. ff. de re iu. l. duo iudices dati. vel hoc casu si adsit copia principis recurretur ad principem, sicut quando quæstio est inter pares recurritur ad dominum. vt s. de iudi. c. ceterum. Sed ibi est, qa tangit rem & iurisdi. domini, tene opinionem Bar. ¶ Item si vna possessio respicit piã causam, alia non, pręualet fauorabilior. vt dicit. l.
29 illa notabilis. ff. de manu. l. lege Iulia. ¶ † Sed quæro, quid si duo nobiles sint priuilegiati de eodem castro non simul, sed successiuè? respondeo primum priuilegium prefertur secundo. vt not. in aut. vt exactiones instan. dotis. §. his igitur. & facit. C. de silentiarijs l. de. curionibus. lib. xij. vbi est glos. singu. hoc etiam tenet illa gloss. notã. quę est C. de fundis, & saltibus rei dominicę. l. si qua loca. lib. xj. vbi glo. dicit, quod secundum priuilegium præsumitur impetratum per obreptionem. & sic in secundo priuilegio essent verba derogatoria generalia, & insuper essent illa verba ex certa scientia, pręsumeretur rescriptum per importunitatem obtentum, & non valeret nisi princeps apponeret hæc verba, ex certa scientia, & proprio motu: vt probatur in illa solenni. l. & no. C. de peti bono. subla. l. j. lib. x. Nam princeps ipse non vult quòd iniustum præualeat iusto. ut not. in c. j. per quos fiat inuestit. & per quos recip. in feud. sicut ecclesia quæ est cultrix & altrix iustitiæ non debet vnum spoliare, & alium inuestire sine causa priuationis. ut not. in c. & si clientulus. de feu alie. & in c. j. qui success. teneantur. eadem ratione, & sicut primus non perdit feudum, ita nec eius possessionem, quę feudo coheret, nisi possessor consentiat. facit quod no. in simili. ff. de regu.
30 iur. l. non debet cui quod plus est in d. glos. ¶ † Quęro quid operetur titulus in possessorio retinendæ? respondeo tũc operatur quod utraq; pars probat se posside re. ¶ Item ex antiquitate tituli pręsumitur possessio antiquior, ut eleganter not. Ia. de Are. C. de rei uen quoties ¶ Item ex titulo pręsumitur possessio subsecuta. ut C. de acquir. possess. l. ij. ¶ Item tanquam dignior trahit ad se possessionem. ut ff. de rei uend. l. quędam mulier. ¶ Item ut eleganter ait Iacob. But. in l. j. C. uti poss. qui probauit de antiquiori possessione, probauit, quòd aliquo tempore possedit solus pacifice

ADDITIO.

a ¶ Vide Bar. consil. xcviij.
Bald. super ij. decretal.

dificè nemine inquietante, vnde non fuit licitũ aduersario incipere eũ inquietare propria authoritate cum inquietare sit delinquere. vt ff. pro socio l. merito. ¶ Idem satis no. ait. C. de interdic. l. incerti. q iste nouus qui se asserit possessorem, non dicitur propriè possidere: sed est quoddam ire & agere. & si percipiat fructus non propterea sit possessor, quia aliud est fructus, aliud est possessio. vt ff. de vsufruc. si fur. & ff. quibus mo. vsusfru. amit. l. Pompo. ff. de vsufru. leg. l. fundi trebatiani. ff. de fur. l. si apes. §. vlti. ¶ No. tamen quòd si duo probarent de eodem principio temporis, & fine, tamen per diuersas rationes: quia vnus probauit quòd arauit & seminauit: alius probauit quod fructus percepit: in quibus consistit efficacia & vtilitas possessionis, ille videtur melius probasse. argu. C. fini. regũd. l. si quis super. licet in contrarium faciat, quia qui seminauit, preuenit in honore quia vt dictum est potior act° praualet. dicit Aristo. quod iustum est à fine denominari omnia, & sępe contingit quod vnus seminat, alius metit. vt C. loc. l. prętorem. puto tamen quòd furtiua exportatio fructuum significat possessionem clandestinã. quia disputabatur se posse expelli. ff. de acqui. pos. l. clam possidere. in prin. nisi forte hoc fieret ex iusta causa, puta causa vitandi tumul

31 tus, vel maioris mali. vt not. in l. j. §. interdictũ. ff. vt i poss. ¶ † Quid dices reus nõ turbauit actorẽ in possessionem in principio litis, qa ignorabat aduersariũ possidere & protestabat se nõ habere animũ turbandi aliquẽ: vt elegãter no. in l. si duo. in prin. ff. vti possi. sed lite pendente cepit turbare, nũquid debet succũbere ex eadẽ instãtia? Respondeo sic. arg. ff. de rei ven. l. sinautẽ. §. possidere. & est rõ quia eo ipso offert se liti qđ sufficit in quacũq; parte iudicij fiat, & sic turbatio quandocũq; superueniẽs fundat iudiciũ passiuè: actor autem debet possidere tempore lit. contest. alias illa instãtia nihil pdest ei: vt insti. de interdic. §. hodie. qa ex persona agẽtis nitimur iudicium

32 actiuè. vt ff. si pars hęre. pet. l. j. in prin. ¶ † Adde dicit Inno. quod

a eo ipso quod reus negat aduersariũ possidere, dicit eum turbare [a] qa obscurũ facit an actor possideat etiã si ipse reus nõ dicat se possidere cum per negatione fiat res dubia: & si bona fide reus neget. vt s. de resti. spo. cum ad sedẽ. & l. fi. C. qui. ad liber. procla. nõ licet. facit

33 ergo reum sola cõtradictio fm Inno. ¶ † Ex predictis apparet qđ positio dominij adminiculat possessorio, sed nõ fundat ipsum. Dicitur tamẽ positio pertinẽs non solũ quę directè & principaliter facit ad causam, sed etiã quę qualitercunq; adminiculat etiã leui pręsumptione fm Iac. Bu. qui ita eleganter no. in d. l. incerti. testis, tamen non est interrogandus super dominio nisi sit productus sup

34 eo: vt idẽ not. ait. C. qui legitimã personã. l. momẽtaneę. ¶ † Quid dices, iudex mandauit partibus, vt litem cõtestarentur: modo reus proverbis aduersarij obtulit ensem, & interfecit ipsum. Quęro vtrũ heres interfecti possit uincere in isto possessorio? & videt quòd sic: qa possessio defuncti cõtinuatur in hęredẽ iuris fictione. vt ff. qui. ex cau. ma. l. cum miles. vbi est melior tex. qui sit in iure. ¶ In contrarium videtur. Nam aut hæres non possidet, & cessat fictio cõtinuationis: qa reqrit duo extrema. aut possidet & est noua possessio, & posterior possessione aduersarij. vt ff. ad exhi. l. de eo. §. fi. pro prima parte facit, quia pro possessore debet haberi hæres qui dolo aduersarij est impeditus. vt not. C. de fur. l. si abducta. ¶ Item interdicta possunt cedi, ergo ad herede transmitti. Casus est singu. multum cum glos. sua. ff. ne quid in loco pubico. l. ij. §. idem nerua Modo autẽ tẽpore i. ante aditam hereditatem nemini competit interdictum: quia hæreditas non possidet. vt ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. l. j. §. sceuola. tum qa n potest opitulari dominiũ, cum nemo eo tẽpore domin° fuerit. vt ff. quod vi aut clam. l. deniq;. §. quesitũ. sed certe ille text. videtur determinare quòd heredi detur vtile interdictum nec est opus nouo libello: qa quando vtile euellitur de corpore directi ex eodem libello fit contemplatio. text. est singul. ff. de rei vendi. l. post acceptum: qa tendunt ad eundẽ finẽ, & ex vna radice proficiscũtur: & ideo ɔtinuatur, & nõ absorbet. vt ff. de infa. l. ferrus. & insti. de noxa. §. omnis & not. per Dy. ff. de aqua plu. arcen. l. quãq. §. Iulianus. & p eundẽ insti. de act. §. & not. quod si non fuisset domin° interfectus. sed colonus, p hoc dñs nõ pderet possessionẽ: qa colonus est potius organum q possessor. Casus est vnicus in iure satis notabilis. ff. de acqui poss. l. si de eo. §. si forte. ¶ † Querunt

35 doctores vtraq; pars probauit de possessione, sed non expectata sententia pars quę erat potentior armis, expulit aduersarium, quęritur quid iuris. Spec. dicit q iste est vnus modus vincendi: quia ille qui est expulsus non potest probare de possessione quin aduersarius probet. Dicas quòd cum vis ista habeat i se contumaciam, iste expellens potest criminaliter accusari Item non facit hoc cum moderamine inculpatę tutelæ: sed excessit modum. ¶ Item sua authoritate ius sibi dixit cum debuerit expectare sententiam. ¶ Item lite pendente nihil debuit innouare: & ideo iudex debet reponere expulsum in pristinum statum donec iudicetur de proprietate. ar. ff. de vsuf. l. equissimum. ¶ Item & si non aget tanq expulsus de possessione, aget tanq expulsus ab actibus possessoris. arg ff. de dona. l. Aquilius. quę. l. est no. & debet iudex qui hãc iniuriã reparat, vti p miscuè & incertè. Ita vsq; ad nostrã sententiã tenete. quinimmo ɔtra expellente pręsumitur q non cõfidat de iustitia. C. de pbat. l. vis eius. ¶ Et oppo. Papa tulit sententiã & nõ fecit mentionẽ de syndico: ergo snia nulla. vt l. j. C. de sen. & interlo. om. iudi. Solu. aliud in syndico & similibus puta in tutore & curatore: qa verba possũt pcipi in personã domini in iudicio sicut i cõtractu, vt hic. & ff. de cõsti. pecu. l. eũ qui. §. si actori. aliud in simplici pcuratore. ff. de actio. & ob. l. quęcunq; gerimus. Vel dic q canones non curant istã subtilitatẽ fm Ber. vt s. de ele. querela. Iuristę enim dicunt q id quod debet fieri per pcuratorẽ debet pri° sumere originẽ cũ ipso & fine ipso. sed canonistę dicũt qñ realitas negocij ptinet ad dñm, & fm eos etiã verba cõtractus posset pcurator concipere i personã dñi. Itẽ qa fm eos hoc est nudũ pactũ qđ actionẽ nõ parit. Omissis ambagibus & nimijs scrupulositatib° iuris ciuilis certè ius ciuile loqt verũ per puncta rationis, sed ius cano. dicit verũ per equitatẽ natu

36 ralẽ. vt ff. si cer. pet. l. certi cõditio §. si nũmos. ¶ † Vltimò quęro nũquid possit pbari hæc negatiua, q res fuit absq; eo q talis possederit talẽ rem vi, clã, vel precario, vel vtrum possit pbari directo p terminos directa & nõ iflexè negatiuè. & gl. fin. dicit q põt pbari. & ponit practicã in l. j. §. j. ff. de iti. actuq; pri. sed illã gl. nõ approbat no. d. Dy. de mugel. nec Iac. de Are. in redditione causę testis: qa illa rõ nõ bñ conuenit naturę humanę. vt ff. đ ser. l. serui. & ff. de ser. vr. prę. l. foramẽ. sed fm gl. pbabitur per remotionẽ actus à sensu, & sensus ab actu & potentia. sed difficile est. vel dic q ibi negatiua testis probatur partim de necessitate per visum coarctãtẽ, & partim per pręsumptionẽ: qa vicinus. l. j. §. j. ff. de flu. & iste est verus intellectus & no. q nisi sensus testis qui p cãm probatur, plenè cõprehendat rẽ de qua agitur, seu factũ de quo quæritur, nõ pbat. vt elegãter

37 no. in l. Luci°. ff. de infa. ¶ † Et scias q negatiua sensus testis idẽ est qđ ignorãtia si ideo nihil pbat. sed negatiua allerius actus caditin sensus testis & i pbatiõe. vt bene no. C. de codicil. l. nec codicillos. Porro ignorãtia vt dixi in rubrica, nihil aliud est quædam cęcitas animę quã mẽs formaliter nõ sentit. vt C. de fal. mo. l. j. in fi. vñ anima ignorãtis est tanq tabula rasa in qua nihil est pictũ, vel tanq ar-

38 ca vacua in qua non est panis. vt ff. de testa. l. de statu. ¶ † Op. ille qui intẽtat vim turbatiuã, vr intẽtare crimẽ aduersarij. ut ff. de act. & ob. l. seruus nõ in oĩbus, quę. l. est in hoc multũ no. ergo dẽt specificare modos turbationis: qa generalitas parit obscuritatem. vt ff. de iniur. l. pretor edixit. in prin. Sol. si reus petit specificare modos turbationis & hoc petit ante li. cõte. nõ dẽt pcedi super libello. sed si hoc non petit: qa forte cõnfidit de iustitia sua, tũc pcedit libellus. vt hic. & C. đ anna. exce. l. fi. fm Inn. simile no. C. de accu. l. si accusatoribus Nã qui de Innocẽtia cõfidit, nõ vadit per mẽdicata suffragia: sed festinat, vt veritas inquiratur. vt ff. manda. l. si fideiussor. §. quędã. dici põt q sicut sunt exprimendi modi si quis dixerit se iniuriã passum, ita in ppositio. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. fi. & ff. de act. emp. l. qui pẽdentẽ. si tñ non specificẽtur, iudiciũ nõ est nullũ: qa certa est diffinitio turbationis, vcʒ verbo vel facto i dubium reuocare, vel inquietare possessionẽ aduersarij. vt no. ff. quod me. cau. l. extat. & istud facit aduersarius possessoris perire & agere. Nã in processu tpis p hoc posset possessionẽ pretẽdere. Nã vbi est corp°, ibi possessio. vt no. ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. hi quoq;. vbi est gl. omunis

39 & Inno. de priuile. cũ olim. & p Arch. vij. q. j. pontifices. ¶ † Pone, duo cõcertãt de possessione retinẽda, & inuicẽ se accusant de vi turbatiua an pcedat accusatio? rñdeo cuilibet vr licitũ fortificare suã possessionẽ & iferre vim fortificatiuã lit. pẽ. cã sui iuris tuẽdi. ff. de ac. & ob. l. seruus nõ in omnibus & hoc debet intelligi cessante dolo vel lata culpa: qa leuis & leuissima culpa hic nõ punitur criminaliter: qa possessio talis qualis excusat. & facit ff. de re. iu. l. hoc iure vtitur, in prin. & qđ not. Barto. in l. j. §. fi. ff. si qs test. li. esse iuss. fue. ¶ Et idẽ est si agat ex statuto municipali: qa pęna statuti subrogatur loco pęnę iuris cõis. vt ff. de re mil. l. q cũ vno. §. q post. & iõ ad eosdẽ casus extẽditur statutũ ad quos extendit ius cõe. & ad eosdẽ restingitur. ar. l. quis. ff. de in ius vo. vñ. si statutum dicit q si quis turbauerit in possessione, videtur etiã ad quasi possessionem trahi. ff. de iure iu. l. sed si possessori. §. sed si verum. vbi tex. not. & vtilis. Bar.

ADDITIO.

a ¶ Vide Ludo. Roma. in consi. lix. pesi. col. in prin.

CAP. X.

1 *Filium si qui aliquem nominant, eum vt verum filium tractando, & ita communiter reputatur, filius est censendus, licet, postea mater id neget; si dictus filius contrahat cum consanguinea dicti asserti patris, stare matrimonium prohibetur.*

2 *Statutum si dicat quòd quicunque interfecerit aliquem de tali casate, puniatur pęna duplici, quid iuris si aliquis interfecit spurium exinde natum.*

3 *Assertum extra iudicium tenet.*

4 *Dicti sui nemo potest penitere.*

5 *Actus*

5 *Actus per quos homo dicitur tractari vt filius: qui sint.*

6 *Pater si instituit aliquem tanquam verum filiū ex vxore, & postea mutauit testamentum, & instituit eum in modica re, non nominando ipsum vt filium, sed tanquam nutritum in domo an possit tanquam prĕteritus rumpere testamentum.*

7 *Consanguinitas prĕsumptiuè probata an & quando dissoluat matrimonium.*

1 PEr tuas. †Si qui nominant aliquem filium eum vt verum filiū tractando, & ita cōmuniter reputaẗ, filius est cēsendus: licet postea mater id neget. & si cōtrahat cū cōsanguinea dicti asserti patris stare matrimonium prohibetur. h.d. secūda ibi, qa vero. ¶ Casus. Quidā Titius Tiburtinēsis ciuis Bertam per septēniū tenuit in cōcubinā, nec prolē suscepit interim ex eadē. Ista Berta discessit ab eo, & inde post modicū tempus reuersa reperit ī domo eius quendā puerū nomine Raynaldū quē Titius prĕfatus in suū filiū publice recognouit dictĕ mulieris deuictus instantia. tādē dicto Titio mortuo dictus Raynaldus ꝯtraxit matrimonium cum Sophia nepte dicti Titij. petebat istud coniugiū separari ratione cōsanguinitatis sed dicta Berta dicebat à se fuisse illusum. cū re vera dictus Raynaldus nō esset filius dicti Titij. quĕrebat quid iuris. respōdet qđ si etiā dictus Titius ipsum publicè regonouit ī filiū & filius eorum fuerit nominatus ab ambobus, sacramēto in cōtrariū prĕstito p dictā quondā ꝯcubinā fuisse fornicariā stādū nō est: prĕsertim qa nemo pōt venire cōtra id qđ dilucidè asseruit. & ideo Papa decreuit dictū matrimoniū non tenere. ¶Ibi, nec ꝓlem. ista erat quĕdā leuis prĕsumptio qđ nō esset filius dicti Titij: qa per septenniū generare nō potuit: & quādoq; leuis occasio est magni pōderis. vt ff de fideicō. liber. l. ergo. § si ex die ī ver. occasionĕ vbi glo. parua dicit not. verbum bonum. ¶Ibi, diuertens, & forte interim cum alio cūcubuit. q. tamē puer natus est postea ī domo, potuit esse cōceptus ī domo & si aliquādo forte fecit prĕsumiẗ ī meliorē partē vt dixit alibi tex. singu. cum possit & illa adultera esse impubes defunctum patris habuisse. ff. de adul l. miles §. defuncto. ¶Ibi asseruit. ff. de ma. test. l. vxorē. ¶Ibi, publicè. i. corā populo & vicinis. & facit ad dictum testis qui dixit qđ audiuit publice dici, qđ ꝓbet famam. ¶Item & habitus. i. tractatus & nutritus. ff. de verb. oblig. l. quidā cum filiū. ¶Ibi, prima facie. i. verborū actuūq; consonantia. Simile verbum habes. C de edic. di adri. l. fi. in prin. ¶Ibi, consobrinus. no. cognationē naturalē etiam esse ex illicito ꝯplexu. & qđ ita impedit matrimoniū: qa natura cōmunis est. arg. ff. de accu. l. hos accusare. §. omnibus. ¶Item verba quĕ naturaliter proferuntur, ciuilitatem nō desiderāt: vt dicit illa. l. no. ff. de cap. dimi. tu telas, & facit. ff de ritu nup. l. nō solū. §. senat. & facit. s. de fil. ꝓsby. Michael. hĕc tamen non sunt trahenda ad ciuiles materias. puta ad successiones, & feuda, & dignitates. in illis nomine filiorū non

57 asseruerit:vt C.de erro.aduo.l.fi.vbi bona gl. ¶ † Et no. qd̄ Ber. tāgit hic vtrum appellans an appellatus debeat probare in causa appellationis.& dic aut vult probare aliquid nouū, & ipse debet probare:vt d.l.illa no.ff. qd̄ cum eo.l.Titianus:vt C.de temp.app.l.per hanc.aut partes uolunt probare aliquid nouum, & tunc sufficit pducere acta iam actitata in veteri causa.s. in eorum forma substantiali. saltem in fundamentis probationum: vt plenè notaui. C. de appel.l.hi qui ad ciuilia.in lect. mea solenni & copiosa vbi videas si placet:ſinautem tu autem hoc verbum dicit dn̄s Ebrudunensis, qui vocabatur Dūbranius cardinalis vir egregię excellentię me pſente & dn̄o Bar.de saxo ferrato summo [a] doctore ac præceptore meo. ¶ Extra q̄ro, iudex inquisiuit ꝯ quendam de incendio nocturno:princeps cōmisit causam alteri, q absoluit inquisitū, iste absolutus accusat inquirētem de falso:quęritur qd iuris. Præsupposito statuto qd̄ disponit qd̄ de talibus maleficijs debeat inquiri. rn̄. qd̄ à pręsumpta calumnia excusat necessitas officij: sed ab expressa non excusat:vt plenè & elegāter no.ff. de infa.l.athletas. §. calūniator. Itē à pſumpta excusat fama inqſitionē pręueniens: sed non ea quæ instigatione inquisitoris orta est.& hoc per illam.l.no. ff.de adulte.l.miles.§.mulier. ¶ Item excusat instigator bonę famę vt eleganter no.Bar.ff.de falsis.l. Athaletus. sed quomodo probabitur dolus?rn̄.ex inimicitia capitali:& quia forte iudex hoc dixit: vt no.in l.Fulcinius.§.quid sit latitare. ff. quibus ex cau. in pos.ea. & ff.de excep.do.l.apud Celsum.in principio.vbi bona glo.& ar. ff. de arbi.l.non distinguemus.§. cum quidam. & forte hoc crimē in iudice non dicitur proprium crimen falsi, sed crimen impostu
58 rę:vt ff.de extraor.crimi.l.sacculari.j.§.j.vel dic ut not.in l.fi. C. de pęna iudi.qui malè iudi. ¶ † Et no. qd̄ etiam sine accusatore fiunt contra rectores terrarum inquisitiones generales. Nam sicut libellus generalis procedit contra tutorem & curatorem, ita contra magistratum, qui tenetur ei publicè reddere rationem generalē de omnibus gestis tpe sui officij. vnde si super ista generali inquisitione fiant probationes speciales, condemnabitur ex ipsis probationibus non facta alia inquisitione speciali: vt C de iudi. l. licet. hoc ergo casu libellus generalis pcedit etiā in causa criminali: qa nō est accusatio, sed est inqſitio.& ita seruat cōsuetudo, q̄ optima
59 legū est interpres. ¶ † Sed ecce inqſitio nō pcedit, nisi pcedat qd̄dā preambulū.s.diffamatio populi, sicut fuit de Bertino Balardo Potestate Papię. M.cccc.xlv. Modo quero nūqd si inqſitus hoc negat, debeat istud ante oīa probari? & videt qd̄ sic: qa preambulū p qd̄ venit ad lit.ingressum, est probandū, si negetur: vt C. q accusa-
60 re nō pos.l.nō ignoret. ¶ † Item fama tenet locū personę i. locū delatoris:sed nō prius iuris ratio quā personarum quærēda est. vt dixit illa.l.no.& vulgaris de iur.codi.l.quidā referunt. & plenè not. per Bar.ff.de re iu.l.quidā consulebāt.& ꝯ.de accus.c.j. ¶ Itē fama potest esse falsa:vt ff.de hære.insti.l.fi. ¶ Item pōt habere famā cōtrariā:vnde fama posterior tollit primā, vt sing.no.per.l.si mater. C.ne de statu defunc. ¶ Itē non credit iudici nisi ex actis appareat, vt hic. ¶ In cōtrariū videt, qa in ingressu litis fauemus actori, alioquin semper reus negaret.ff.de verbo obli. l. inter stipulantē. §. j. ¶ Itē negatio & affirmatio nō sunt exclusio litis, sed materiā dant litigandi:vt C.qui.ad lib procla.nō licet.l.fi. ¶ Itē non quod sit in veritate, sed qd allegetur, inspicit, vt reus cogatur iudiciū introire. ff.de iu.om.iu.l.fi. ¶ Itē super infamia siue diffamia procedit vna cū principali: qa est species pbationis:vt s.de do.& cōtu.veritatis. Itē fama.i.vox populi est solēnitas, cū nō sit de substantia inquisitionis:& leuis solēnitas pt omitti, sicut dicimus de signo crucis in
61 inuētario:ut C.de iu.delib l.fi. ¶ † Itē pone qd̄ inqſitio fiat ex forma statuti disponētis qd̄ dēat inquiri. Nā licet iudex prudēs non dēat sine secreta informatione īquirere cōtra certā pſonā:tamen de ista inquisitione secreta nō habet facere fidē.sed credit suę conscientię:vt C.de epi.& cleri.l.nulli.in fin.Sic & dicto vnius credit propter publicā vtilitatē & personarū raritatem:vt dicit.l.illa no.
62 de interprete.ff.de verbo.ob.l.j.in fi. ¶ † Cōsidera tria sunt, scilicet fama, & viua vox populi.Et dicit puerbiū, qd̄ vox populi est vox Dei, quasi spiritus sanctus cōiter informans corda iustorū ad aliquid sapiendū, vel ad aliqd imaginandū.tn̄ hoc qnq; fallit: quia angelus satanę in lucis angelū se trāsformat.dico igit qd̄ fama pt esse bona & mala.Secundū nomē est diffamia.arg.ff.de inge.ma.l. diffamari.& ista est vox populi semper sonans in malam partem.
63 ¶ † Tertiū vocabulū est infamia: & ista, ppriè loquēdo pſupponit certū delictū.& est duplex.s.facti, quæ nūq obest cōtra facinorosos homines:vt ff.de pęnis.l.capitaliū.§.famosos.& iuris, q̄ non cōtrahitur nisi per sententiā latā super crimine:& ista nō est principium inquisitionis vel accusationis, sed est pęna à lege inflicta ad ferēs homini id est qd̄ pricipiū est.i.qd ei nō det fides & est thesaurus gentis humanę iuxta illud.sic sępe mentiri soles, qd si verū dixeris, nō adhibeo fidē.vt ꝯ.de testi.c.testimoniū.& no. p Cy.C.de transac.l.trāsigere vel pacisci.Sol questionis pęnul.patet.ꝯ. de ac.cu.cū oporteat.& c.ſu.p his.& dic vt ibi p Innoc. & alios. ¶ Vltimò vnum scias quod Bernar. istam dicit decre. fallere in leuibus criminibus, & breuibus causis.in quib. proceditur ex nō scripto. vt ff.de ac.l.leuia.& C.de sen.ex peri. reci. aut.nisi breuiores.in qbus causis dicit standū vel bo iudicis, q nō pſumit immemor salutis ęternę ppter iuramentum qd̄ præstat. Tu dic qd̄ nō requiritur solēnitas scripturę:sed bene requirit qualisqualis fides actitatorū sicut & in causis summarij s:vt i c.sępe.de verbo.signi.in cle. maximè ad ęternam rei memoriam:qa scriptura nūq moritur. vt no. dicit tex.ff.de pigno.l.cōtrahitur.vel dic qd̄ in dictis paruis causis si ambę partes sunt presentes nulla requiritur scriptura.& ita intelligitur dictum Bar. ¶ Nā qd̄ acta interuenerint, probabitur p iuramentum partis, & assertionē iudicis cū vterq; sciat veritatē, & causa sit parua. Sed absente aduersario requirit scriptura non adesse iudicij, sed ad probationē esse.ar.ff.de excu.tu.l.excusare se. in quibus causis dat defensio quæ est de iure natu.& ideo est necessaria citatio absentis:quia finis citationis est cōparitio:vt not.Io.An. in c.vlti.de elec.lib.vj.in nouella.Et finis comparitionis est defensio, quæ salua iustitia nemini pōt denegari.vt eleganter dicit text. in l. 3.§.si ad diem.ff.de re mili.per quē text.Odo.tenet, qd̄ et reis confitentibus debet dari terminus ad defensionem faciēdā: & si reus renunciat defensioni quę probari possit in causa capitali, nō valet renūciatio:qa est ꝯtra ius naturale.arg.ff.de iust.& iure.l.vt vim.vt no.ff.de pac.l.pactū inter heredem.vbi est glo.vnica in iure: qa nemo est dominus vitę suę, vel necis.termino autē q datur ad se defendendum bene potest renūciare:qa iste terminus nō est de iure naturali, sed de iure positiuo.qd̄ patet; qa statuitur à b trio iudicis. ¶ Consulo tamē magistratibus qd̄ ad omnem malitiā superandā expectet terminū, nisi forte esset periculum in mora: puta tumultus populi, potest illud accelerari duntamen iustum sit fieri, & ppter hoc interdum fit executio notarij sine sententia ad solū pceptum ius dicentis:vt solenniter dicit tex.ff.de inofficio testamēto.l. si quis filio exheredato, versicu.nisi forte. ¶ Itē quādo officialis videt qd̄ latrones & homicidię volēt à sententia appellare frustratoria per calumniam, tunc qa mors vnius est vita multorū, & salus publica:vt C de ferijs, l.prouinciarū.& ff.de ap.l. cōstitutiones.debēt ex bono officio facere qd̄ nō possit appellare claudēdo eis os, ita quod non possint loqui. & si dicas consanguinei vel amici appellabūt pro eis:ut ff.de ap.l.nō tantū rn̄. appellatio eorū non suspendit pronunciatum, cum nec admitterentur ad appellationē
64 prosequendam mandato:vt C.de app.l.addictos. ¶ † Item mortuo pricipali expirat accessorium:vt C.si reus vel accusator mor. fue.per totum nisi forte, ppter bona:vt ff.de iure fis.l.lucius.& ff. ad sille l.caius.quæ sunt.ll.singulares.& C si pen.ap.mors interuenerit.l.3.quæ est.l.communis.vel forte pēdente tempore appellādi facta executio in pſona ipso iure non admittit bona argumen. ff.de admini.tu.l.chirographis.§.primo.tex.est sing. vn̄ fiscus interim non habet manus iniectionē. sed melius probatur quod dixi per gl.vnicam in iur.q est.ff.de accusat.l.ex iudiciorū. & ibi p Dy. Amplius considera qd̄ aliud est quærere vtrum iudex possit super dubiā disponere:& dicendum est qd̄ sic diffiniendo cām: quia eius diffinitio p veritatē [b] hr̄:vt ff.de condi.inde.Iulianus. & ff.de reg.iur.l.res iudicata.tn̄ p appellationē rescindit iudicatū: vt l.j.in fin.ff.ad turpil. est tamen in potentia conualescendi, nec tollitur quo ad verba: quia tener sententię semper debet apparere: vt si sententia confirmetur à lege, puta appellatione deserta: vt not. C.de ap l.eos.in prin.& ar.ff.de excu.tu. l. scire oportet. §. consequens.& ff.de dolo.l.arbitrio.quæ.ll. sunt notabiles, vel ab homine per verbum confirmo.mandetur executioni.si autem aliud addatur vel detrahatur ei nouum ius efficitur: & ideo non mandatur executioni sn̄ia prima, sed posterior. ¶ Item tanquā dignior lata: quia lata est à maiori iudice. Item quia fit nouatio. Item confirma tum

ADDITIONES.

a ¶ Et dicit Ang.in l.j.C.de iud.q Bar.est lucerna iuris ciuilis. Et vide multa de Bart.aggrega.per do. Baptist. de sanc. Seuerino in suo trac. de modo studendi, & per Moder.in l.j.ff.si cer.pet.

b ¶ Adde tamen q quāuis sn̄ia aliqua trāseat in rē iud. quo ad rigorem iudiciorum non tamen quo ad equitatē naturalē est em̄ tantę potentię q naturalia vincula sanguinis mutat & falsum mutat in verum essentialiter sed quo ad effectū ita Baldus in c.j presentia.supra de renun.& in spe.mera potestate iudicis potest de albo facere nigrum & de nigro album. ita Bal.in ca.iusti.de dec.

tum sub alia qualitate nō est aptū agere: & ideo agit ex confirmā te non ex confirmato: vt plenè not.ff. de pac.l. tale pactum.§. qui
65 ꝓuocauit. aliud est quęrere vtrū † de actis stet iudicis testimonio simplici verbo: & dicendū ꝙ non, nec etiam iuramento vnius statetur, sed duobus sic, saluo de cōsensu partiū bñ posset stari iuramento vnius. vt probat. l. illa notabilis & vulgaris. ff. de dote pręleg. theopōpus. ecce ergo ꝙ iudex potest quędam disponendo efficere quę referendo non potest probare, nisi quatenus acta. pa-
66 tiuntur, vel nisi quatenus pertinet ad animi sui secretum motū, in quo non potest habere contestem nisi suam conscientiam, quę est secretum secretorum, vt C. de testi. nullum & no. ff. de iudi. l. si prętor. § j. ¶ Modo quo, si acta sunt cancellata, tamē legi possunt? rñ. debet inspici causa cācellationis. Nam si cancellata sunt, quia lis deserta, tunc nō valent ei q cessit liti, nisi esset pupillus vel alius qui renunciaret liti, eius renunciatio non valeret: vt C. quomodo & quando iudex. l. si pręses quasi desertam. si autem quis esset cancellatus de banno, vel de condemnatione: quia soluit, scias qđ quędam pęna est in soluendo, quę augetur, vt pęna infamię. Nam soluendo confitetur delictum: & ideo ista pęna solui non potest, nec dissolui: vnde per acta cancellata probatur infamia. vt l. locum. §. si quis dolo. ff. de tabul. exhi. quędam est pœna quæ solui potest & hoc considera, ꝙ si est in pęna pecuniaria, debet cancellari, sic tamen vt legitimus fit. Nam per cancellationem subuenitur debitori vt iterum nō possit conueniri: vt eleganter no. C. de discusso. l.
67 ne casu. l i.x. ¶ † Itē subuenit debitori: vt nō possit ab eo repeti tanquam indebitum. vt dicit. l. illa no. ff. de fur. l. fullo §. fina. & ideo non debet abradi nomen condemnati, sed debet scriptum permanere ad ęternam rei memoriam: vt ff. de pig. l. contrahitur. & in c. nostro, vbi dicit originale semper debet apparere. & in aut. de tab. § fi. Item nō solum in cancellatione debet inseri causa, sed etiam dies & consul. & testes & reliquę solēnitates instrumenti. quia est actus separatus a condemnatione diuerso loco & tēpore factus: si tamen fit manu eiusdem notarij non requiritur nouum signum ipsius. quia sub impressione vnius & eiusdem signaculi positio fit. argu. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum sin autem in cancellatione nulla apparet causa, nec aliqua solennitas non valet cācellatio: quia potuisset falso fieri: vt l. j. §. de his quę in test. del. & l. cancellauerat. & C. de tes. l. ambiguitatē. & si vnus. qđ dicit vt not. Bar. in l. acta. & l. actorum verba. ff. de re iudic. ¶ Posset tamen argui in contrarium, ꝙ si esset cancellatio archiui publici stetur cancellationi: quia reperitur instrumentum cancellatum apud creditorem. i. fiscum. vt l. labeo. ff. de pact. C. de sol. l. iudicium. Item quia apud ꝑsonas authenticas, & fide dignas: vt C. de fide instr. aut. ad hęc & qđ no. J. eo. ti. c. cū causam. sed qa opinio verior est, quia in fisco det apparere de solutione, aliàs non valet cancellatio. tex. est no. in l. j. C. de apochis publi. li. x.

CAP. XII.

1 *Testis vilis & non fide dignus non debet recipi in causa criminali.*
2 *Statutum quod homicida non puniatur nisi in x. solidis, an sit validum.*
3 *Reus licet semper perseueret in negando, tamen si crimen sit probatum per testes, debet condemnari si plenè sit probatum.*
4 *Iudex an possit recusari tanquam indiscretus.*

AD nostram. Si ꝓbari potest reum deliquisse, eius purgatio ꝙ non deliquerit, recipienda non est. Et primò ponit prauam consuetudinem quā secundò cōseruari prohibet. Ibi, volentes. ¶ Casus. Consuetudo erat in regno Datię qđ sacerdotes & clerici de aliquo crimine accusati, si iurabāt se non deliquisse, ꝑ tale iuramentū sic innocentiā probabant, & qđ per testes fide dignos nō poterant conuinci de crimine. Queritur an dicta consuetudo valeat. Papa dicit ꝙ non. primò, qa est quędam pestis per quā dat materia delinquendi. Secundò, qa est contra omne ius tam diuinū q̄ canonicum q̄ ciuile non solum positiuū, sed tñ reipublicę necessarium. Tertiò, qa ꝓbatio negatiuę per iuramentū partis nō dēt recipi ꝯ affirmatiuam probationem testiū. Quarto qa istud est iuramentum purgationis quod non admittit vbi de crimine cōstat.
1 ¶ † In text. ibi, testibus fide dignis. no. ꝙ testis vilis & non fide dignus nō debet recipi ī cā criminali: & ideo infamis infamia facti non facit probationem in causa criminali, ſm Ber. nec in causa ciuili ardua etiam si essent plurimi infames. tex. habuisti singularem. s. eo. licet causam. §. quidā vero. Ibi, nagatiua ꝓbat. No. ꝙ statuta in se fauorabilia delinquentib. sunt odiosa legi & naturę & sacris moribus & non possunt à principe ꝯfirmari: qa desipit q sic sapit & quoddāmodo furios' est. ar. ī l. pe. ff. de ꝯdi. inst. & C. de fur. aut. nauigia. & iō statutū qđ nō possit ꝓbari homicidium nisi ꝑ x. testes
2 nō valet. ¶ † Itē ꝙ nō puniat homicida nisi i x. solidis, nō valet: qa parua pęna non timet imo acuit ingenium delinquēdi. Sed quod homicida possit occidi ab heredibus interfecti valet qa meruit: vt ff. de ver. obl. q seruū. & hoc casu priuatus hēt gladij ptātē quę alteri delegari nō pōt. glo. est fin. ſm Io. ff. de vi & vi ar. cū fundū. & nō est alibi hęc gladij ptās. qa iurisdictionis est, pōt exerceri tam incōtinēti q̄ ex īteruallo; nec qa dr ipse occidere, sed lex vt l. palā. ff. de ri nup. vbi tex. no. C. de leg. l. ab administratione. in fi. ¶ Opp. ꝙ negatiua facti proprij pōt directo probari. supra. e. c. tertio loco. & singulariter no. ff. de acqui. hęre. l. Pātonius. §. rei perduellionis. So. ad c. tertio loco dic vt ibi. ad §. rei perduellionis. dic ꝙ nemini pręiudicabatur, nec apparebat probatio in contrarium. ¶ Ibi, purgare videbatur contrarium triplici rōne. primo quia ista consuetudo erat approbata per regem, & per totum regnū. Secundò qa erat approbata ꝑ totū clerū. Tertiò, qa sacerdos vr obtinere locū duorū testium. ar. ff. đ adop. l. si cōsul. & inf. de tes. cum esses. truffę sunt: quia rex & regnum non possunt approbare consuetudinem inhonestā & pestiferam. ¶ Dicit Inn. ꝙ cōsensus regis nullū tāquā iniquę legi robur tribuit. No. contra confirmationes statutorum quas faciunt officiales ecclesię romanę, ꝙ non valent, si sunt contra bonos mores. & iustitiam naturalem. tene menti. Nec potest. dici, ꝙ iura naturalia possunt distingui: vt C. si contra ius vel vti. pu. l. ñ. quia hic nulla cadit rō distinctiua: vnde nō eēt distinguere, sed perimere. ¶ Ibi, dumtū. no. ꝙ ꝓbatio affirmatiuę excludit vires negatiuę. no ff. de ar. l. non distiguemus. §. si arbiter. ¶ Ibi, neminē audiatis. op. quia coniunctus pt appellare, si non est confessus: vt C. quorum ap. non reci. l. ij. so. illud verum, si probat rem aliter se
3 habere. ¶ † Et no. hic expressę. ꝙ licet reus pseueret semper in negando: tamen si est ꝓbatū crimen ꝑ testes, dēt condemnari, dum tamen sit plenè probatū: aľs eēt opus ꝙ confiteretur saltem ꝑ tormenta ꝑseuerando in ꝯfessione & loquor de indicijs sufficientib. non de indicijs iure contrarijs. vt ff. de quæstio l. maritus. quę indicia debent, precedere torturam non sequi: vt ibi no. tam quia prępostera, & destructo principio ordinis totus ordo destruitur. ff. de pac. l. si cum te. §. fi. alias incipit, si debitorem, tñ quia ꝑ iniuriam fa-
4 ctum nō ꝯualescit vt C. de ap. l. si qui ꝓuocatione. ¶ † Itē not. ar. ꝙ iudex pōt recusari tanquam indiscretus sicut tamquam suspectus: licet suspicio sit ex vna parte: sed indiscretio sit ex vtraquę idē si cōsueuit esse iniquus: quia licet possit vtraquę partē intercipere: tñ non tenetur quis se committere iudici indiscreto, vel iniquo. & non reperitur melior tex. in iure. & ideo no. Bal.

CAP. XIII.

1 *Probatio vna sufficiens & perfecta an surgat ex pluribus imperfectis.*
2 *Species probationum diuersę an & quando probent.*
3 *Probatio instrumentorum est valida in factis antiquis.*
4 *Directum dominium quid sit.*
5 *Pręscriptio quedā pro veritate hr, si non apparet eius aduersatiua possessio.*
6 *Instrumenta quędam sunt finium directiua.*
7 *Fama adiuncta cum consuetudine facit ius.*
8 *Fama actu suo proprio perseuerans nihil aliud est quàm notorium.*
9 *Prelati possunt agere inter se iudicio finium regundorum.*
10 *Prouocans alium in campo bellico ad bellum nisi vincat, habetur pro victo.*
11 *Adminicula in factis antiquis multum iuuant.*
12 *Fides instrumentorum actorum & testium potest spacio. c. ann. deperire.*
13 *Dominium an transeat ex sententia erronea iudicis errantis possessione eo nomine acquisita.*

CVm causam. Fines diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam secūdam ibi, mandamus. ¶ Casus. Colubriensis & Egitanensis episcopi diu litigauerunt super confinibus episcopatuum, quia nō apparebant limites. Quęritur quid iur. Papa mandat iudicibus qđ procedant secundum diuisionē quę designatur per libros antiquos, vel alio modo, nec non per testes, famā, vel quęcunque alia adminicula. not. ex argumentis & adminiculis causam decidi. de hoc. ff. ad tre. l. qui filium §. fi. ¶ Item ex signis. J. c. proxi. & de suc. ab inte. cū dilectus. & quę non prosunt singula, multa iuuant: quia iudex inquisitor veritatis debet cuncta rimari, nec astringere animum suum ad vnā speciem probationis: quia vna spēs coadiuuat alteram, & confirmat. vt l. iij. §. j. ff. de testib. sicut in corpore humano ex mēbris multis sibi inuicem cohęrentibus fit perfectum corpus. vt ff. de vsuc. l. rerū mixtura, & in melodijs ex multis ꝯsonantijs ꝯstat armonia siue quędam essentia. est eni essentia integritas quędam ex ꝓprijs suis ꝯstans, q̄ & forma dicit cui nihil est detrahēdum. vt ff. ad l. fal. l. is quadringēta §. qdam, tñ sicut est reperire in musicis tonum, & semitonum, ita in iudicijs est reperire ꝓbationem & semiprobationem q̄ adminiculis eget, vt in mente iudicijs plenè sonet: vt hic.
1 ¶ † Sed op. quia plures species excusationis imperfectæ non faciūt vnā perfectam: vt ff. de exc. tu. l. ij. §. j. & C. qui numero tutelarū. l. j. ergo ex plurib. impfectis nō surgit vna pfectio, & sic nec vna solida & sufficiens ꝓbatio. So. ista non sunt sīīa: qa multū differet fides animi q est de re iam facta ab essentia ꝓducēda alicui' rei. ī ꝓbationib' eni surgit opinio ex diuersis ꝯiecturis: qa cedūt ad eandē cōclusionē finalē. & habēt causas & similitudines & ꝯsonātias cōtextas & inuicem colligatas vt C. de pęnis. l. q̄ sniam ī illo verbo, in vnum

vnum cōſpirātes,cōcordātesque in vnū rei finē tendunt. ¶ † Ex
quo tex.ſm Old.de laude infero hāc theoricā,qđ ſicut teſtes ſin-
gulares non ꝓbāt: quia in diuerſum eunt, ita ſpecies probationū
diuerſę ſi variāt effectus,nō probant:ſed ſi vna infert in alterā ali-
quid fieri,& altera in alterā, ita qđ animus iudicis plenè informat:
tales ꝓbationes nō dicunt ſingulares, nec diſcrepātes: ſed dicūtur
ꝯtextuales & ꝯferentes ſiue ꝯcurrentes ad eligendū vnā debitā cō
cluſionē:& tūc eſt vera illa rēa.& ꝙ nō ꝓſunt ſingula multa iuuāt.
nā intellectus informat rōnib. ꝙ ſunt eius nerui : & oſſa iudiciorū
ſunt probationes : & caro eius eſt materia ſup qua : & ſanguis eſt
veritas: & caput eſt iudex:& pedes ſunt executio. ¶Et iſtas ſimili-
tudines pono:non ꝗa verboſus,ſed quia ſciētiā noſtrā traho ad na
turalē intellectū, ſicut ex medicina & philoſophia fit ꝑfectus me
dicus,& ſciēs ius ciuile & canonicū efficit ꝑfectus legiſta.Et niſi iu
riſta ſciat canones,nō guſtat hāc dulcedinē, nec pōt practicā legū
& iudiciorū ꝑfectè cognoſcere:Et ꝗa pedes ſignificant executio-
nē,iō poſſeſſio à pedib.dicta eſt,quaſi pedū poſitio.ſicut eīn ſedē
do & quieſcendo fit animus prudens.ita poſſidendo & permanē
do fit hominis volūtas locuples quāꝗ̃ auaritia nūꝗ̃ dicat, ſufficit,
Ibi,antiquos,in camera egregię perſonę repertos. ꝭ. de reſcr. ad
audientiā.Ibi,alio mō puta per recognitionē.ꝭ.de cēſi. cum olim.
3 ¶ † Ibi,melius.i. cōmodius. Nā in factis antiquis nulla eſt melior
probatio ꝗ̃ inſtrumentorū:vt ff.de proba.l.cenſus. recurrit enim
ad memoriales antiquos,tanꝗ̃ ad ſtipitem veritatis,ꝙ in ęternum
permanet cū hac diffinitione. nā aūt veritas creat ab homine , &
iſta pōt mutari:vt ff.finiū reg.l. eos. aut ab immutabili rerum na-
tura,vel ſitu perpetuo, ſicut ſunt montes & flumina conualliū:ꝗa
diſtinguit territoria & ſunt fines ęterni:& ī his ſemel verū:ut hic,
& no.ff.de dā.īfe.l.ꝗ bona.§.ſi ꝗs ſtipulaturus.Hinc eſt qđ ꝑ p̄ſcri-
ptionē non acquirit directū dñium:ꝗa quo ad ſuum principium,
4 hēt obicem directi dñij,& per conſequēs veritatis.¶ † Porro dire
ctum dñium veritate conſtat:vtile aūt fictione:& vtile dñium eſt
quędam ſeruitus.& ideo non p̄ſumit: ꝗs oīs res pręſumit libera:
vt ff.de no.ope. nun.l. ſi prius. Eſt aūt directum dñium qđ ꝗs ha-
bet de iure gen.Vtile qđ quærit pręter ius gen.ar.ff. de reg. iur. cū
amplius.§. is natura debet.& inſti. de re. diui.§. ſi quis à non dño.
& tñ ſi fieret ſtatutū,qđ per pręſcriptionē acquireretur directum
dñium,tale ſtatutum valeret. Nā idem pōt ſentētia ſtatuti qđ ſnīa
iudicis,quæ pōt directum dñium transferre:vt ff.de ſta.li.l.ſtatu li
5 beri.à ceteris.§.Quintus.& no.inſti.de offic.iu.§.fin.¶ † Porro eſt
quędā p̄ſcriptio quę pro veritate habet,ſi non apparet eius aduer
ſatiua poſſeſſio:vt ff.de aqua quoti.& ęſti.l.hoc iure.§. ductus aq̄.
& ſingulariter no.in l.j.C.de ſerui.& aqua.¶ Amplius ex nominū
diſtinctione habes hic,qđ aliud ſunt inſtrumenta aliud teſtes. ſed
ex iſtorū vocabulorū confuſione & etymologia, inſtrumentorū
noīe continentur teſtes:vt ff.de verb.ſig l.notionem.§. inſtrumē-
6 torū.¶ † Itē ſcias qđ quędā inſtr̄a ſunt finiū directiua : vt hic & in
ducunt notoriū actu permanens.quędā enūciatiua, & illa faciunt
adminiculū,ſed nō plenā fidem ad intentionē fundandā ſed coad
iuuandum ſic.ita intelligitur.l.no.C.de cōtrahē.& cōmit. ſtipu.l.
optimā.& C.de iur.deli.l.cū aliquis.& ar.in l.j.§.j.ff.de flumi.Item
ꝑ exercitia iuriſdictionū,& redditus antiquos,& nauigia & peda-
gia ac thedoma probant fines antiqui,& poſſeſſio:vt ſ̄.de offi.Ar
chi.dilecto.& ſ̄.eo.ti.l.licet cauſam.¶Itē qđ dicit hic de teſtibus,
dic qđ etiā de eo qđ viderūt,& intellexerūt ī pupillari ętate : & ēt
de eo qđ viderūt & ītellexerūt in ętate decrepita, quę vulgo dicit
redire ad puerilem:ꝗa vita hoīs pauido id eſt circulo terminat, cū
de capite & pedibus fiat quaſi circulus mēbrorū,& corporis plica
tura poſſunt teſtificari:vt ff.de fide inſtru.l.fin.niſi languor corpis
7 auferret cōſiliū mentis: vt ff.de teſti.l.in aduerſa.¶ † Itē not.hic ꝙ
fama dr̄ adminiculū:ſi tñ eſſet cōiuncta cū conſuetudine facit ius:
vt no.ff.de neg.geſt.l.atꝗ natura.§.cū me abſente.& facit.C.de rei
8 ven.l.indicia.¶ † Itē fama actu ſuo ꝓprio perſeuerans, nihil aliud
eſt ꝗ̃ notoriū:vt no.Inno.ſ̄.de iur.calū.cū cauſam. dicit Innoc. qđ
fama licet nō probet,eſt tñ adminiculū.dicit Inno.qđ ad agēdum
finiū regundorū ſufficit poſſeſſio ēt ſine titulo,intellige de titulo
finiū demōſtratiuo,nō de titulo pricipali:vt ff.cōmuni diui.l. cōi
diuidūdo.§.inter prędones.¶Itē dicit Inno.qđ licet ep̄atus ſint di
uiſi etiā ante aduētū Xp̄i:tñ poſſunt eſſe nō diſtincti ep̄atuū fines,
& tūc papa ꝗ eſt vicarius.Xp̄i debet diſtīguere authoritate cano
nis aliquādo ex iuſta cā cōcedunt occupāti. Inno.quaſi paria ſint
ex nullius bonis eſſe,& nō apparere in cuius bonis ſint,nec appare
re poſſe.ff.de cōtrahę.emp.l.in lege.& l.rutilia.qđ eſt valde no. ꝓ
finibus cōitatum & caſtrorū, vt pręſumant illius eſſe ꝗ primò oc
cupauit.ff.de acqui.poſ.l.rē ꝗ̃ nobis.vbi videas.& tene mēti, ſicut
ēt & vicinitas & aptitudo ſicut actus ſunt argumēta dominij. inſti.
de re.diui.§.inſula.Ita conſuetudo & opinio circūſtantiū.ff. de flu
9 mi.l.j §.fi.¶ † Itē no. etiā qđ prelati poſſunt agere inter ſe iudicio
finiū regundorū:officiū autē & ptās iudicis eſt fines cuſtodire , ſi
apparent,qđ ēt per ſcripturā lapidū antiquorū ꝓbari pōt vt elegā
ter no.ꝑ Bar. & ꝑ Accurſ.C.de reli. l. monumentorū. Si aūt turba
ti ſunt fines,debet emendari qđ malè geſtum eſt.ut l.agraria.ff.de
ter.mo.qđ ſi nihil apparet,debēt fines de nouo apponi iuxta con
ſilium geometricum:vt C.finiū regundorum.l.ſi quis ſuper. & ff.
de arbi.l.inter caſtellianū.Item ſequitur id qđ veriſimile eſt, ma-
gis ſequi vias publicas & regales in deſcriptione finiū iuriſdictio-
num quā vias paruas & vicinales quæ ſubiectę ſunt multis muta-
tionibus. vt eleganter.no.ꝑ Ioan. And. in nouel. ꝗd ſi vtraq; pars
ęqualiter ꝓbat? videt ꝙ neutra vincat,vt not. ſ̄. c. licet cām. quo-
niam natura parū hęc eſt,ꝙ vnū eſt qđ aliud ſuperare nō poteſt,ſi
ſunt ꝑ oīa paria:ſecus ſi ſunt paria natura,ſed nō priuilegio: vt ff.
de fideicō.liberta.l.generaliter:& in c.duobus.de reſcrip.li. vj. per
10 Ioan.Mo.¶ † Et in cāpo bellico ille qui aliū ꝓuocauit ad bellū,niſi
vincat,habet ꝓ victo:quia non ꝓbat qđ aſſumpſit ꝓbandum. reo
aūt ſatis eſt ſe defendere.arma enim defendibilia ſibi ſufficiunt.de
materia huius exempli tractaui in nouo opere meo ſuꝑ vſib.feu.
de pace te.& eius violatorib.c.j.§.ſi quis ruſticū. col.x.caue tibi:ꝗa
ibi loꝗtur.ſ.in c.licet cām qñ obſcuritas eſt in poſſeſſorio retinen
dę:ſed iudicium finium reg. eſt petitorium , vel ſaltē mixtum in
quo ex obſcuritate officium iudicis potius orit ꝗ̃ deprimat:ꝗa ex
ambiguitate naſcit. iōq; iudicis arbitrio aut declarant aut ꝯſtituū
tur termini:qđ in poſſeſſorio retinēdę iudex nō poſſet facere:ꝗa
ex poſſeſſione nō ex arbitrio iudicis cōſtat.inſti.de interdi.§. ho-
die.¶ Vltimò no.qđ adminicula nō ſunt ꝓbationes de per ſe, ſed
auxilia aliarum ꝓbationū,quas cęteris paribus alijs faciant pręua-
11 lere.ff.de iureiurand.l.ſi duo patroni.in prin.¶ † Itē no. qđ admi-
a nicula multū iuuant,& valent in factis a antiquis.tene menti iſtum
tex.aliqñ tñ ꝑꝑ iniquitatem tꝑis perit probatio.vt in aut. hęc con
ſtitutio innouat conſtitutionē ꝗ̃ pręſcri.c.an.&c.col.viij. vbi tex.
& glo.ſic dicit vix inuenit aliꝗs.c.annorum ꝗ probare poſſit tan-
ti tꝑis ſpaciū: cū nec documēti integritas nec actus fides,nec ętas
12 valet teſtib. ſuffragari.ex quo tex.† patet ꝙ fides inſtr̄orum,acto
rum & teſtium poteſt centum an.deperire. Quis eīn nouit vtrum
fuerit notari⁹ necne.ut C.de fal l.ſi ꝗs decurio.Si tñ inſtr̄a reperiū
tur in loco ſolēni bñ cuſtodita , vel quibus ex conſuetudine detur
ꝑpetua fides , vt in archiuo publico,& eccleſiarū codicibus pluri
ma vera & indubitata continētibus,ſtandum eſt ipſis. & id qđ eſt
indubitatum facit valere dubitatū.ar.ff.de eden. ſi quis ex argēta-
rijs §.ij.vbi tex.no.Itē no.qđ queſtio eſt vtrum per ſententiam de
claratoriam transferatur dñium.Nam vr̄ qđ detur publiciana: vt
ff.de pub.l.eum qui.§ petenti. ¶ In contrarium facit.ff. de acqui.
poſ.l.pōponius § ſi iuſſu.ff.de iureiu.ſed & ſi poſſeſſori. poſt prin.
tñ hoc dubium procedit in rei vēdi. ſed in duplicibus iudicijs non
eſt queſtio:quia ius ſpecialiter dat hanc poteparem iudici,ut de iu
re vnius pro bono pacis poſſit alteri dare cum debita recompēſa-
tione:vt C.cōmuni diui.l.ij.& inſti.de offi.iudi.§.fi.aliter enim nō
eſſet poſſibile vincere abſq; cōtentione : ut l.ſi cōi.ff.de ſer.ruſti.
prędio.& ff.de l.ij.l.cū pater.§.euictis & l.ij.C.qñ & qui.quar.pars
debe.lib.x.& ff.de vſufr.l.ęquiſſimū.Et ideo non valet pactum in
ter conſortes,ꝙ res in perpetuum non poſſit diuidi. ut ff. cō.di-
ui. l. ſi conuenerit. aduerte tu qui vis nodos legū diſſoluere. nam
aut ille qui fuit pronunciatus dñs in rei ven.nūc agens ꝯ̄ tertium
poſſeſſorem vult inniti ex dominio,& debet probare ſe dñm vel
probando antiquum dñium,vel probando modernum , quo ca-
ſu debet probare victum fuiſſe dñm: ꝗa res inter alios acta &c. &
iſta probatio eſt difficilis aut inducit ſnīam pro titulo:quia titulus
iudicati titulus eſt:ut ff.de noxa.l. & generaliter. ¶ Itē introducit
poſſeſſionem ex eo,& tunc ſumus in publiciana,in qua non opor
tet probari dñium:ſed apparatum dñij vſucapiendi conditionē:
vt ff.de ꝯhen.emp.clauibus.& inſti.de act.§.alię.& ita intelligit di
ctus.§.ſi petenti.nā tituli à titulantibus dependent, nec requiritur
conſenſus alterius extranę ꝑſonę. & ideo in titulo acꝗrendo pñt
alij alijs p̄iudicare ꝑ occaſionem vſucapiēdi: ꝗa iſta eſt inuētio na
dita à p̄tore:alioꝗn ſi inſtrumenta inter alios acta non facerent fi-
dē de titulo,eodē modo nec teſtes.& fatuus fuiſſet p̄tor publicia-
nā introducens.¶ Itē ſi iudex ꝓnūciauit alternatiuè rem eſſe meā,
vel quaſi,iſta ſententia cōtra alium nō ꝓbat,hoc eſſe, ſed ꝓbat ini
13 tium futuri eſſe.i. futurę vſucapionis & publicianę. ¶ † Et no. qđ
ex ſola erronea iudicis errantis poſſeſſione eo nomine acquiſita
tranſit dñium:quia facit ius inter partes:ut ff.fami.her.l.cum pura.
& ff.de pecul.l.eo tꝑe.in prin. ꝗa error qui tranſit in rem iudi. hr̄
pro ueritate non natiua,ſed datiua:quia ſemel falſum ſemper fal-
ſum dr̄:ut c.cum ęterni.lib.vj.de re iud.ſicut contra ſemel verum
ſemper verū dicitur,ſi ad originem referatur:vt ff.de leg. ij.l.cum
filius.§.hęres.poteſtas aūt potentię hęc eſt,ꝙ non verū habeatur
pro vero,vt ſit litiū finis:vt ſing.no.ff.de condi indebi.l.ſi non ſor
tem.§. hæredi.Bal.

ADDITIO.

a Vide, latiſſime per. d. Iaſ. ubi multa aggregauit in l. cum aliquis in ij. col. cum ſeq.C.de iure deli.

CAP XIIII.

1 *Medici aliqui licet ſint recepti ad inſpiciendum vtrum debeat remanere cicatrix, & eorum dicta ſint publicata, alij tamen adhuc recipi poſſunt tam ad petitionem alterius partis, quàm ex mero officio iudicis.*

2 *Signum ostendit signatum.*
3 *Perito cuilibet in sua arte licet sit credendum, an tamen & quando vni soli credatur.*
4 *Negatiua corporea potest probari per visum & tactum.*
5 *Puella an sua presentia & conuersatione dicatur maritum spoliare.*
6 *Virginitatis priuilegia quæ sint.*
7 *Virginitas coronatur.*
8 *Ciuitas dicitur coronari virtutibus ciuium.*
9 *Dos puellę an possit interim per eam repeti.*

CAusam matrimonij. Possunt reprobari matronę per quas virginitas puellę probatur. secunda ibi, mandamus. ¶ Casus. Quædam puella Senensis contraxit matrimonium cum quodam iuuene, & traducta fuit ad domum illius: quæ parum post discessit ab eo, & monasterium est ingressa. ille iuuenis repetebat eam quam se carnaliter cognouisse dicebat: ipsa dicebat se virginem & monacham & hoc pbauerat per quasdā mulieres q̄ ad inuestigāda signa virginitatis ex parte puellę fuerāt introductę. Quærebat quid fiendū: Papa mandat dictam puellā vsque ad litis terminū poni in dicto monasterio qd̄ intrauerat, vt ibi securè valeat morari & φ hoc facto recipiantur probationes viri contra illas mulieres quæ illā puellā virginē affirmauerant necnon recipiant aliæ probationes vtriusq; partis negocium cōtingētis: nam qa sæpe fallit tactus & oculos in prędictis, mandat dictis iudicibus quatenus adhuc honestas matronas, & prouidas, & prudētes curēt deputare ad inquirendum vtrum dicta puella virginitatis candore & priuilegio sit munita. ¶ Ibi & monachā & tūc si est in pos. monachatus debet defendi per syndicū monasterij cū nō habeat propriū. de accu. c. ex parte. & no. ff. de inoffi. testa. l. si instituta §. j ¶ Ibi, ponatis. exiuerat enim de monasterio ad faciendum
1 se inspici s̄m Ber. Ibi, postmodum. ergo non primò. ¶† Ibi, probationes. no. ar. quòd licet aliqui medici sint recepti ad inspiciendum vtrum debeat remanere cicatrix, & eorū dicta sint publicata: tamē ad huc alij recipi possunt tam ad petitionem alterius partis, quā ex mero officio iudicis. qd̄ est nota. ¶ Ibi, signa virginitatis. nota vir-
2 ginitatē probari per signa. ¶† Itē signum ostēdit signatum: sicut cicatrix faciē deformē ostendit: & stigmata ostēdunt militē & fabricēsem. vt C. de fabricen. l. stigmata. & habitus monachū & clericū. vt in. c. si iudex. de sent. excom. li. vj. clamis militē, purpura regem, stola sacerdotē, toga aduocatū, bricus rusticū, cucula monachum. vt legit̄ & not in l. j. C. nulli licere in frenis equestribus. li. xj. hi sunt proprij habitus hominum notabiles: ex qbus talis quis præsumitur, qualis in habitu reperit̄. c. in audiētia. de sentem. excom. sunt & alia accidētia quæ magnā partē conferunt ad cognoscendum quid est hoc. vt C. de ser. expor. moueor. & sic est arg. φ accusatus de adulterio debeat absolui si signa virginitatis appareant in puella. ¶ Ibi, curetis. ex officio pp̄ter periculum pp̄ter qd̄ est semel probatū φ iterum de eo quærit̄ cōtra id. s. de offi. dele. licet. ¶† Item. no. quod
3 cuilibet perito in arte sua est credendum: non tñ creditur vni soli, nisi forte non reperiat in ciuitate, nisi vn⁹ fidedignus. vt legi. & no. in auth. de non alie. §. & vt neq;. nec distinguo inter artes mecanicas & alias: vt ibi no. Ad id autē qd̄ dixi de vno teste, a facit id quod
a dicit lex de vno interprete. vt. ff. de verb. obli. l. j. in fin. qui tex. nō reperitur alibi. Nam ille tex. vtitur singulari numero dum dicit, per interpretē. & non requirit plures. & quotidie text. ille ad hoc allegatur per Barto. & alios. No. principaliter tria in isto. c. φ iudex debet locum securū pūidere partibus vt ff. ad treb. de ętate. Item oēs probationes quę tangunt negocium, sunt admittédę. itē mulier inspecta iterum inspicitur propter periculum animarū. Ber. item manus & oculus qñq; non discernunt verū. no. φ visus aliqñ fallit propter difficilē discretionē: sicut video cucurbitā crescentē, & nō video atomos ēt si tota die affigrē intuitū, vt dicit glo. insti. de re. diui. §. j. & ff. de vsuf. vsufructuarius. §. si vinarijs. & aliqñ statim video & statim nō video vt aquam currentē propter eius velocissimū motū: & fulgur cadēs de celo. ¶† Itē not. φ negatiua alia est corporea,
4 & ista pōt probari per visum & tactū, vt negatiua virginitatis: alia est incorporea. & ista nō pōt pbari p visum & tactū. vt insti. de re. corpo. & incorpo. ¶ Itē no. φ aliqñ sensus decipit circa ppriū obiectū p p defectū intellect⁹, vel virtutis sensitiuę. Itē not. de priuilegio virginitatis. & est arg. φ magis creditur testimonio virginis quàm testimonio viduę, qd̄ est no. Itē in mēsa & in itinere semper virgines debent pręcedere viduas. & adde qd̄ nota. in. l. j. C. de indi. vidu.
5 ¶† Op. ista puella spoliauit maritum sua pręsentia & conuersatione ergo maritus debet restitui ante oīa. Sol. præsentia & conuersatio & reliquus famulatus sunt quędā extrinseca, & ambages, nec p hoc vxor spoliat maritū, sed ipam in: sed qñ ē carnalr copulata, tūc dr̄ spoliare seipsam & pcederet oppositio. Nā anteq̄ vir cognouerit eā, nō ē spoliat⁹ vir possessiōe finalis causæ m̄rimonij, postea sic. vt l. j § pe. de iust. & iur. ¶ Vnde conclude quòd spoliatus possessione finalis causę dr̄ spoliat⁹ re: secus si est spoliatus qbusdam pręludijs; & ido si vir petit se restitui ad oscula, nō pcedit petitio. vt. s. de restit. spo. ex transmissa. ¶ Item hic ideo non fiebat restitutio, qa inde pō-
1 terat sequi periculū animę, & fieri impr essio virginati. vt l. j. C. de rap. virg. & ideo colligit media via, vt interim nec vir satiet suā concupiscentiā, nec puella habeat liberum volatum, sed stet in monasterio qd̄ intrauerat tanq̄ apud tutum sequestrū. ¶† Quærit glo. quæ
6 sunt priuilegia virginitatis: dic vt in gloss. & adde φ viduę quę seruant viduitatē non procul à virginitate ponunt. vt in auth. de non
7 eli. secun. nuben. §. optimum. ¶† Item no. φ virginitas coronatur. Porro in virginitate viuit gloriosè ī matrimonio pudicè. ff. ad treb. l. mulier. §. cū proponeret. in vera viduitate viuitur castè. vt not. C. ad. l. iul. vi secllam. l. fin. In concubinatu viuitur impudicè, licet tolerabiliter: vt ff. de concu. l. in concubinatu. ī stupro viuitur damnabiliter: sed damnabilius in adulterio. ut ff. de quæstio. l. si qs viduam. damnabilissimè aūt in incestu, vbi ius & natura patiuntur. vt ff. de adul. l. si adulteriū cum incestu. & par delictum est cum moniali: vt C. de epi. & cleri. l. ij. in fi. l. si quis non dicam rapere. Ex his tñ amplexibus pōt nasci vir bonus. sed pessimū oīm est peccatū cōtra naturam ex quo nihil creari pōt: vt C. de adul. l. cum vir. & ff. de postu. l. j. § remouet. de quo crimine dānati ēt si dānarent in centū solidis ex forma alicuius statuti non pñt facere testim. ar ff. de test. l. cū legē. s̄m Ia. de Bel. Sed ibi ex gn̄e infamię phibet qs testari: & est ibi spā le. nam regulariter nullus dānatus phibet testari nisi ex gn̄e pęnę. vt ff. de pę. l. qd̄ statum & aīa imperat virginitatis, corpus castitati.
¶ Item coronari dēt ille q rēpublicā tuet: vt l. j. C. de athlet. li. x. no. ff. de postul. §. bestias. ¶† Item ciuitas dr̄ virtutibus ciuium corona
8 ri vt l. vnica. C. de metro. li. xj. ¶ Vltimò tene menti in isto. c. φ tres sunt casus, φ aut puella est nupta, sed nō cognita, nec ducta: & nō pōt peti eius restō. idē si ducta & non cognita: qa pōt ingredi monasteriū. Casus est hic notabilis: sed si est cognita ēt per vim nō pōt sui spoliare maritū ɔ̄ria vi & ppria authoritate, nec pōt ingredi monasteriū: qa gloria virginitatis nō est in ipsa. ¶ Not. φ puellę maximè Senēses appetūt amplexū sposi: Papienses nō recedūt ab ipso, & merito, qa s̄m naturam. ¶† Quæro an dos istius puellę possit interim
9 per eam repeti? respon. non, quia dos est accessoria vnde interim stat in suspenso vt ff. de exce. fundum titianum: & l. fundi. ver. item si. vbi dicitur, quòd suspenso principali suspenditur accessorium. in terim igitur dum fuerit ista puella in sequestrum, ita & dos. j. de do. inter virum & vxo. c. per vestras. ¶ Quæro quid ecōntra si puer timeat impressionem mulieris luxuriosę. respon. idem, licet hoc raro cōtingat: vt no. in l. j. C. de rap. virgi. in gl. q̄ incipit; idē ecōtra. quę gl. nō est alibi. dicit Inno. qd̄ mulieres quæ nō sunt discretę, vel non sunt honestę nō admittunt ad testificandum de virginitate. imò ēt si essent nobiles naturali origine. ff. de verb. sig. mater. vnde meliores sunt boni mores quàm nobilitas. tex. ibi singularis. Bal.

ADDITIO.

a ¶ Vide aliqua in simili per Feli. in rub. extra de consti. co. pe. & vide etiam eundem in c. proposuisti colum. iij. de probat. & in c. ad audientiam col. ij. in fin. & seq. de presc̄ri.

CAP. XV.

1 *Reus an post conclusionem in causa possit dicere quod non fuit lis contesta.*
2 *Ecclesia potuit componere, & non composuit: an potuit in integrum restitui aduersus compositionem omissam.*
3 *Acta coram vno iudice an faciant fidem coram alio.*
4 *Originalia an debeant remanere penes notarium, an pęnes curiam.*

CVm bonę. Acta habita coram iudicibus primis probant coram secundis. Et primò ponit hic cuiusdam ɔ̄missionis formā bimēbrē. scd̄a ibi, alioquin. ¶ Casus. Quæstio vertebat inter quendā abbatē & quēdā epm̄. Abbas dicebat se spoliatū ab epo: cū aūt causa per appellationem ad Papam deuoluta fuisset, acta originalia iudicij remanserunt apud priores iudices. Quęritur quid fiet. Papa dat nouis iudicibus in mandatis primò vt requirant acta supradicta diligenter: & si quæ partes vellent proponere in scriptis, remittantur ad Papam. Si autem non inueniantur acta cum non reuocetur in dubium de contestatione lit. recipiantur testes de nouo: & si partes vellent aliqua proponere super tractatu compositionis fiendę inter dictas partes super prædictis causa remittatur ad Papā sufficienter instructa. i. in statu in quo est ibi acta tam super statu quàm super spoliatione. Dicit Innoc. φ si Papa mandat alicui φ faciat sibi exhiberi oēs pcessus alicuius causę, si qdem alius de ipsa cā cognoscebat, elidunt literę p exceptionē, nisi de dependentia litis sit facta mētio: secus si partes essent absolutæ ab obseruatione iudicij. ergo p talem absolutoriā ab obseruatione iudicij nō cōsumunt acta in factū respicientia cū edi debeant nisi talis absolutoria esset lata propter ineptitudinem iudicij: vt ff. de iur. fis. fiscus per Bartol.

¶ Ibi,

¶Ibi,cũ non reuocatur in dubium.no.optimũ tex. ꝙ si testes sunt
1 recepti in cã,p̃sumitur lis cõte.nisi hoc neget.¶† Quæro hic, vtrũ
post cõclusionẽ in cã possit reus dicere ꝙ nõ fuit lis conte.& vr̃ qđ
non:qa per processum ad sequentia præsumont præcedẽtia,vt hic,
& ff.de acqui.hæred.illud.¶Item qa post conclusum in causa nihil
põt allegari.vt no.s̃.c.qm̃ contra.¶ In contrariũ vr̃ ꝙ hæc allega
tio cõstat ex actis.nã qđ in corpore actorũ nõ ꝯtinet, nec factũ vr̃.
¶Itẽ qa oẽs negationes sunt liquidę iuris præsumptione, cum sint
probatæ eo ipso ꝙ non ꝓbat ꝯriũ.¶ Itẽ ista allegatio est potius le-
gis quã fori.so.acta loquũtur:& vbi nõ loquũtur acta,nec nos loqui
mur:vt s̃.eod.qm̃ ꝯ falsam.§.fi.& talis allegatio potius est iur.quã
facti:quia probatur per rationem disputandi.si autem reus non ne-
gat,non potest per alium cuius non interest in dubium reuocari.
& ita intelligit hic.& licet per negationem fiat res dubia : vt C.qui.
ad li.procla.non licet l.fin.tñ per silentium non fit res dubia. Casus
est hic multum mirabilis. ¶Not.ꝙ vbi attestationes sunt perditæ,
possunt de nouo ꝓduci testes etiam post dīdicita vetera testificata.
2 ¶† Et not.ꝙ licitũ est inter ecclesias, & ẽt laudabile habere tracta-
tũ sup̃ cõpositione.Sed nunquid si ecclesia potuit cõponere, & nõ
cõposuit,poterit in integrũ restitui aduersus ꝯpositionẽ omissamẽ
& quadã gl.no.etiã tex.vr̃ ꝓbare ꝙ sic,ff.de mi.l.si ex cã.§.nũc vi-
dendum.hoc verum si in tractatu erat sic conclusum.al's secus:quia
tractantibus licitum est pęnitere:vt no.in l.elegãter.post prin.ff.de
3 condi.inde.¶† Quæro nũquid acta corã vno iudice faciant fidem
coram alio.rñ.aut sunt acta permissiõis.& dic vt l.cũ apud sempro
niũ.ff.iud.solui.aut sunt acta interruptiõis & faciũt fidẽ ẽt perẽpta
instãtia:vt l.fi.C.de præscript.xxx.an.aut sunt acta persecutoria ali
cuius accessiõis vt fructuũ.& dic vt no.C.de fruc.& lit.expẽ.litiga
tor.aut sunt ꝓbatoria, & plenè dic vt.C.de re.iu.gesta.& C.de edẽ.
his apud quẽ.per glo.& Cy.aut sunt acta litis ordinaria:& tunc quo
ad reliquũ ꝓcessum litis pereũt instãtia perẽpta:qa debet denuo &
à capite processum inchoare.quod dic vt not.plenè per Bartol. in
l.cum lite mortua.ff.iudi.sol.de hoc not. C.de iudi.properandum.
§.j.& §.fin.C.de arbi.l.pen.Sed an pereant quo ad vitium litigiosi
dic quod sic:qa istud est litis vitium pendentis:vt not.solenniter in
4 l.j.C.de præscri.lon.tempo.¶† Quæro vtrum originalia debeant re
manere pęnes notarium,an pœnes curiam:vt s̃.ca. quoniam si ta-
men remanet pœnes iudicem,non derogatur fidei ipsorum acto-
rum.text.est.hic not.Bal.doctor.

¶De testibus. Rubrica.

¶Præmisso generali tractatu de probationibus,descẽsurus ad spẽs
a præmitti debet de digniori.s.de ea [a] quæ fit per viuã vocem. Nã di-
gnior & ęstimabilior est vox viua q̃ mortua,vt in auth.de instru.cau.
& fide.§.si qs igit.Ibi,nos quidẽ &c.vnde nõ dẽt testificari p schedu
lã,sed per vnũ sermonẽ qui generalior est:vt c.testes.iij.q ix.de testi.
l.iij.§.idẽ diuus.in verbo,testimonijs.acuitas eñ viuę vocis fortius
& efficacius mouet animum auditoris:vt ff.de arbi.l.si in tres.& C.
de sen.ex peri.reci.l.j.ff.de questio.l.de minore.§.tormenta. habet
eñ in seipsum remouentẽ intellectũ ex veritate ei data à natura.vñ
Hieronym⁹ in ꝓlogo Biblię,hẽt,inqt.nescio qd latẽtis energię &c.
Item multa erubescimus loqui quę non erubescimus scribere.
¶Item in teste dẽt videri qua trepidatiõe loquat:qđ in voce & visu
dignoscit.Itẽ an vacillat.C.de testi.l.nullũ.¶Itẽ dicit Cassiodorus,
qđ nullũ est maius mentis & fidei testimoniũ quã qualitas inspecta
verborũ.cõcor.ff.de sup.le.l.labeo.§.idẽ tubero.& ꝙ verbũ vulgi di
cit,loquere & cognoscã te.cõcor.ff.de tu.& cur.da.ab his.l.diu⁹.Bal.

ADDITIO.

a ¶ An probatio viuę vocis sit dignior probatione vocis mortuę vide latissi-
me per do.And.Bar.in rubr.j.de fide instr.vbi multa allegat.

CAP. I.

1 *Testificari precio an dicatur qui inde spectat commodum sine pactione per-
uenturum.*
2 *Testis an possit aliquid recipere à producente.*
3 *Testis an per amicitiam repellatur.*
4 *Testimonium an nullus dicere debeat,nisi sit ieiunus.*

PLacuit. Tria dicunt hic. primo quod testes
non corrũpant precio. secundò qđ
idonei & fideles ad testimonium sumant. tertiò vt
nullus dicat testimoniũ nisi requisitus.primum pro
batur. iiij.q.v. si qs testibus. Scđm ea.causa,& q.c.si
quis liberi. Tertiũ. xxij. q.iij. honestũ. Quæ autem
habeant fieri à ieiuno.no. Io. de consecra.di.j.c. sacramenta altaris.
¶Ibi,precio.i.pro precio.hæc enim dictio significat cãm immedia
tam:vt ff.de pecu.lega.l.dñs sticho.quasi dicat alias non facturus.

1 ¶† Sed nũquid dicit precio testificari, qui inde spectat cõmodum
sine pactione peruenturũ:vt si vnus correus debendi insolidũ testi-
ficatur pro altero.rñ.nõ,sed tamen an valeat testimoniũ.dic ut no.
Cy.de testi.l.dictãtibus. Nos dicimus qđ vnus videt pro alio fide
iubere:sed impropriè loquimur:qa debemus dicere qđ vnus videt
pro alio se principalem constituere quatenus ad alterutrum princi
paliter pertinet negociũ:vt ff.de dolo l.& eleganter.§.seru⁹ pactio
nis. Fideiussor enim est qui in secundaria obligatione se obligat;sed
obligationes principales oriunt simul ordine naturę & intellectus,
licet impossibile sit duas voces simul proferre.vt singulariter no.in
auth.de fideius.in prin. Vnum aduerte quod duo rei contractus vi
dentur esse duo rei iudicij. & ideo non videtur quod vnus possit
testificari pro altero,vt C.de duo.reis.l.fi.In contrarium facit.ff.mã
2 da.l.creditor.in prin.dic ut. C.eod.omnibus.per Cyn.¶† Oppo.&
videtur quod testis possit aliquid recipere à producente : vt.C.de
testi.l.quoniam liberi.& in c.statutum.§.pe.de rescrip.lib.vj. Solu.
expensas quas faciunt in eundo & redeundo & stando possunt re-
cipere,vt in cõtrarijs.sed vltra aliud si aliquid recipiunt,nõ valet eo
rum testimonium:vt hic,& nisi forte in recompensatione operarũ
quas perdunt : quia a suis negocijs auocantur. nec enim debent ia-
cturam pro alieno commodo sentire : vt C. eod.l.si quando.& ff.
quemad.testam.ape.l.ij.& ar.ff.man.l.idemque.§.idem Labeo.Sed
quis faciet expensas testibus in causa inquisitionis, cum non debe-
ant testes venire suis sumptibus:vt innuit gloss. C.eo. quoniam li-
beri.respõ.res publica mandato iudicis.ar.ff.de bonis dam.l.diuus.
ff.de cap.l.mulier.C.de nauicu.l.cum nauarchorum.lib.xj.& l.j.ff.
de iusti.& iure.per Gul.vnde mandabitur massario communis qđ
faciat ipsis impensas de publico. ¶ Adde quod qui non laborat,
non manducet : vt not.in l.quamuis.ff.de dam. infe quid si testis dũ
iret ad testificandum,incidit in latrones,nunquid recuperabit hoc
damnum à producente.respon.non de rigore iustitię sed de curia-
litate bene posset producens emendare damnum , nec infringere-
tur testimonium.ff.man.inter causas.§.non omnia.ff.de fur.si ser-
uus.§.quod vero.¶† Quęro nunquid testis per amicitiam repella-
3 tur?Respon.non,nisi sit immoderata:vt ff.de vsufru.scien.quod ar-
bitrio iudicis relinquitur:vt ff.eod.l.iij.ibi,tũ magis &c.immodera
ta autem est inter virum & vxorẽ. vt C.de his qui ad eccle.cõfugi.
l.presenti. aliqua enim est amicitia illicita & impudica quæ testem
repellit,vt ea quæ est ad concubinam.ff.de acti.& obli.l.fi.ff.de ver.
sign.masurius. nam nihil est fauore amoris vehementius : vt in
auth.quib.mod.na.effi sui.§.illud.col.vj.& C.de na.li.l.j.¶† Oppo.
4 dicitur hic quod nullus dicat testimonium nisi ieiunus.nam con-
suetudo seruat contrarium ergõ male.So.hic non ponitur prohibi
tio,sed quædam bona persuasio.vnde hoc consilium ponitur non
præceptum. potest ergo ieiunus & non ieiunus testificari dumta-
men non sit ebrius : quia ebrietas debilitat corpus & intellectum,
intantum quod homo ebrius nescit abstinere à vitijs & iniurijs:vt
ff.de penis.l.respiciem.§.deliquunt.vt ff.de re mili.l.omne §.qui
se.& in authentic.de consul.circa finem.cum ergo ebrius sit quo-
dammodo alienatus à mente,sequitur etiam quod non potest fa-
cere testamentum inspecta tamen qualitate ebrietatis.Bald.

CAP. II.

1 *Aduersarius semper admonendus est vt ad audiendum testes veniat.*
2 *Testes qui audit deponentes non potest postea pro se testes inducere.*
3 *Testes si sunt rogati ab utraque parte,an possit eis epponi infamia vel nulli-
tas.*
4 *Instrumentum publicum redditur validum si probetur quod est probandum.*
5 *Prælatus magnus si hodie sit,qui erat heri vilissimus,an poterit testificari
de præteritis.*
6 *Pars citari debet vt veniat auditura testes.*
7 *Testes an debeant examinari in secreto.*
8 *Testes si fuerint examinati pro Titio,& deposuerunt pro ipso, & cum a te-
4 †¶Item præsumitur militia empta per patrem filio fuisse empta de pecunia patris.C.de pig.l.fin.Itē vxor præsumit emisse de pecunia sibi donata[a] à viro & multo fortius si vir emat nomine vxoris ff.de dona.inter vi.& vxo. marito.itē thesaurarius principis præsumitur de thesauro emisse. C.de iure fis. facultas.li.x.ibi gl.vnica in iure.item ex eo φ aliquid statim fit præsumitur decendisse ex præambulo.ff.de priui.credi.l. si ventri. §. si.
5 ¶†Item qui fuit visus de nocte in loco maleficij præsumit tā ipse quàm socius illud perpetrasse cum alius non esset qui posset perperpetrare.C.de adul.graccus.ff.de adul.l.capite quinto.j. eo. tertio loco.item propter præcedens delictum præsumitur quis accepisse clericatū in fraudem pœne & fori.ff.de le.j.nemo potest in gl. j.ff.de pœnis.l.j. per Bar.item si dat vir mulieri annulos antequam sit in domo viri præsumitur datum vt sponsē non potest reuocari donec in eodem statu causa est.ff.de condi.ob causam.l. qd̄ seruus.sed postquam est in domo viri præsumitur matrimoniū præuenisse & non valet donatio C. de dona.ante nup.l. qd̄ te sponte. de do.inter vir.& vxor.l.pe §.iungi,saluo φ interdum videtur potius commodatum quàm datum.ff.commo.si vt certo §. sed interdum Bal.

ADDITIO.

a Vide Barba.in c.j.in secundo not. de pec.clericorum.

CAP. XI.

1 *Tempus longum non inducit matrimonium.*
2 *Nominatio non facit matrimonium sed actus coniugalis.*
3 *Concubinam si habeam cum qua honeste possum contrahere matrimonium pater non potest legitimare filios nisi matrimonium contrahat.*
4 *Abbas an possit portare annulum extra monasterium.*
5 *Petens aliquam in vxorem si probat quod per decem annos simul habitauerunt & fama viciniæ habet quod eam tenuit in vxorem obtinebit.*
6 *Fama viciniæ an sufficiat ei qui diu stetit in aliqua ecclesia vt clericus vel vt rector ad probandum quia ista sit.*
7 *Notarius quilibet præsumitur legalis.*

ILlud. Per nominationem cohabitationem & famam probatur coniugium maxime si appareant instrumenta dotalia. secunda ibi verum quia. ¶Casus quedam fœmina libera per x.annos & vltra cohabitauerat cum quodam seruo tanquam vxor ipsius nunc dicebat eum suum maritum non fuisse vir vendicabat ea tanquā vxorem ipsius inducens ad hoc probandum publicum instrumentū in quo continebatur φ vocabant. se coniuges & φ proprie ipse fecerat ei donationem propter nuptias & portabat annulū sicut coniugata.ipsa respōdebat φ illud instrumentum erat fraudulentum & simulatum vt dominus fraudaretur seruo suo.& vir noluit vnquam matrimonium contrahere requisitus a multis & φ annulum portabat tanquam venditrix panis secundum consuetudinē Ianuen. Quæsitum fuit quid iuris papa. mandat φ si fama loci habet φ vir tenuit ipsam in lecto & in mensa sicut vxorem vxor debeat iudicari præsertim si dictum instrumentum fuit conditum à tabellione fideli.
1 ¶†Ibi per.x.annos nota longum tempus nō inducere mr̄moniū.¶Ibi vendicans quomodo potest vendicare eā cum substātia sit alterius.rn̄.si est vxor ipsius vendicat eā de iure canonico dicēs se ɔ̄traxisse mr̄imoniū circa in forma ecclesiæ. dicit Inn.sic pater vēdicat filium adiecta cā de iure. quæritur quo iure est introducta patria potestas.
2 ¶†Ibi nominauit no. nominatio non facit mr̄imoniū sed ɔ̄sensus ɔiugalis.Itē instrumētū dotis vel donationis propter nuptias non probat mr̄imoniū qa nō est sup mr̄imonio cōfectum s̄m Inn.¶Item quia accessoriū non probatur principale non ob.insti de nup.§.si,quia constabat de vtroq;. scilicet de mr̄imonio & de dote.habes ergo per testimonium dotale matrimonium non probatur nec econtra vt C. de do. ante nu.l.fi.aliqñ tñ fallit vt not.ff.de iur.do.mulier.sed illa gl.debet intelligi qñ sunt alia adminicula dotis datę vel promissę.ff.de iur.do. l.φ aūt.& no.ad legitimationem filiorum non sufficit mr̄imoniū sine instrumentis dotalibus:vt no.in aut.de incest.nup.§.dubitandum.
3 ¶†Item no.vnum mirabile φ si habeo concubinam cū qua honeste possum contrahere mr̄imonium φ pr̄ non potest legitimare filios nisi matrimoniū contrahat:vt no.in aut.quibus modis na.effi.legi §.si quis ergo Inīa.col.vj.& non reperitur alibi.¶Itē no.iuxta prædicta φ sicut pr̄ vendicat filium & vir vxorem.ita ptās noīe ciuitatis vendicat suum ciuem vel comitatiuum. i. rusticum non solum propter tributa.sed propter alias obedientias vt eleganter no.in aut.de man.prin.§.sed et suscipientes.col.iij.Ibi annulos.dicit Ber.φ annulus datus in ecclesia vel in domo viri inducit præsumptionem mr̄imonij.sed in domo sponsę præsumuntur sponsalia Ber.
4 ¶†Vtrum Abbas possit portare annulum extra monasteriū.lxix.dis.c.j.ibi omnino vide per Arch.ibi fama viciniæ no. qd̄ sufficit φ fama sit in vicina.non aūt requiritur qd̄ sit in tota ciuitate & subdit statim sit fama loci quasi locus & vicina idem sint ibi tenuerit.i.in honore matrimoniali.ff.de leg.iij.l. itē in legato. §.parui.¶Ibi coniunctio.ff.de iusti.& iur.l.j.§.pe.& qd̄ no.co.titu. ius ciuile ibi videas.ff.de reg.iur.l.impar.Inno.dicit.
5 ¶†No.diligenter φ si aliquis petit aliquam in vxorem.& probat per.x. annos simul habitauerunt & fama viciniæ habet φ eam tenuit in vxorem qd̄ obtinebit.nulla enim equa est probatio bona in his sicut fama viciniæ. & hoc in petitorio sed in possessorio non requirit fama. postea dicit nec in petitorio & sic vacillat hæc opinio.secunda est vera inter pares.secus inter impares vt inter liberum & seruum.ff.
6 de ritu.nup.l.in libere.¶†Quærit Inno. vtrum si aliquid diu stetit in aliqua ecclesia vt clericus vel vt rector & probat per famam viciniæ quia ita sit an sufficiat ei.dicit Inn.qd̄ non in tantum φ sententia feratur pro actore:quia non probat de iure suo sed de facto. Inn.ad hoc.s̄ de test.ex parte adeo. beneficium ecclesiasticum tpe non præscribitur vt in c.j de reg.iur.lib.vj.dicit Inn. qd̄ testamentum non probatur per famam:quia dicit φ nullus titulus probatur per famam.
7 ¶Dicit Ber qd̄ quilibet notarius præsumitur legalis & ideo in publicis instrumentis non præsumitur fraus neq; simulatio certe nec aliquid qd̄ sit in corde contrahentium occultū nisi esset iuri contrarium vt in aut.de non alie.§. quia vero. & in c. imperialem.de prohi.feu.al.ie per.Fed.¶Item dicit Ber.φ fama cū aliis præsumptionibus sufficit ad probationem. Nam ex coniunctione diuersorum iudiciorum in vna conclusionem tendentium sufficit probatio efficax.Ber.Bal.

CAP. XII.

1 *Suspitio certa & valida dicitur violentia præsumptio & sufficiat ad sententiam diuortij.*

LIteris. Per violentam præsumptionem probatur carnalis copula.h.d.Dicit Ber qd̄ copula nō plene patet visui & ideo testis non debet dicere φ viderit carnalem copulam. sed φ vidit id qd̄ potest videri & φ credit id quod pōt credi.& no.bonum tex.ad mulcta.¶Ibi latebris nocte vagatur adulter.versus.Vilanam precibus.Burgēsem munere.quere gentilem capias opportunitate loci. hunc versum causa solatij & non vitij sepe recitabat. do. Ray. de for. in scho.
1 ¶†Ibi violentia ex certa non certam suspitionem & validam dici violentem præsumptionem & sufficit ad sententiam diuortii. ¶Item no.qd̄ scienter committenti incestum non debet dari nubendi licentia.¶Item no.propter incestum agi ad separationem thori.Nā vir petebat separationē thori dicit papa φ propter violentam præsumptionem incestus thorus separatur.Bal.

CAP. XIII.

1 *Concubina appellatur etiam illa cum qua quis se certe luxuriatur.*
2 *Turpitudinem suam an nemo possit allegare.*

TErtio loco. Ad separationem matrimonii ad mittitur tertius & suā turpitudinē allegans & ꝓbans.h.d.¶Casus quidā iuuenis confessit in quandā responsam per verba de præsenti cōparuit neptis sponsę.& dixit se cognitam prius carnaliter a dicto iuuene & probauit per testes qd̄ dictā neptem & iuuenem viderant per plena & nemora & inuia inuicem conuagantes & testes credebant pro certo φ extiterit concubina.hoc etiam probatum erat per famā & per assertionē iuuenis & sponsę.papa iudicat sponsalia dissolui.maxime qa hoc nō est occultū.sed manifestū & multorū ꝑconio.
1 ¶†Ibi cōcubina no.φ appellat cōcubina etiā illā cum qua quis secrete luxuriat.Ibi inuia.i.vbi nō erat via.& no. qd̄ ex oportunitate delinquēdi datur delictum intelligi. ¶Ibi ad maiorem no. iuramentū deferri ad probationis supplementum.Ibi cōfessi. hęc confessio valet qnq; ad excusationē stupri.glo.est sing.C. de fide.

iusl.pe.¶Ibi predicetur no.qđ a pluribus predicatur dicitur mani
festum.dicit Ber.ꝙ quę non prosunt singula separata probatione
2 inuicem capitulata. ¶†Opp. qđ nemo possit allegarę turpitudi-
a nem[a] suam. So.hoc speciale fauore animę. vel hic quia erat mani-
festa.dicit Bar.quod turpitudinem suam ab alio decretam quis al-
legare potest.ff.de iureiur.l.alias ibi omnino vide per eum dicit
Innoc.quod rumor minus probat quam fama. idem dicit Ber. j.
de eo qui cogno.consan.vxo.suę.c.super eo ibi videas & hac bre-
uitate sum contentus. Bal.

ADDITIO.

a Vide omnino ꝙ pulchre vult Barto.in l.cum res C.de probatio.

CAP. XIIII.

1 *Condemnari non debet quis de graui crimine propter vehementer pręsum-ptionem.*
2 *Testis qui dicit se audiuisse publice dici probat famam.*
3 *Dixisse qui negat se illud qđ in actis publicis reperitur scriptum cum iusti ficantur non ei creditur.*
4 *Testis iterum examinatus si dixit non recordor quid primo dixerim non iu-ratus:tamen veritas est sic, & si appareat me dixisse contrarium illud reuoco quia dixi per errorem an pręsumatur falsus testis.*
5 *Condemnari non debet quis de homicidio de quo nescitur a quo factum sit propter pręsumptionem precedentem minarum vel inimicitiarum.*
6 *Pręsumitur quis Catholicus ex fructu pęnitentię.*
7 *Iudex ordinarius vel delegatus an possit esse arbiter.*
8 *Iudex si iudicat vt arbiter an faciat litem suam.*
9 *Compromitti an possit de causa criminali.*
10 *Pęnitentiam agens an pręsumatur confiteri delictum.*
11 *Frater an possit testificari contra fratrem.*
12 *Illud quod dicitur in articulo mortis an pręsumatur verum.*
13 *Consanguinitatis vel affinitatis ratione an aliquid pręsumatur.*
14 *Dictio pręter ponitur ampliatiuè quando ponitur inter media.*

1 Literas. †Propter pręsumptionē et vehemētē nō
debet aliquis de crimine graui cōdēnari:
h.d.Et in prima parte iudicis ꝯsultatio.in secūda ibi.nos ve
ro rūsio.quę subdit in duas.In prima ponit motiuū mā
datis.in secūda mādatū.secūda ibi quo circa.¶Casus archieps Altisiodo
rēsis ex vna parte.& qdā Burgenses de charitate ex altera habebāt
magnā cōtrouersiā.qa eps pretēdebat illos esse hęreticos & bona
eorū ad se ptinere illi negabāt inter quos erat. V. & frater eius cā
ista fuit delegata duobus in quos postea cōpromiserūt tanꝗ in ar-
bitros sub certa pęna reseruata sibi nihilominus ptāte delegata co
rā quibus duplici authoritate fungētibus dictus. V. cōfessus fuit
hęreticū se esse,idē de fratre suo asserēs ꝓpter qđ fratri eius fuit in
dicta purgatio q purgauit se p dictū. V.dicentē ꝙ frater eius non
erat purgabilis.& ꝙ ipse nūꝗ dixit eū culpabilē.Quęrit qd iur.pa-
pa dicit ꝙ iste.V.nō est suspect⁹,tn̄ qa negauit se dixisse qđ dixe-
rat:tn̄ qa prio asserēdo eū hęreticū postea iurādo ꝯriū vr̄ piur⁹,tū
qa qđ pri⁹ dixerat reuertēdo ad fidē dixerat. tū qa nō p̄sumit mēti
tus ꝯ fratrē,sed p fratre.papa in isto dubio nō ꝯdēnat dictū fratrē
de hęresi,sed mādat ei imponi pęnitētiā discretā & securitatē reci
pi ab ipso de certa pęna soluēda si similia de cetero p̄sumpserit &
nihilominus p̄stare iuratoriā cautionē & si pęnitentiā peregerit
salutarē in pace dimitti alioquin tāꝗ hęreticū cōdēnari.¶Ibi epm
iste eps petebat bona hęreticorū s̄m Inn.qđ est no.qa eps pōt bo
na hęreticorū sibi cōfiscare s̄m Inn.& ideo cā erat ciuilis licet in-
uicat purgatio.¶Ibi de caritate erat forte quędā cōgregatio Bur-
gensiū qui vocabant Burgēses de caritate sicuti si verbi gratia dice
remus disciplinati fraternitatis sancti Frāscici. Nam sub velamine
disciplinę nōnulli interdū sunt hæretici. ¶Sed nonne eps pōt eos
punire tanꝗ iudex ordinarius rn̄de verū est nisi tractaret de ꝓprio
questu bonorū & no.ff.ad muni.l.de iure.in prin.& ibi optima gl.
vel dic papa cā suspitionis vitādę dedit iudices delegatos.ar.ff.de iu
risdi.om.iu.l.solet sportulę vero sole nō faciūt iudicē suspectū qa
dant p labore officij & est modicū lucrū vt in aut.de iudi.§.ne aut
labor.Ibi sub certa pęna licet hæc verba sonāt stipulationē pęnę
vt no.ff.de pac.l.rescriptū.§.si pacto vbi bona gl.& est casus.hic.
Ibi arbitros no.in iudices posse cōpromitti et cum pęna.¶Ibi re-
seruata dic ꝙ etiā sine reseruatione retinebant eam Inno.& sic p-
uisio cōpromittentiū nō derogat authoritati iudicis superioris ni
mirū qa est munus publicū cui renūciari nō pōt.Sed nunqd simul
possunt vti iurisdictione & cōpromisso hic est ar. ꝙ sic. ¶In ꝯriū
facit.c.q̄ diu de ap.in cle. illud. c. nihil facit qa ibi in diuersos fuit
2 ꝯpromissum hic in eodem.¶†Ibi publica voce facit ad dictum te-
stis q se audiuisse publice dici.qa intelligit.i.publica voce dici a po-
pulo & sic probat famā.Nā ista est aptior expositio & s̄m cōmu-
nē intellectū loquentiū ad quē est recurrendū vt j.de spō.c.ex litte

ris.¶Ibi recognouerat vt j.de hæreti.c.in fidei.lib.vj.¶Ibi ꝙ eodē
notarius non scripsit plus tn̄ perinde est ac si essent specificata p-
pter virtutē istius relatiui.& facit ad quęstionē de teste qui iterum
examinat⁹ dixit dico idem qđ prius dixi.¶Itē ad aliā quęstionē si
notari⁹ scripsit Titius idē dixit ꝙ Sempronius nec est ꝓpterea me
diatus sermo.sed breuis locutio licet spe.dicat ꝯriū vt no.j.de ver.
sign.c intelligentia in nouella. ¶†Ibi se dixisse negauit no. valde
3 hunc tex.ꝙ nō credit ei,qui negat se dixisse illud qđ in actis publi
cis reperit scriptū cū testificat.Ibi dixit ēt nō iurat⁹ & sic primū di
ctū eneruat secundū & hoc qn̄ coram iudice cōpetenti ita intelli-
4 gitur qđ no.s̄.de test.s̄.c.cū causam. ¶†Quid si testis iterum exa
minat⁹ dixit nō recordor qd primo dixerim nō iuratus tn̄ veritas
est sic.& si appareat me dixisse ꝯriū illud reuoco qa dixi p errorē.
dicit Bar.ff.de fal.l.eos ꝙ huic solēni depositioni standū est & nō
primę nec p̄sumit testis falsus facit.s̄. de testi. c. preterea qđ verū
est nisi prius dictū pluribus rōnibus iuuet q̄ secundum tex.est hic
sing.& ita debet intelligi gl. Ber.notabilis q̄ est hic.¶Ibi reuerteba
tur no.ꝙ in articulo pęnitētię quis pręsumit verū confiteri tā con
tra se q̄ ꝯ aliū aliqn̄ tn̄ moriens mentit vt ff.ad silt.l. si quis in gra-
ui.in prin.& ff.de libe.leg.l.aurelius.§.fi.¶Confessio mutui vel do
tis facta a moriēte nō pręsumit facta spe futurę numerationis.gl.
est vnica in iure in l.j.C.de fal.ca.adiec.lega.¶Ibi in fratrem no.ꝙ
nō p̄sumit quis falsum testimoniū contra fratrē dicere.¶Itē ꝙ ne
5 mo carnē suā odio habet.ff.de in ius vo.vt eāt.l.ij.& ibi no.¶†Ibi
voluimus cōdemnari ar.ꝙ propter pręsumptionem pręcedentē
minarū vel inimicitiarū nō sit quis condēnādus de homicidio de
quo nescit a quo factū sit de hoc in Spe.de pręsum.ver.sed si po
ne.p.minatus.C.de dolo.dolū per Cyn.dicit Seneca qđ no.finem
qđ terret nocet.no.hic ex vehemētibus suspitionibus quē non dā
nari sed pęnitētia moderari.¶†Ibi cognoueritis not.ex fructu pę
nitentię quem pręsumi catholicum.Ibi condēnetis not. obstina-
7 tum & impenitentē pręsumi hęreticum.¶†Modo capio.glo.pri
mam & quęro nūquid iudex ordinarius vel delegatus possit esse
arbiter.So.de iure ciuili & canonico neuter pōt iubere se arbitrū
fieri.sed si eligit sponte tunc aut loqueris de iure ciuili & non pōt
esse arbiter.tum quia sentētia sua esset vilis vt C.de arbi l.j.tum qa
habet necesse ius dicere cū iurisdictio sit potestas de publico in-
troducta cū necessitate iurisdicēn. & equitate statuētiū: hac ratio-
ne idem videtur in iudice delegato.ff.de iurisdi.om.iudi.l.cum qui
quia fungitur vice ordinarij.ar.ff.de arbi.quin.etiā.sed de iure ca-
nonico pōt cōpromitti ex quo partes sunt in ꝯcordia. vt hic & s.
8 de arbi.cū tpe:& no.ff.de arbi.sed si infernū.§.si quis iudex.¶†Quę
ro quid in arbitratore.rn̄deo ex quo pōt trāsigi pōt in eum cōpro
mitti vt in aut.de defen.ciui.§.j.sed nunquid si iudex iudicat vt ar-
biter facit litē suā.rn̄. sic ꝓpter dolū vel latam culpā. C. de arb.l.j.
9 ¶†Quęro nunquid de cā criminali possit cōpromitti[a]. rn̄deo in
a arbitrium nō pōt cōpromitti si criminaliter agit sed si ciuiliter sic
vt hic.sed in arbitratore dic idē qđ in trāsac.vt C.de transac.l.trā-
10 sigere vel pacisci.¶†Quęro nūquid ille qui agit penitētiā præsu-
matur cōfiteri delictum glo.j.dicit hic ꝙ sic quā in no.ꝯcor.ff. de
tab.exhi.l.locum.§.si quis dolo & est argu.ꝙ qui stat ad cōfinia p-
11 sumatur delegatus.¶†Capio aliā gl.& quęro nūquid frater cōtra
fratrē possit testificari.rn̄deo sic in crimine hęresis.Item cōtra pa
trē & matrē filius qa maior omni patre est Deus sed in aliis capita
libus criminibus no.sed in leuibus sic.Ber.de hoc in Spe.de teste.§.
j.ver.sed nūquid frater.& hoc est inductū ꝓpter familiarū cōcor-
diam & publicā vtilitatē seruādarū familiarū & ideo examinatus
12 qui nō debuit examinari nō facit indiciū arg.ff.de que.l.maritus.
¶†Querit gl.vtrū illud qđ dicit in articulo mortis p̄sumatur verū
rn̄.sic sed nō semp.Itē qđ dicit in vltima volūtate nō trahit ad ꝯ-
tractū pbādū.d.l.aurelius.§.fi.Quidā aduocatus quasi rediēs ab inte-
ris dixit.ꝙ ille.§.dānauit animā suā.¶Porro si esset appositū iura-
mentū staret iuramento nisi esset appositū in fraudē legum Ber.
& est species iurādi si testōr dixit sic assesso per fidē meam vel sic
13 est in verbo veritatis. ¶†Queritur vtrū ratione consanguinitatis
vel affinitatis aliquid pręsumat. gl. dicit qđ sic.¶Itē pręsumitur
donatio.ff.de do.pcula.ff.de dona inter vi.& vxo.l.vtrū.ff.sol.mat.
quę dotis.C.de dona.data.iam pridē.ff.de bo.li.l.nihil.§.facilior.
dicit Dyn.qđ cessio actionū inter coniunctas personas valet sine
expressione tituli qa inest titulus donationis. ff. quæ in frau. cre.
patrē per Dy.¶Sequitur alia gl.quę incipit hoc est notabile quę di
cit qđ si ꝯrius pręsumit periurus & qđ stat primo dicto,qa tūc nō
habebat vocem contradictionis & testis erat in suo statu.¶Item
dicit Ber.qđ pręsumptio validior tollit minus validam quia præ-
ponderat ei.facit ad materiam glo.s̄.de testi.veniēs.& vt ecclesia-
stica beneficia.c.vt nostrum de hęreti.c.accusatus.lib.vj.alia gloss.
dicit qđ ex leuibus coniecturis probatur quis hęreticus.non tamē
damnatur etiam ex vehemēti suspitione.s.iuris sicut hic. Vltima
glo.

ADDITIO.

a Vide de hoc per dom.Alexan.consi.xxiij.colum.v.vol.iij.

glo.dicit qđ non est committendus quis suo iuramento simplici si ī eo nō appareāt indicia legalitatis & veritatis:sed debet iuramē tum vallari pęnali stipulatione.ff.qui satisda.cogan.l.j.&.ij.§.fin.ff.
14 de iud.l.ij.§.sed si dubitetur.¶†Vltimo not. hic de dictione præ-
ter quæ ponitur ampliatiue quando ponitur inter media.sic.ff.de pig. act.l.j. sed si ponitur inter regulam & exceptionem ponitur restrictiue & cum hoc aliquando declarat qualitatem regulę.ff.de pen.leg.l.nam quod liquide.§.si is cui penus. ff. de vino & oleo le. l.fin.§.cui dulcia.quod bene not Baldus.

CAP. XV.

1 *Continens qui fuit in iuuentute idem in senectute esse prę sumitur.*
2 *Tempore longo qui fuit bonus prę sertim in feruore iuuentutis semper præsumitur bonus.*
3 *Denunciatio criminum per procuratorem fieri potest & prosequi.*
4 *Executiori qui asserit se fecisse aliquem recipi an credatur.*
5 *Episcopatus debet conferri idoneo.*

1 CVm in iuuentute. †Qui in iuuentute fuit continens.
idem in senectute esse præsumitur. h. d. Casus eps
quinq; ecclesiarum diffamatus erat coram papa ꝙ
iacebat cum nepte.& res Vngarię denunciauit hoc
papę per suos legatos petens ꝙ papam tantum faci-
nus remoueret Vngarię.erat aūt papa informatus de isto episco-
po quod in iuuentute sua fuerat continens. & ideo in senectute
multo fortius cum senectus fomitem libidinosi caloris extingue-
re consueuerit.Item pro epō præsumitur:quia erat decoratus pa-
lio spirituali.quod nō fit nisi propter singulares virtutes. papa lite-
ris non credidit nec annuit eius voluntati. sed commisit cuidam
episcopo vt diligenter & caute se informaret a coepiscopis vtrū
crederent dictum episcopum quinq; ecclesiarum fore tanta labe
coinquinatum qui fecerunt optimam relationem pro ipso. vnde
2 sine alia pronunciatione remansit in pace.¶†Nota. quod qui lon
go tempore fuit bonus præsertim in feruore iuuentutis semper
præsumitur bonus. ¶Not. quod ex dignitate prę sumitur aliquis
virtuosus no.ꝙ ad papam pertinet defendere honorem & famā
episcoporū suorum & ꝯtra reges. ¶Ibi decorari not. præsumi ꝓ
his quos papa decorat vt in epistola inter claras.& l j.C.de prepo.
libarum.lib.xij.¶Ibi furore libidinis not. pudulentam esse libidi-
nem.¶Ibi proprie salutis not.generalem rationem quare nemo
præsumitur delinquere scilicet quia nemo præsumit immemor
suę salutis vt l.fi.C.ad l.iul.repe.¶Item quia oē maleficiū contra
naturam pugnat & maxime incestus vt statim dicetur. ¶†Ibi de-
3 tulisset no.denunciationem criminum per procuratorem fieri &
prosequi posse Inno.nec est spāle in regibus.sed ius cōe. ar.ꝙ sin-
dici infirmi teneantur denunciare maleficia per procuratorē qđ
qđ tene menti.¶Ibi inclinare no.regibus & principibus non esse
complacendum de prælatis regni sui supplicantibus cōtra iustitiā.
¶Ibi crederent no. formam commissionis.Item no. relationibus
4 proborum virorum esse benigne credendum. ¶†Nunquid credit
executori qui asserit.se fecisse aliquē recipi.dicit Archi. ꝙ sic lxj.
5 di.Catinensis.¶†.Sed quæro quid si scribitur pro conferēdo epi-
scopatu si est idoneus. Respon.ꝙ iste debet se probare idoneū qa
in epō requiritur ꝙ si magnę literaturę.Et non ob.istud.c.quia hic
scribebatur pro simplici beneficio Inno. in proœ.decreta Bal. vide
ꝙ no.Archi.in c.principali.lxij. di. Dicit Inno. ꝙ pro confirmato
præsumitur intūn ꝙ non habet probare de electione vt no.in c.no
bis. s̄.de ele. per Inn.si papa mādat prouideri vni canonico de quo
prouisori videbitur satis est ꝙ ille inueniatur inter canonicos vt
præsumatur canonicus vt not.per Archi.in c.contra morem.c.d.
Per lr̄as etiam generales non potest prouideri contra consuetudi-
nem ecclesiæ quia specialis consuetudo ecclesiæ potest inualida-
re literas impetratas ita dicit Archi.in c.j.lxj.dist. quod bene no.

1 *Clausula si persona fuerit idonea an tacite intelligatur.*
2 *Executor in quo siue cui residet iurisdictio potest cognoscere & pronunciare:illi autem in quo non residet iurisdictio non potest citare.*
3 *Prouisio si non est idoneus an valeat.*
4 *Clericus an quis præsumatur.*
5 *Qualitates an præsumatur.*
6 *Qualitates intrinsecę que dicantur.*
7 *Clausula si est legum doctor si apponatur in litera quid facit.*
8 *Executores gratiarum conditionalium an possint procedere parte non citata.*
9 *Commissarius papę an possit conferre beneficium nemine citato.*
10 *Condictio tacita an faciat condictionem.*
11 *Clausula non omnis sonat in conditionem nec omnis conditio in causę cognitionem iudicialem.*
12 *Statutum si sit ne aliquis assumatur ad officium tale nisi habeat c. in bonis quis quid iuris si alicui assumendo opponatur quod non est soluendo.*
13 *Dicenti se scripsisse incumbit probatio.*
14 *Negatiua hæc quod non animo occidendi quis percusserit qualiter probetur.*
15 *Clausula ista si persona sit idonea an faciat conditionem.*
16 *Potestas data executori quid iuris si refertur ad modum vel factum nullo modo subintellectum de iure communi.*
17 *Potestas data executori quando est conditionalis an teneat prouisio executoris.*
18 *Causa cognitio an debeat fieri iudicialiter:an vero tanquam per simplicem bonum virum adhibita informatione iuridica etiam domestica.*
19 *Potestas momentaria si est non conditionalis vtrum ea non verificata nihilominus teneat prouisio postea facta.*
20 *Clausula si concorditer à capitulo fuerit receptus si apponatur in rescripto an vno discordante dicatur receptus in concordia.*
21 *Rescriptum an sit validum si scribatur pro bigamo quod recipiatur in monachum.*
22 *Verbum prouideas quid sonat.*
23 *Clausula consuetudinis quid sonet.*

1 DVdum. Is pro quo scribatur cū clausula si†idoneus fuerit.se non tenetur probare ido-
neum cum idoneus p̄sumatur.h.d.Et prīo ponit partiū
querelā.scđo dat iudicē scđa. ibi cām vobis. Casus qdā
C.scholaris literatus impetrauit a papa literas ad Archi.Mediola-
neñ. vt cogeret presbyterū sancti Victoris recipere dictū schola-
rem in dicta ecclesia sancti Victoris in clericum & in fratrem.prę-
sbyter memoratus duo allegabat in contrarium. scilicet ecclesię
paupertatem quæ non sufficiebat duobus clericis. ¶Item allega-
bat ꝙ dictus scholaris non debebat recipi nisi probaret se idoneū
quia in literis erat clausula si persona fuerit idonea. papa dicit ꝙ
necessitas probandi se idoneum non incumbit eidem. quia pri-
ma facie præsumitur idoneus nisi contrarium probetur. ¶Ibi &
in fratrem per hoc apparebat ꝙ ecclesia erat collegiata quæ trina
rio numero est contenta.gl.j. quærit an exceptio ista de insufficiē
tia ecclesia sit rationabilis.secundo quærit cui incumbat proba-
tio.dic ꝙ cum per istam exceptionem status ecclesię mutetur in
numero clericorum incumbit probatio opponenti licet exceptio
sit negatiua.glo. Accur dicit ꝙ ille qui vult consequi actionem vel
exceptionem ex eo ꝙ aliquis sit diues vel pauper debet illud pro
bare vt singulariter not.ff qui satis.cog.l.si vero.§ qui pro rei qua
litate.sed iste presbyter nolebat ex hoc consequi exceptionem.
quia intentio scholaris erat fundata per literas.ergo ipse debet pro
bare.Secunda gl.quærit vtrum clausula si persona fuerit idonea
tacitè intelligatur.& respondet ꝙ sic.quia papa non creditur velle
prouidere indignis in præiudicium ecclesiarum.ff.de leg.ij.lucius
Titius damam, ver. nisi odiosi non comprehenduntur in gratijs
generalibus.vt ff.de ma.tes.l.testamento centurio.& arg. ff. de vul.
2 substi.l.ex facto.¶†Est autem duplex executor quidam in quo si-
ue cui residet iurisdictio & iste potest cognoscere & pronuncia-
re.ff.de confir.tuto.l.tutores a patruo quidam in quo non residet
iurisdictio & iste non potest citare. Vnde non potest inducere litis
pendentiam intimare tamen potest.¶Item volūtaria iurisdictio
redigi potest contentiosam per comparationem oppositionis &
appellari.C.de bo.pos.secundum tab.l.j.¶Sed tunc quæro an ista
clausula faciat conditionem.respon.sicut tacita non facit ita nec
expressa:quia non apponitur ad conditionem sed ad iustitiam. &
quia exprimitur eodem modo quo inest an conditio suspendat
actum aut est monitio.& nō suspendit.vt ff.de tutelis muto.§. sub
conditione.ar.C.quomodo & quando iudex l. j. aut est conditio
& tunc aut expressa & facit conditionē.ff.de ver.sig.l.cedere diē:
aut tacita intellecta ab homine & idem vt not.ff.de pac. l. itē quia
aut est intellecta per l.& tunc aut subintelligitur ad excipieñ.& nō
facit conditionem sed modum.ff.loc.l.quæro.§.inter locatorem.
ff.de arb.l.ita demum.& ī.ti.j.c.iij.aut ad agendum & tunc aut sub
intelligitur ad originem & facit condi.aut ad executionem obliga
tionis iam nate,& tunc non facit conditionem sed limitationem
vt.d.l.ita demum.aut est dubiuum ad quid referatur & tunc aut
concernit substantialia sine quibus esse potest obligatio videtur
apposita obligationi aut accidentalia & exactioni.& no.subtilia &
vtilia verba in oī materia & vide qđ no.ff.de cōdi. & demō.in ru-
brica.& sciasꝙ tacita ꝯditio est oīs ꝯditio q̄ supplet a lege & habes
simile in tacita substitutione.ff.de vul.substi.l.iam hoc iure. &fa-
cit.ī.tit.j.veniens.& c.quintauallis.adde dixi in.c.cum Io.heremi-
3 ta.¶†Quęro nunquid valeat prouisio si non est idoneus. & vide-
tur quod nō propter vitium subreptionis. Inno. dicere videtur
ꝯtrium qa nō facit condi.vñ valet ꝓuisio & debet executiōi māda-
ri nisi appellet̄ ſm Inn. ꝓ alia pte facit qa est ꝯ formā mādati si ꝓ-
uidetur nō idoneo. Solu.si dubitet̄ an sit idoneus valet rōne dubij
secus si notorie sit indignus qa in notorio nō est cognoscere. sed

cognitũ esse simile qa qñ cõpromittitur in arbitratorem intelligitur clausula si eque arbitraĩ & tñ si iniq̃ arbitraĩ valet arbitriũ licet possit peti q̃ reducaĩ ad arbitriũ boni viri.ff.p socio.l.vñ.§.ner uç ex tali tñ arbitrio non posset pena efficaciter peti.vt.ff.de operis lib.l.si libertus.Ita ex pdictis habes duas cõclusiones prima psona psumit idonea moribus secũdo q̃ ecclesia psumitur idonea fa-
4 cultatibus.¶†Sed qro nũquid præsumaĩ qs clericus.rñ.nõ.vt s̃.de rescrip.c.cũ adeo.qa esse clericũ nõ in est a natura sicut nec esse cerdonẽ vel pelipariũ vel esse in scientia expertũ qa natura nõ facit artẽ sed disponit ad artẽ.ff.de le.iij.l.stichus.& l.seius legatis.§.orna
5 tricibus s̃.eo.ex studiis.¶†Quero vtrũ qualitates psumanĩ.rñ.sic si natr alias nõ psumit sicut nec extrinsece hoc no.Io.mo.ĩ c.si forte.de ele.li.vj.ĩ magna gl.& Acc.ff.de pb.l.iij.& no.nalia psumi.sed accidẽtalia nõ psumi & maxime ea q̃ sunt dfficilia vt eminẽs scia
6 ut no. in pœmio huius voluminis decre.¶†Quero q̃ qualitates dicã tur intrinsece rñ.vt qa innate vt sensus & discretio. C.de codicillis.nec codicillos.& iste dicit possunt qualitates radicales. vel qa p accidẽs intrinsecate in anima & iste dicit pñt qualitates in instante vt sciẽ & virtutes earũ.semina naturalia sunt ptãte culta & soliditate mentis conualescunt Cicerone & Seneca testibus.extrinsece qualitates vel iuris accidentalia quę possũt dici aduẽtitia sine originem earum inspicias siue p eminentiã ipsarũ sunt in qua nobis non inhęrent vt ea q̃ de facili corrumpuntur puta diuitię dignitates clientele que abſq; animi virtute esse possũt.Itẽ liberi.ff.de excu.tu.l.ij.cum si.Sane quædã bona sunt in anima vt intelligere.q̃dã in corpore vt sanũ esse quædã exteriora quibus fruimur vt diuitiæ.q̃dam qbus delectamur vt liberi & amici.bona animę q̃dam sunt bona speciei humanę vt est rõnabile & hæc psumit.q̃dã sunt bona indiuidui vt eẽ magistratum in theologia & hæc nõ psumit. bona corporis alia sunt ex ɔpletiõe naturali vt sanitas & hæc psumitur.alia ex elegãtia formæ indiuidualis vt pulchritudo & hęc non psumitur neq; pro neq; ɔtra orbatus tñ id est corpore vicia-
7 tus nemo præsumit qa est fere ɔ̃ naturalẽ cursum.¶†Modo venio ad glo.Inno.prosequentis de aliis clausulis quæ apponunt in literis.Pone q̃ in litera ponit clausula si est legum doctor.rñ.ista facit cõditionẽ de cuius existentia debet liquere alias prouisio esset ipso iure nulla. ff.de verb.obl.l.hoc iure.ff.de ɔdi.& demõ.l.cũ ser
8 uus & l.hoc aũt.§.j.qui.ex cau.in pos.ea.¶†Quero de istis executoribus gratiarũ conditionaliũ vtrũ possint pcedere parte non citata.Inno.finaliter vr tenere q̃ sic qa non habẽt de necessitate procedere tãq̃ iudices.sed tanq̃ boni viri:nisi forma mandati aliud sapiat.puta indaginẽ iudicialẽ.pbabiliter videtur posse dici sed non est vetũ q̃ tanq̃ vir bonus pcedere non põt nisi parte citata vel psente.ff.de ędil.edi.l.q̃ si nolit.§.si qd ita.ff.de verb.obli.l.si quis arbitratu p Bart.¶In ɔ̃rium facit qd no.ff.de bo.pos.l.iij.§.si causa cognita.concesso etiã q̃ opinio Bar.in arbitratore esset vera quando compromittit de re litigiosa.tñ secus esset vbi cõpromitteref de perfectione alicuius ɔ̃tus.Pręterea collatio beneficiorũ debet fieri sine exceptione diuturna.ergo non est necessarium iudicium fori qd habet differre tã prouisionẽ psone quã vtilitatẽ ecclesię qd non est de intentione papę.arg.in prœmio.C.siue enim agatur de rõne intensiua siue extensiua semp ad eã recurrendũ est.qa est annexa causę efficiẽti.ff.de pac.l.tale pactum.§.fina.vbi glo. optima. in hac materia consuetudo seruat opi Inno.& minime sunt mutãda q̃ interpretationem certã semper habuerunt.& rõ patet.Nã cõmissarius papę fungitur vice papę.sed papa de suo põt facere gra-
9 tiã cui vult etiã nemine citante.¶†Item ordinarius potest conferre nemine citato.c.licet de pben li vj ergo & commissarius papæ q̃ maior est quolibet citra papam.ff.de minor. l.minor aũt. magistratus tamẽ non citato possessore non dat possessionem corporalẽ.C.vñ vi meminerint.C.si per vim vł alio mõ.l.fi.& d.c.licet tñ etiã in hoc non habet necesse sequi viã scriptã iudiciorũ sed summariã.nec est opus qd ferat sententiã tamen faciat iniustitiã siqui dẽ ɔ̃ formã mandati ipso iure non valet.si.etiam ɔ̃ ius opponentis appellabit s̃m Inno.de hoc no.in c.j.de offi.dele.in cle.& facit.C.
10 si contra ius vel vti pu.l.& si non.¶†Quero vtrũ conditio tacita faciat conditionẽ rñdeo aut inest de necessitate & nõ facit conditionẽ.ff.de leg.j.l.hęc verba.aut inest de necessitate & tũc aut exprimit eo modo quo inest & non facit pprie conditionẽ.C.de fideiuss.l.non recte aut exprimit eo modo quo non inest & tunc nõ facit condi.vt ff.de hære.insti.l.iam dubitari & ff.de lega.j.si ita legatum.§.illi si volet & no.p Pe.ff.de adop.l.arrogator & per Cy.in l.iij.C.si pen.ap.mors interue.& no.q̃ in nostro.c.papa scripsit archidiacono tanq̃ artatori non tanquã collatori nec tãq̃ finali executori.& ideo non põt conferre qa non habet mandatũ ad hoc & oĩs potestas prius debet nasci q̃ exciteĩ ad actũ suum.¶Itẽ omnis conditio tẽpore vel natura debet pcedere anteq̃ dispositũ efficaciter pducatur in esse vt no.Io.mo.in c.statutum de rescrip.lib.vj.
11 in gl.magna.¶†Ex his apparet q̃ non oĩs clausula sonat in conditionẽ nec oĩs conditio in causæ cognitionem iudicialẽ tamẽ sem-
a requirit suum esse ar. ff.ad car.l.iiij.§.puberi.de illa clausula sitibi a

constiterit dic q̃ sonat in iurisdictione si pfertur ante factũ ab eo qui põt dare iurisdictionem alias sonat quandã informationẽ domesticã vt no.C.de his qui.vt indig.l.si ideo ibi glo.sing. parua.gl. est & no.qñ & per quem habeat probare negatiuã si stare volueris sic distingue. Alia est qualitas intrinseca.alia extrinseca item intrinseca qualitas alia naturalis alia accidẽtalis.si igitur negaĩ qualitas naturalis intrinseca.vt qa negatur q̃ a natura inest & cum qua homo nascitur vt si dicatur talis non est sensatus qui hanc opponit eam probare debet probando.s.affirmatiuam ex qua ille de necessitate sequatur.s.q̃ est furiosus vel mente captus.C.de codi. nec codicillos.j.de suc.ab inte cũ dilectus si autem negatur qualitas accidentalis.s.cum qua homo non nascitur nec quæ insit a natur aut esse bonum medicum vł bonũ legistam hic subdistinguitur aut tñ pter huius qualitatem petit aliquis admitti ad aliqd obtinendum puta salarium ciuitatis,& tunc nõ is qui negat huius qualitatẽ sed q petit admitti debet pbare sibi inesse huius qualitatem & probabit eam subiiciendo se examini. C.de profes.l.magistror.& l.reddatur.C.de aduo.diuer.iudi.l.nemini. aut propter huius qualitatem petitur aliquis remoueri ab obtento & tunc qui negat probare debet negatiuam.C.de profes.l.ij.Ratio eius est qa qui adeptus est aliquem honorem statim præsumitur q̃ sufficiẽter examinatus & idoneus inuentus illum obtinuit.xxiij.di eps.ff. de excu.tu.l.numerari s̃.de æta.& quali. accepimus de psumptioni.c.cum in iuuentute. Si vero negatur qualitas extrinseca qualis est ista esse pauperẽ vel diuitẽ esse soluẽ hæc finaliter distringe aut aliqs petit se admitti ad obtinẽdũ aliqd & ille idẽ pbare dẽt sibi inesse qualitatẽ nõ is q negat.verbi gr̃a statutũ est ne aliquis al
12 sumaĩ ad officiũ† tale nisi hẽat.c in bonis si ergo alicui assumẽdo opponaĩ q̃ nõ est soluẽdo ipse pbare dẽt se esse soluẽdo.ff.de priui.credi l creditorẽ.aut aliquis vult excusari ab onere vt a tutela.& tunc ipe idẽ qui hoc dicit pbare debet insti.de excu.tu §.sed etiam pter paupertatẽ his obstat q̃ dicit qui ibet psumit bonus & idoneus nisi pbet ɔ̃rium.s̃ de rescrip.c j.& hic Sola illa vendicat sibi locum in moribus & in his quæ insunt a natura.& veniunt a natura ceterũ si dubitet an beneficiũ sit creatũ ante datã vel post datã etiam si agat de obtinendo psumit p impetrante qa hęc est notabilis psumptio vt actus valeat & non pereat vt no. in c. vl.de rescri. in cle.¶Itẽ si dubitet an aliquid sit factũ tpe libertatis vel seruitutis incũbit pbatio agenti vt no.ff de neg.ge.l.eũ actũ.¶Item ei q vult redarguere aliquẽ de ɔmisso incũbit pbatio.vt C.de peti.hę-
13 re.si post motã.¶Itẽ ei qui dicit se scripsisse incũbit pbatio quia tendit ad excludendũ quem ab obtento.i.a iure in esse & sic non est necesse q̃ agens pbet tẽpus sed excipiens debet probare tex. habuisti plus q̃ notabilem.ff.de proba.l.in exceptione.s̃.de fide instru.cũ Ioannes eremita.¶Dictum est qñ allegatur negatiua simpliciter sed quid si non simpliciter sed cum adiuncto. respondeo istud adiunctum vel est intrinsecum vt periurium & tunc aut consistit in iure allegam.& præsumitur.C.de transac.si quis maior.aut in iure tertii & tunc allegans non probat periurium ex solo tpis cursu.vt not.Inn.de accu.super his.inquisitor aũt quia est minister leg.rei pub.& eius cuius interest bene probat periuriũ ex tpis lapsu vt no.eleganter Barto.ff de ver obl.in illa stipu. si calendis.&
14 l.hoc iure.¶†Qualiter probetur hæc negatiua q̃ non animo occidendi quis percusserit.dicunt quidam q̃ per iuramentum coadiuuantibus circunstantiis.C.de sica.l.j.l di eum. per Arch. vbi videas qui opponit defectum debet probare fallit in exceptione pręposita negatiue lxx.dist.presbyter per Arch.& qa gl. q̃ est in pręal. c. j.de offi.dele.in cle.intendit summarie id qd Innoc.intendit hic nominari. Pro clariori intellectu formo quasdam quæstiones.
15 ¶†Et primo qro nunquid ista clausula si persona sit idonea faciat condi.& vr q̃ sic quia dictio si facit conditionẽ expressam vt not. ff.de condi.& demon in rubrica vbi est glo.solennis.Præterea conditionum quædam iu præteritum.quædam in pręsens,quædam in futurum conferuntur.ff.si cer.pe.l. omnia & l.itaq;.in hoc tamen differunt quia conditio de præterito vel præsenti non suspendit actum ad quem tendit.sed sola conditio de futuro suspendit.i.inducit quãdam pendentiam in existentia quę pendentia appellatur in iure potestas.condi.sed condi.de præterito vel de præsenti nõ habet differre quia natura præsentis est significare per modũ præsentis & nõ futuri.vt ff.de iniusto testamẽto.l.cũ in secũdo ɔ̃rium dicit Inno. q̃ ista verba non faciunt condit.licet eñ oratio de natura sermonis videatur sonare condi.tamen iuris ratio sonat simplicem instructionẽ.porro intellectus Innoc.& Host.summarius est iste q̃ aut potestas data executori refertur ad modum vel ad factũ formaliter subintellectũ de iure cõi.& tunc nõ facit conditionẽ quia

ADDITIO.

a Vide de ista clausula allegata per do.Feli. in c.si tibi constiterit.j.de accusatio.

quia non intendit papa aliter diſponere quàm ius diſponat vt. l.
mutuo.§.j.ff.de tutel.Nam quod eſt ſecus a iure communi videtur
ei contrarium quod minime eſt de intenſione cuſtodis & patris
16 legum.C.de inof.te.l.ſi quando in princ.¶†Secundo quæro quid
ſi poteſtas data executori refertur ad modum vel factum nullo
modo ſubintellectum de iure communi.dicit Inno.& Hoſti.ꝙ po
teſtas illa eſt conditionalis non monitoria vt ſi dicatur prouideas
petro ſi ſit doctor decretorum.Nam hæc conditio eſt papalis non
legalis & obtinet vim ſubſtantialis formæ ſicut diceret ſi natus eſt
ex parte milite.ff.de cond.& demon.l.Lucius.vel ſi fecit paſſagium
vltra marinum quia hæ conditiones non ſunt tacitè. & ideo de-
bent formaliter verificari ad literam prout iacent. ff. de condi. &
demon.l.męuius & l.qui hæredi.tunc enim locum habet ꝙ in con
ditionibus ſufficit equipollens vt ff.ad Treb.mulier.quando teſta
tor conſiderauit effectum & non modum implendi.vt ff.de li. &
poſt.l.gallus.§.& quid ſi tantū.ſed vbi conſiderauit modum .i.for-
mā implendi oportet formę pareri quia opponēs conditionē vult
17 eā prçexiſtere vt no.in l.ij.C de condi.inſer.¶†Tertio quęro vtrū
quando poteſtas data executori eſt conditionalis teneat prouiſio
executoris.puta ſi eſt de tali vico oriundus non verificata prius cō
ditione reſpondeo non ſm Inno.& Hoſt. eſt ratio quia non ſuffi-
cit facto fieri id quod eſt fiendum cū omni prouidentia vt not. ff.
de reg.iu.l.in totū omnia.& ff de cond.& de.l.ij.oportet ergo prę-
cognitū eſſe anteq̄ procedatur ad actum collatum. Nā hoc tacitè
18 videtur ineſſe de mēte papę ꝙ procedatur cauſa cognita.¶†Quar
to quærit an iſta cauſæ cognitio debeat fieri iudicialiter an vero
tanquam per ſimplicē bonum virū adhibita informatione iuridi-
ca etiam domeſtica.rn̄deo ſi quidē nō incepit procedere vt iudex.
ſed ad inſtar..vt ita dixerum cuiuſdā arbitratoris nō eſt neceſſe ꝙ
aliquis citetur niſi qn̄ procederet ad remouen̄.quē a poſſeſſione in
hoc enim differt executor a iudice quia nō habet citare in c. licet
ep̄s.de pręb.lib.vj.Si aūt incipit cognoſcere tanquā iudex.tūc cum
ſemel ſit ceptū iudiciū debet iudicialiter terminare.ff.de iudi.l. de
qua re.forte. dici pōt ꝙ omiſſa via iudicij poſſet tranſire ad aliam
viā.ar.ſ.de cā poſ paſtoralis.potius enim videtur citaſſe ad caute-
lam quàm vt præcludat ſibi viam poteſtatis.ar.in l.iij.ff.de mil.teſ.
19 ¶†Quinto quæritur pone quod poteſtas eſt momentaria non cō
ditionalis vtrū ea non verificata nihilominus teneat prouiſio po-
ſtea facta.rn̄deo ſic dummodo clauſula ſit in ſe vera vt in clauſula
ſi eſt idoneus & vere eſt idoneus ſecundum Inn. Sextò quęro qd
ſi huic clauſule eſt adiecta conditio ſi conſtiterit. reſpondeo nō te
net prouiſio niſi ſit prius verificata conditio. & eſt ratio quia iſta
ſunt verba futuri temporis & ſapiunt cauſæ cognitionē. ergo de-
bet prius liquere q̄ prouidere ſecundum Inno.ff.de acqui.hære. l.
eum qui duobus.§. filius nec tamen erit neceſſe quod conſtet per
figuram iudicij ſed per ſimplicem examinationē perſonæ ſm.In-
20 no.de ele.ſi forte lib.vj. ¶†Sed ſi apponitur in reſcripto clauſula
ſi ꝯcorditer a capitulo fuerit receptus an vno diſcordante dicatur
receptus in cōcordia.rn̄deo ſic ſecus ſi diceret canonici fuerunt in
concordia qa refertur ad perſonas non ad capitulum quod conſi-
ſtit in maiori parte, ita debet intelligi quod no. Archi. lxxvij.di.di-
lectionis niſi ille vnus haberet iuſtā cauſam diſcrepandi quia vnus
ſolus cū iuſtitia poteſt impedire vniuerſos.lxj.diſt.epiſcopum per
Archi.& ſi omnes recedunt in vltimo momento termini vno ſo-
21 lo excepto ille ſolus totū pōt.lxv.di. ſi forte per Arch.¶†Si ſcri-
bitur pro bigamo quod recipiatur in monachum valet reſcriptū
quia bigamus poteſt eſſe monachus.lxxxiij.diſt.quiſquis p Archi.
ſi papa mandat prouideri vni qui ſit in ſacerdotio.& quidā in cu-
nabulis factus eſt ſacerdos.dicit Archi. hūc eſſe ſacerdotē habitu.
i.eſſentialiter licet nō effectu lxxvij diſt. ſubdiaconus per Archi.
vtrū præſumatur p poſſeſſore ꝙ habeat titulū c. diſt, cōtra morē
per Archi.dic præſumi ſi ſe defendat.ſecus ſi agat.& hoc qn̄ duo
litigant de bn̄ficio.ſed ſi ex officio ep̄s inquirat debet edere titulū
ſicut fiſco debet edi inſtrumentum.c. diſt. contra morem per Ar
ch.¶Si apoſtata impetrauit nō valet impetratio quia eſt indignus.
ꝯtriatiue & priuatiue facit qđ not. Arch.j.q.j.ſi quis.apoſtata eſt p-
fugus religione.qui non eſt in obedientia.lxxij.diſt.c.j. per Archi.
quid de clauſula ad tuam pertinet collationem ſpectāte & ſpectat
ad eum ex iure eligendum deuolucto certe non pertinet ad colla-
tionem.ſed ad elec.de ſupplē.neg.præla.dileto in nouella. ¶Quid
operetur clauſula ſupplentes &c, reſpondeo in eo quod nemini
nocet.lxvj.diſt in Cenomanenſem per Archi. ¶Quid operentur
illa verba nulli alij de iure debita.lxxv.diſt in.ordinationes.iſta ver-
ba requirunt ꝙ beneficium ſit aptum collatori.c.j.qui ſucceſſores
teneantur.col.x.¶Quid ſonat verbū diſponas. lxx. diſt.ſanctorū.
22 ¶†Quid ſonat verbum prouideas.rn̄deo ſonat prouidentiam nō
ſolum impetrantis.ſed eccleſiæ impetrate.de do.præleg.Theopō
pus.¶Quid ſonet clauſula conſuetudinis.rn̄deo de ele.c.cumana.
& in eadem ſanctæ conſuetudinis pręſcribitur minori ſpacio.qđ
frequentius vſitatum eſt & ideo eſt arbitrarium arg.ff.de leg.iij.l.
concubina.§.vxori.per Accur.

¶De iureiurando. Rubrica.

a ¶Dictum eſt ſupra[a] de proba. ſed quia in defectum probationum
recurritur ad iuramentum vt j.eo.c.ſi ideo poſt remedium proba
tionum tractat de remedio iuſiurandi vel ſic:quia iuramentū præ
ſumitur verum ideo poſt tractatum de præſumptione tractat de
iuramentis.habetur materia.xxiij.cauſa per totum xv.q.vj. per to
tum & dic ꝙ iuramentum aliud eſt deciſiuum cuius tres ſunt ſpe-
cies.ff.e.l.j.aliud ſolidatiuum contractus vt in auth. ſacramēta pu
berum.vel diſtractus in quo plerunque decipiuntur adoleſcentes
quia faciunt refutationem tutoribus quondam ſuis cum iuramen
to vt not.in l.quid ergo.in princ.ff.de contrario iudi.tutele vbi eſt
glo.vnica.in iur.tamē ſi conſtaret de dolo teneretur tutor crimine
ſtellionatus.aliud iuramentum eſt enunciatiuū quod non interpo
nitur animo obligandi.arg.ff.de ędil.edic.l.ſciendum. §. dictum.
adde quod not.ff.de infa.l.Lucius quam glo.bene nota quę eſt ibi
in l.Lucius.quia multum eſt ſingularis Bald.

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino circa hanc rubricam ea omnia quæ ſcribit hic elegāter do.
Ant.corſe.in ſua ſolenni repetitione quam fecit de iſta rubri.

CAP. I.

1 *Creditor tenetur remittere iuramentum ſibi præſtitum de ſoluendis vſuris & ſi non remittit ipſe epiſcopus poteſt remittere vel eius vicarius.*
2 *Debitor an poſſit compelli ſoluerē & poſtea poſſit repetere.*
3 *Iuramentum an poſsit remitti ab homine.*
4 *Iuramentum quod a fœneratore gratia fœnoris fit an ipſo iure teneat.*
5 *Iudex ſi relaxat iuramentum an illud tollat.*
6 *Vitium ſi eſt expreſſum in contractu quia dixi iuro tantum ſoluere nomine vſurarum an ſit neceſſaria abſolutio.*
7 *Relaxatio iuramenti an poſsit peti per procuratorem.*
8 *Condictione certi an poſſit agi pro vſuris tacitis.*
9 *Debitor qui non ſoluit vſuras ſicut iurauit an ſit infamis.*
10 *Reſciſsio contractus an poſsit peti niſi præcedat abſolutio a iuramento.*
11 *Ciuitas quid iuris ſi accepit mutuum,& ſindicis iurauit.*
12 *Soluens vſuras ſi velit eas repetere an indigeat abſolutione iuramenti.*
13 *Vſurarius contra quem oblatus erat libellus in curia epiſcopi vbi erat conſtitutio vt non audiretur libellans niſi faceret depoſitum & fuit pronunciatus vſurarius & inſtrumentum eſſe de duplo vere ſortis:an perdat ſimplum quod erat vere debitum.*
14 *Præſtantia ſi fiat in reddibili vbi nunquam ſors habetur ſed datur quiddā redditus annuus puta decem pro centenario an contrahatur hic vſura.*
15 *Fiſcus eſt ſubditorum calamitas.*

1 EX adminiſtrationis. † Creditor te-
netur remitte-
re iuramentum ſibi præſtitum de ſoluen̄. vſuris. ſup-
ple.& ſi non remittit ipſe epiſcopus poteſt remitte-
2 re vel eius vicarius & hoc patet in antiqua.¶†Oppon. quod imo
cōpellatur ſoluere & poſtea poſſit repetere vt j.eo.debitores. ſol.
ibi non erat petita remiſſio vel erat petita ſed non conceſſa quia
forte non erat ſummatim probatum ꝙ contractus eſſet vſurarius
vel quia creditor erat abſens in remotis partibus ita ꝙ remittere
non poterat quo caſu nō poteſt epiſcopus remittere quia nō prę
cedit mora creditoris & quoties ex mora differtur poteſtas ceſſan
te mora ceſſat executio poteſtatis.vt ff.ſi certum pet.l.lecta.§. ſed
ſi ſortis. in hac petitione remiſſionis requiritur ſummaria cogni-
tio & ſi contra petentem remitti eſt aliqua præſumptio non de-
bet concedi.ar.ff.ad car.l. iij.C. cauſę. ſed ſi pro eo eſt præſumptio
debet concedi ar.ff.ad exhi.l theſaurus. & ſi vult ſatiſdare de ſol-
uenda integra quantitate ſi apparuerit contractum purum & verū
non videtur ꝙ ſit neceſſaria alia remiſſio.arg.ff. de nō. oper. nun.
l.de pupillo §.habet autem quod non puto verū quia nullo cano-
ne hoc cauetur & erubeſcimus cum ſine lege vel ſine canone lo-
3 quimur vt in auth.de trien.& ſemiſ.§.cōſideremus.¶†Opp.iſtud
iuramentum eſt præſtitum Deo & homini ergo non poteſt remit
ti ab homine tantum de ſpon.c.pręterea.& in Spe.de legato.§.nūc
oſtendendum.ver.xxiiij.Sol.Deo eſt pręſtitum per reſpectū hoīs
& non homini per reſpectū dei. Pręterea homo relaxat authori-
4 tate canonis.¶†Opp.& videtur ꝙ ipſo iure non teneat iuramen-
tum quia prohibitum eſt principale.i.fœnus:ergo & id quod eius
gratia fit ff.de pac.l.iuris gen.§. prætor.ff.de le.j.l. ſi qs inquilinos.
§.fi.C.de legi.& conſti.l.non dubium.ff.de iure patro. l.adigerę.§.
fi.ff.de condi.inſti.l.quę ſub conditione.§.vlti. pręterea iſtud iura-
mentum eſt turpe ex parte recipientis iuſiurandi promiſſionem.
ergo non eſt ſeruandum ne ex turpitudine ſua reportet commo-
dum.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pacta quæ turpe.Nam dolus futurus cre-
ditoris non poteſt ei remitti eadem.l.§.illud nulla.ff.de pac. do.l. ſi
conuenit.

conuenit. & l.ꝓuenire. Nā authoritas iuris & canonis maior est q̃
authoritas iuramenti.¶Istud iuramentū est ꝯ bonos mores credi-
toris quia vsurarius est infamis.vt C.de infa. l. improbū. cū ergo
ex persona actoris ius metimur vt l.j.in prin ff.si pars hære. pet.ff.
de mili.test.l.militis codicil.§.veteranus.ff.de secū.tab l. qui ex li-
beris.§.testō.ff.si vsuf.pe.l.vti frui.§.vtrū si ergo extremum qđ est
agens est inhabile & inualidum ergo extremum patiens.i.reus nō
tenetur. ¶Item agēs tractat de turpi lucro ergo deterior est eius
conditio.vt ff.de regu.iur.in eo quod velis.& l.nihil interest.So.ad
omnia ista ꝯria & similia dicendum est quod speciale est in contra
ctu vsurarum quia est permissum de iure gen.& quia multos expe
dit inuenire fęneratores sine quorum suffragio sæpe multi famę
perirent vt no.in l.si conuenerit.ff.de pig.actio.vbi gl.singulariter.
vel dic ꝙ est speciale vt subtrahatur debitoribus calumniādi mate
ria quia semper diceret iste ꝯtractus est vsurarius & hoc dicat equi
tas summa quæ rigoribus argumentorum præfertur.¶Opp. quia
ille qui petit relaxari iuramentū videtur fateri se obligatum qa nō
est priuatio sine habitu.vt ff.de verb.obli.decem.sol.negat expres-
5 se hoc nō fatetur tacitè.¶†Opp.si iudex relaxat iuramētum ergo
tollit illud itē & fateri videtur contractū esse vsurariū. rñ.non tol-
litur iuramentum sed eius retinetur effectus in suspenso.ff.de do.in
ter vi.& vxo.l.cum hic status.§.sine.& no.ff.de ver.ob.l.ij.& l.inter
stipulantem.§.sacram.& ideo si sentētia fertur postea contra debi
torē & non soluit est periurus.¶Itē ista solutio fit ad aperiendum
viā inquisitioni veritatis & ideo non imponit terminum liti: quia
fit ad litē pręparañ.nō ad decideñ.sicut quādo absolutio fit ad cau
telam. ¶Opp.si istud iuramentū est præstitū deo cū eps sit minor
eo nō potest relaxare ipsum nec sicut minor.pōt in integrū resti-
tuere contra authoritatē superioris.ff.de minor.l.minor autē ma-
gistratus.solu. episcopus hoc facit authoritate canonis delegata
obſtante iuramēto ſuccedat cū fratribus ęquis portionib.nūquid
poterit petere hęreditatē nō obſtāte iuramēto:& vr̄ ꝙ nō:qa iu-
ramentum fuit p̄ſtitū fratribus:& ex eo eſt ipſis ius quęſitū:vnde
pater iuri filiorū renunciare non pōt.¶ In ꝯrium facit qa Bern.di-
cit hic qđ iuramentū pōt relaxari ex teſtō & hęc eſt ueritas:quia
agit ex noua cā de qua prius non fuit cogitatum.¶ Item qa inui-
to patre de cuius hæreditate agit non tenet dictum pactū & requi-
ritur perſeuerantia patris vſq; ad mortem caſus eſt vnicus in iu-
re.C.de pac.l.fi.licet illa.l.ſit oībus no.tñ per neminem ad hoc ſpe
8 cialiter allegata.¶† Quæro teſtator mandauit reſtitui vſuras om-
nibus ꝓbantibus ſe ſoluiſſe vtrum poſſit agi actione ex teſtō & vr̄
qđ non qa hęc diſpō conditionalis ſ.ſi probabitur ergo ante non
eſt nata actio:ergo nō pōt fieri probatio.nam non poſſe agere:&
poſſe ꝓbari implicat contradictionē.Solu.quædā perplexitas eſt
hic & a prin.agit đ facto:ſed facta ꝓbatione fingit actum de iure.
Nā perplexitates per iudicia diſſoluunt.vt ff.de verb.ob.l.ſi Titius
& Seius.in perplexis eñi nō ſequit regulas iuris.vt no.ff.de ver.ob.
l.ita ſtipulatus.la grāde in gl.q̃ incipit apparet ex pręd ictis.Illud
ēt notabis qđ ſi legatarius decederet anteq̃ ꝓbaret nō tranſmitte
ret legatū ad hæredem:imo nec ſtipulationē de reſtituendis vſu-
ris ſub ea cōditione cōcepta ſi probabit:qa impletio iſtius cōditio
nis nō tranſmittit ad hęredē.tex.eſt multum ſing.ff.de verb.obl.l.
qui romę.§.augerius.Sed ſi verba fuiſſent imperſonalia.i.ſi proba-
bit bñ trāſiret ad hęredē hmōi cōditio.qa verba imperſonalia ſa
piunt realitatē.ut ff.de pac.l.q in futurum.§.j.Quid ſi quis iurauit
vſuras non recipe.rñ.pōt recipere a ſponte ſoluente:& per iſtum
actum ſoluit iuramentum quaſi gratuito remittit.ar.ff.de re.iur.l.
cuius per errorē.vel dic qđ epſ coget eum ad recipiēdum ad hoc
vt uſurarius exeat de pctō:& tunc iuſſus iudicis excuſabit a periu
rio:qa autoritas ſuperioris ſemꝑ vr̄ excepta.vt no.s̄.c.ꝓximo.&
9 c.ad noſtrā.¶† Quæro quid ſi qs iurauit nō denunciare & denun-
ciat & eſt ꝑiurus:vtrum ex officio iudicis fiat ei reſtō vſurarum.
rñdeo ſic.qa iſta eſt potius inqſitio q̃ denunciatio:nec ideo qs per
10 dit ius.ſuum qđ ſit periurus.vt not.ff.de iureiu.l.alias.¶† Vltimo
no.quoddā dictum Inn.qđ eſt hic qđ in oībus iurib.fiſcalibus pōt
ꝓcedi per meram inqſitionē.Adde qđ ſi ꝓceditur ad indēnitatem
fiſci nō eſt neceſſe qđ pręcedat infamia.ut C.de bo.va.l.filio.li.x.
hoc priuilegium fiſci puto trāſire ad ceſſionariū eius:non eñ eſt
rō quare non tranſeat:& regula eſt qđ omnia ſunt tranſitoria ni-
ſi rō impediat.ff.de in inte.reſtit.l.non ſolum.nimirum qa ceſſio-
narius eſt imago cedētis.vt C.de proc.l.qui ſtipendia.& in c.j.de
iurepa.li.vj.& tamē quędā ſunt q̃ nō trāſeunt.Nā ius nō ſoluēdi
pedagium non tranſit ad mercatorem qui cum fiſco negociatur.
11 ut dicit illa.l.no.ff.de publi.l.licitatio.§.mercatores.¶† Extra quę
ro nunquid teneat conſtitutio epiſcopi diſponentis qđ nullus
vſurarius audeat recipere iuramenta ab aliquo & ſi receperit nō
valeat ipſo iure:& vr̄ qđ ſic:qa poteſt relaxare iuramentū ergo &
ſtatuere.¶ In contrariū dicitur quod non poteſt relaxare niſi ad
hibito quodam ordine.ſ.qđ moneat vſurarium qđ relaxet.¶ Itē
quia iſta relaxatio non pōt fieri ſine cauſæ cognitiōe:puto iſtud
ſtatutū valere ſi habeat bonā formā.verbi gratia:qa dicit mone
mus oēs vſurarios qđ intra mēſem relaxent oīa iuramenta alio-
qn ex tunc dictū iuramentū intelligitur eſſe relaxatū autoritate
p̄ntis ſtatuti.Nā qđ pōt fieri iuriſdictionē pōt fieri ꝯſtōnē vt not.
in l.j.§.j.ff.qđ qſq; iuris oportebit tñ qđ hoc poſtea liqde.ſi op-
ponat exceptio periurij nec eſt hoc p̄poſterū qa ſumunt ab oppo
nēte originē.Itē qa licet ſnīa hoīs dēat liqdari ante tñ ſnīa legis
12 pōt liqdari poſtea.vt in c.ꝓ humani.de homi.in cle.¶† Quero nū
quid pupillus q iurauit cū autoritate tutoris ſoluere vſuras in-
digeat relaxatione hmōi iuramēti.& vr̄ qđ ſic doli capax deiera-
re pōt verbi gratia ſi ferret falſum teſtimoniū nō ob.ff.de iureiu.
l.q iuraſſe:qa ibi loquit ſm iuriſdictionē quā canonis lator nō ꝯ
ſiderat.vt j̄.de deli.pu.c.j.ergo re vera eſt ꝑiurꝰ niſi iuramētum
ſibi relaxetur:& tamē in ꝯtractibus ex iſto iuramento non orire
tur obligatio:qa in eis pōderamus efficaciā.vt dixi.s̄.de probat.
in pręſentia:ſed quātum ad cōmiſſionē delicti pupillus bñ eſt de
linquēs qa maleficia nō ſunt a iure reꝓbata:& iō punibilia &c.
13 Quæro nūquid ſtatutū ciuitatis poſſit dicta iuramēta præſtita vſu
rarijs ipſo iure annihilare.Bar.dicit ꝙ ſic ſi ſtatutū prohibeat per-
ſonas cōtrahere & iurare.verbigratia.nullus contrahat mutuum
cum vſurario:vl nullus vſurarius recipiat inſtrumētum uel chartā
mutui.nā vbi ꝑſona ſubtrahit de medio ibi iurm̄ nō hēt fundamē
tum.ff.de ſtip.ſer.l.vſusfru.ſm Bart.qui ita tenet alias not.ff.de fi-
deiuſſ.l.ſi quis ꝓ eo.in prin.ver.3.idē dixi ſi res ſubtraheret a com
mertio.vt l.j.C.non licere arbitratoribus metra.li.x.ſecus ſi cā ſub
trahat de medio.Nam iuramentum ēt ſine cā obligat vt hic & s̄.c.
debitorē.tñ qñ cauſa hēt in ſe peccatum dēt relaxari ꝑ iudicē ani-
marum.ut s̄.c.j.& iſta ſunt bñ notāda & quotidiana q̃ examinaui.
C.de legi.l.nō dubium.vbi videas in lec.mea & in repetitione no-
14 ſtra.¶† Extra quęritur duo erāt ſocij & vnus exercebat fenus &
cōicabat alteri:poſtea fecit cautionē vtrum ille alter teneat cōfer
re in reſtitu.vſurarum:& videtur ꝙ nō:quia.l.requirit ꝙ primò ſit
condēnatus.vt ff.ꝓ ſo.l qđ oīm.Mar.ſyli.dicit ꝙ fuit iudicatum
cōferri debere non vi ſocietatis quę non tenet in delictis ſed vi ęq
tatis.nam pro condemnato habetur ex quo obligauit ſe epiſcopo
vel ſuo vicario tanq̃ cōfeſſus in iudicio ſaltem animę ſm Mar.ſy
li.facit qđ no.Cy.C.fa.hęr.certum.& in l.unica de confeſ.& Bart.
in l.cum vnus.ff.de bo.auto.iudi.poſſ.& in l.a diuo pio.s̄.de re iu.
per Bart.& fiet executio tanquam in bonis debitoris cum etiam
ipſum nomen ſit obligatum pro reſtitutione vſurarum.Bal.

C A P. XXI.

1 *Iuramentum indiffinitum diſtinguitur per ius commune.*
2 *Iuramentum quod ſine interitu ſalutis eternę poteſt ſeruari an ſit ſeruādū.*
3 *Libellus an ſit offerendus in notorio contractu ſi reus comparet & petit ſi-
bi libellum offerri.*

4 Pars

4 *Pars an sit citanda in notorijs & sententia ferenda.*
5 *Iudex quid iuris si nescit esse notorium.*
6 *Iudex inuito actore an possit seruare praecisum ordinem iudiciorum.*

AD nostram.el.iij. Iudex qui iurauit in omni causa ordinem
iudiciarium obseruare in notorijs subtilitatem ordinis
iudiciarijs non seruabit. h.d. secunda ibi. verum. ¶ Casus
archiepus Neapolitanus quasi per extorsione praestitit iurm quod
in omni ca seruaret ordine iudiciariu: dubitabat episcopus vtrum
in notorijs teneret obseruare eunde: Papa dicit q ex vi iuris commu
nis no tenet obseruare iudiciaria indagine & ordine qa quae mani
festa sunt accusatione no indiget. Ite nec ex mente iurantis qa non
intendebat praetextu huius iuramenti venire contra canonicas san-
ctiones: quia ista intentio tenderet ad illicitu iurm quod hic vocatur
periuriu. ¶ Ite nec ex interpretatione iur. qa ratio no patit. ¶ Ite
qa subtiliter intueti de ordine iudicioru videtur procedere q in ta
libus non seruetur ordo. ¶ Item qa iurm debet intelligi de causis
in quibus ordo est seruandus: & ideo Papa concludit q archieps sa-
tisfaciat iuri scripto & per hoc seruabit ipsum ius coe & iurameti
tenore vnuquodq; in suo casu. ¶ Not. qd dixi in summario. Scdo
not. q manifesta.i. notoria accusatione non indiget. Ex hoc collige
q solenitas. l. libellorum. ff. de accus. non est necessaria in notorijs.
¶ Ibi in mente nota q verba restringuntur ad cogitatum. ff de test.
tu. si qs ita. Ita benignus interpretari. not. qd iurm est benigne in-
terpretandum. ¶ Ibi consonet. not. quod proprium est iuramentu
regibus concordare. ¶ Ibi non seruari not. qd prohibet seruari. vt
no. Inno. s. de iudi. nouit. sed intendit dicere q non est necesse: ibi p
oia. i. per libelli oblatione & litis 9te. citatio non est necessaria si est
absens. ¶ Ibi procedere not. tex. valde not. q in notorijs & summa
a rijs[a] ordo est ordine non seruare. ¶ † Ibi valet not iuramentum in-
1 diffinitum distinguitur per ius coe: ide puto in statutis municipa-
libus. vt C. de noxa. l. si serui vestri: & est multum no. gl. C. de iure de
libe. l. fi. §. in computatione. Ite not. qd satis est q verba generalia
interpretetur & per modum regulae & tanq regulae patiantur exce
ptiones legitimas. vt C. de adul. ita pudor. & l. j. §. j. ff. qd vi aut cla.
na sermo generalis ciuiliter debet intelligi. vt ff. de seruj. l. si cui ibi
2 seruabis. s. vbi debes & in quibus debes. ¶ † Opp. istud iuramentum
potest seruari sine interitu salutis eternae ergo seruandum. Sol. qn
iustitia alterius offenditur non potest eo inuito seruari absque de-
trimento salutis eternae. & ideo non seruandum quae regula est be-
ne notabilis non dico q propterea processus esset nullus imo videli
cet: licet sit supra formam mandanti & ita intelligitur dictu. Inno.
¶ Et not. qd duplex est ordo iudicij. s. regularis & irregularis. pri-
3 mus seruat regulariter etia in casibus exceptis vt hic cu si. ¶ † Quae-
ro super verbo accusatione, quid in notorio contractus verum si li
bellus offerendus si reus comparet & petit sibi libellum offerri. di-
cit Innoc. q non proprie reperitur in contractibus notorium. j. de
cohabi. cle. & muli. c. fi. ¶ Sed contra hoc videtur tex. s. de testi. co-
ge. luper eo. sol. Inn. dicit veru quia non possunt oes circunstantiae
contractus esse notoriae: qa potest esse q contractus fuit celebratus
dolo vel metu vel simulate & ratione circunstantiaru quae sunt du-
biae debet seruari ordo iudiciorum si reus comparet & petat offer-
ri libellum. vt C de edic. diui adri. tol. l. fi. Sed in delictis omnes cir-
4 cunstantie possunt esse notoriae. ¶ † Quaero vtru in notorijs sit pars
citanda & sententia fereda dic q sic. j. de appel. c. cum sit Romana.
Et ex hoc sequit q requiritur qualis qualis causae cognitio ita qd
ex actis appareat q iudici sit notorium: qa sententia no debet ferri
5 de facto. C. de accu. ea quidem. ¶ † Quaero quid si iudex nescit esse
notoriu. respondet. gl. q potest procedere ordinarie sed si vult p-
cedere extraordinarie primo inquirat an crime sit notoriu & sup
eo interloquatur & lata interlocutoria & declarato qd si notorium
poterit postea pcedere ordine iudiciario non seruato. de offi. dele.
c. statuimus. ¶ Quaero qd si est notoriu in vna prouincia: sed no in
alia. rn qa quaerimus de ordine iudicij seruatur notorium vel no no
6 torium prout est in loco iudicij scdm Ber. ¶ † Quaero nuquid inuito
actore possit iudex seruare pcisum ordine iudicioru. rndet Bern.
quod non qa multu lederet ius actoris. Ber. ar. ff. de mino. l. minor.
xxv. annis cui fideicom. Et per hoc patet qd si instrumentu ex for
ma statuti debet excutioni mandari iudex no potest imponere gra
uiorem ordinem q statutum dictat quod teneo menti pro instrume
tis guarentigie in tuscia. ¶ Vltimo no. de generalitate verborum
restringenda: & de hoc not. in c. a. j. de coniugio leprosum. Bald.

ADDITIO.

a ¶ Vide And. sic. in consi. xxxvj. col. xvij. ij. vol.

CAP. XXII.

1 *Consilium alterius non est necessarium in re euidenti.*
2 *Soluere Seio an possim quod debeo Titio.*
3 *Receptor falsus an committat furtum.*
4 *Solui vni soli an possit si aliquid pluribus debetur.*
5 *Domini si sint plures an sufficiat iurare fidelitatem vni pro omnibus.*
6 *Fur qui patitur furtum cum alio an magis delinquat quam ille qui non patitur.*

EA te. Qui iurat cui non debuit. ei cui debuit iurare
compellitur. Et tria facit primo exordit. secu
do narrat. tertio concludit. secunda ibi sane. tertia ibi. cu
igitur. ¶ Casus. Dns Papa madauit epo Calaratano quate-
nus iuramentum fidelitatis exigere & reciperet a iudice Cala-
ratano nomine Romanae ecclesiae pro ipso iudicaturo: qs eius in-
uestitura pertinet ad summu pontifice sicut tota Sardinia & vulgo
vocat iudex alborec iste iudex excusabat se qa dicebat q illud pstit-
erat archiepo Pisano saluo ecclesiae Romanae honore. Papa scribit
dicto iudici qd istud iuramentum qd est pstandum Papae non po-
test praestari alteri sine mandato Papae qa augetur no minuitur de-
bitu. i. culpa. debitoris quando qd debetur vni soluitur alteri. Et si
diceret iudex q istud iuramentum esset contrariu primo iurameto:
rndetur q primu tanq illicitu no est seruandu si vero non est contra-
riu: sed compatibile: puta pro diuersis feudis. tuc primu iuramentum
1 non officit quin scdm debeat sine difficultate praestari. ¶ † Ibi per te
ipsum no. q in re euidenti non est necessariu consiliu alterius. & sic
est ar. qd causa certa & indubitata non debet comitti cosilio sapie-
a tis.[a] Ibi remittitur. ff. de sol qui hominem. §. si nullo. ff. de fur. si qs
vxori. §. apud labeone. ff. de condi. inde. si poenae causa. §. j. ¶ Ibi sed
augetur qa grauius est malu soluere q non soluere vt plene no. in l.
vnica. C. de sen. quae pro eo. ff. de act. emp. l. Iulianus. in princi. ¶ Ibi
saluo apostolicae sedis honore ista protestatio nihil operat qa si no
tenet principale nec accessoriu. ¶ Ibi tenearis qa tota Sardinia est
de pleno dnio ecclesiae. vnde plebs sardiniae est fidelis ecclesiae. Ibi il
licitum reliquum est licitu & econtra: qa in contrarijs regulae dant
per opposita. Ibi ex debito not. q fidelitas debetur pro inuestitura
2 feudi. ¶ † Quaero vtru id qd debeo Titio possim soluere Seio. rn.
no fallit si Seius sit debitor Titij ex ea ca ex qua ego sum debitor. vt
ff. de pig. act. l. solutu. §. vnde si domum ff. de exce. do. l. si opera. ff.
3 de neg. gest. si liber. ¶ † Quaero nunquid falsus receptor committat
furtu. rn. sic nisi se obligauerit per pactum ad illud exequendu vel
nisi sit secura ratihabitio vel nisi in eu sit translatu dnium qd tn in
dubio non praesumitur: sed magis traditu tanq nuncio, haec proba-
tur. ff. de fur. l. si vendidero. §. si titius. ff. de do. l. hoc iure. § si quis de
4 derit. ff. de condi. ob causam. l. si procuratori falso. & l. pe. ¶ † Quaero
quid si aliquid debetur pluribus vtrum vni soli possit solui. rn. aut
debetur species indiuidua vt stichus & pot solui pi occupanti. vt
ff. de so. si stipulatus. § si lance, aut debetur quantitas: & tunc refert
aut sunt rei credendi in solidu. & ide siue vnus habeat regressum co-
tra aliu. vt C. de duo. re. l. fin. siue non: vt qa debitum est gratuitu vt
dicit. l. illa singularis. ff. ad l. Fal. l. in lege falcidia hoc obseruandum.
aut non sunt rei credendi in solidu: & tuc pars vnius solui alteri non
pt nisi forte sint socij: qa inuicem institores videntur. ff. de pac. l. si
5 vnus. in prin. ¶ † Sed pone plures sunt dni nunqd sufficiat iurare fi-
delitatem vni p oibus. rn. aut sunt dni ex diuersis feudis & no suffi-
cit. casus est hic aut ex eodem feudo si feudum sit indiuiduu vt feu
du iurisdictionis potest vni pro omnibus: qa nisi in solidu praestari
non potest: sed si indiuiduu non potest praestari vni p altero nisi il-
6 le ratificet. ar. ad hac di. ff. de neg. ge. l. qui aliena. §. fi. & hic. ¶ † Quae
rit glos. an fur qui partitur furtum cum alio magis delinquat q ille
qui non partitur dicit glo. q sic: qa facit plures peccare. Item qa ge-
minum furtum comittitur primo faciendo postea partiedo. quod
no. contra sociales improbarum societatum qui inuicem diuidunt
spolia: quia maiores fures sunt quam fures simplices.

ADDITIO.

a Vide Barb. consi. 51. incip. scripsit sapientissime in 31. col. j. vol. Feli. in c. ex
parte. de rescrip. & do Alex. consi. 62. pe. col. 2. lib.

CAP. XXIII.

1 *Compromitti potest in mulierem tanquam in arbitratricem.*
2 *Pater metu poenae non debet inuitari ad exhaeredandum filium.*
3 *Compromissum potest fieri etiam sine promissione.*
4 *Reductio in eo quod confirmat, meretur executionem.*
5 *Actio an oriatur ex pacto nudo transactionis.*
6 *Compromissum si fuerit factum super quibusdam accidentibus post contractum nominatum ex interuallo oritur actio, & non exceptio.*
7 *Ordo aliquis iudiciarius an sit seruandus coram arbitratoribus.*
8 *Arbitramentum an possit fieri parte absente non citata.*
9 *Arbitrator quando examinat testes, non est necessaria citatio testium.*
10 *Arbitrari intra quantum tempus debeat.*
11 *Contractus an sit nullus si emi vnum pro x. soluendis intra terminum declarandum, & moritur declarator antequam declaret.*
12 *Tempus solutionis an sit de substantia totius.*
13 *Arbitrator an possit declarando apponere diem incertam, puta cum Papa venerit Perusium.*

14 *Pactum quòd recedatur à persona non arbitrante an sit validum.*
15 *Pœna compromissi an committatur vbi receditur à persona non arbitrante & venitur contra eius arbitramentum.*
16 *Arbiter & arbitrator an & qualiter differunt.*
17 *Laudum arbitratoris dicitur reduci ad arbitrium boni viri, etiam si in totū cassaretur.*
18 *Renunciari an possit reductioni ad arbitrium boni viri.*
19 *Potestas si est data arbitro & arbitratori, quid iuris si arbiter fecit litem contestari coram se.*
20 *Arbiter quid iuris si processit vt arbitrator & in sententiando dicit pronūcio vt arbiter.*
21 *Dictum arbitratoris cum pœna vel sine, an homologetur taciturnitate decē dierum.*
22 *Quantitas modica quæ dicatur.*
23 *Compromissum si sit in arbitrum cum pœna stipulatione interueniente vtrū posset homologari expresse.*
24 *Iniuriarum actio an per compromissum sit sublata.*
25 *Arbiter tertius assumptus ex post compromisso an propter discordiam duorum sit arbiter.*
26 *Arbitro si sit data potestas prorogandi tempus compromissi, quod pone, fuit mensis, an poterit prorogare ad annum vel longum tempus.*
27 *Compromisso finito an possit fieri prorogatio.*
28 *Arbiter postquam pronunciauit non potest prorogare compromissum.*
29 *Reductio ad arbitrium boni viri quo iure petatur.*
30 *Receditur in vltimis voluntatibus ab executore non exequente & à commissario non declarante & quare secus in contractibus.*
31 *Reductio sicut quando petitur officio iudicis de iure communi potest peti per petitū ita cum petitur reductio ad arbitrium boni viri.*
32 *Exceptioni doli mali an possit renunciari.*
33 *Laudum qui petit reduci quid habet probare.*
34 *Arbitratoris bona fides non sufficit nisi in modicis.*
35 *Arbiter electus Papiæ existens Mediolani, an possit prorogare terminum cōpromissi cum Mediolani non possit ius dicere.*
36 *Arbiter an possit mandare quod debitum præscriptum soluatur.*
37 *Regulis iuris non subijcitur id quod voluntati committitur.*

QVintauallis. Si is cuius mandato stare iurauit mihi faciat contra.l.illud seruare non teneor. hoc dicit. Secūda ibi, quo circa. ¶ Casus. Filiæ Quintauallis & vxor venerunt ad verba cum quibusdam alijs mulieribus. vnde ortum est graue scandalum & inimicitię. vnde Quintauallis volens dictas mulieres offensas placare, iurauit earum mandato parere: demum dictę mulieres offensę mandauerunt dicto Quintaualli sub debito iuramenti quod si contingat deinceps filios vel filias: aut vxorem ipsius Quintauallis aliquod factum vel verbum contumeliosum dictis mulieribus offensis obijcere: idem Quintauallis huiusmodi filios & filias exhæredaret & à se propriam vxorem repelleret: quærebat an tali mandato sit standum? rñdet Papa φ dictum iuramentum fuit licitum, sed mandatum fuit illicitum, ideo mandat dictis mulieribus offensis φ dictum mandatum, reuocent: & si forsan reuocare nolunt, mandat Alatrino epō φ denunciet Quintaualle & huiusmodi mandati obseruantiam non teneri. ¶ Ibi pro offensa. not. quod pater potest compromittere pro satisfaciendo offensę commissę per filium vel vxorē. ¶ Item. not. offensam cōmitti verbo vel facto. ff. de ma. test. l. centurio. ¶ Ibi quod earum. s. mulierum offensarum. & no. φ de satisfactione iniuriæ & de pace potest compro-
1 mitti in offensum & inimicum. ¶ † Itē not. φ in mulierem potest compromitti tanq̄ in arbitratricem. text est hic not. & adde quod not. ff. de arbi. l. pe. ¶ Ibi, sub debito. illud vocabulum non cadebat hic, quia mandatum erat extraneum à iuramento. Ibi, quod si q̄n futurum tempus respicit & sic not. φ ad arbitratorem pertinet futuri temporis tractus. ¶ Ibi. s. idem Quintauallis. ¶ Ibi, exhæredaret. not. quod pater propter offensam tertij non potest filium ex-
2 hæredare vt j. patet. ¶ † Itē no. quod pater non dēt metu pęnę inuitari ad hæredendum filium non ob. ff. de verbo. obliga. l. quidam cum filium: quia ibi filius merebatur vt ibi no. & not. quod illa. l. glossat istam decre. Ibi, remoueret vxorem not. φ vxor licet committit maleficium vir non potest eam de domo expellere. ¶ Ibi iuramentum. s. Quintauallis ¶ Ibi secundum mandatum. s. mulierum offensarum. ¶ Ibi reuocent. s. quatenus de facto processit: & hoc ne inspicientes forte crederent φ Quintauallis esset periurus. not. φ arbitrator potest reuocare mandatum illicitum dic vt s. dixi. c. veniens. & adde olim fuit quæstio vtrum arbitrator pro bono pacis possit mandare alicui φ exeat ciuitatem propriam. & dic quod non. ¶ Item nec potest prohibere φ nec exeat domum: q͂a esset species seruitutis facit. C. de sen. l. mulieri. nisi forte hæc potestas esset concessa specialiter ei. vt s. cap. ex rescripto. In gloss. ad hunc casum not. φ compromittentes non videntur se obligare ad impossibilia de iure vel de facto vel secundum naturam vel secundum bonos mores non solū ciuitatis Romanę sed ciuitatis ppriæ. ¶ No. de causis exhæredationum. & adde quod no. auth. de hęre. & fal. §. exhæredatos. col. j. Item not. quod si istę mulieres percepissent Quintaualli aliquod honestum: quod esset obediendum laudo. vt s. c. veniens. Sed tunc quæritur quo iure: dicit Inno. quod officio iudicis quod oritur ex iuramento. Innocen. not. hoc pro eo quod legitur & no. s. de pac. cap j. s. quod ex pacto nudo non oritur actio, sed officium iudicis. dicas quod aliud est iurare aliud est promittere. ¶ Nam iuramentum est solius actus iurantis & voluntas: pactum autem est duorum vel plurium in idem dandum vel faciendum placitum vel consensus. ff. de pact. l. j. §. j. & ex consensu vnius regulariter nō oritur actio nec officium iudicis. ff. de neg. gesto. l. Pomponius. el. j. sed ex consensu plurium. Si quidem talis consensus cadat in nomen proprium contractus oritur actio & exceptio: aliàs si est nudum oritur exceptio, non actio fallit in compromissis vbi si surgeret inęqualitas etiam exceptio non nascitur. ff. de arbi. l. si de meis. & l. 2. ¶ Sed videtur quod ex nudo pacto oritur actio: quia omne pactum est contractus. vt singu. not. in l. j. in gloss. mag. ff. de act. & ob. Sol. illa glo. debet intelligi in pacto vestito non nudo vel non erit contractus vel impropriè dicetur contractus quia non habet legis adminiculum. argumen. ff. de fideiuss.
3 l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ¶ Ex his apparet φ compromissum potest etiam fieri sine promissione quia non est pactum, sed quædam commissio siue concessio potestatis. vnde etiam inter absentes potest fieri. vt l. 3. ff. de ar. Or modo aduerte diligenter ad dicta Innocen. dicit Innocen. φ condemnatus per arbitratorem potest cogi ad soluen. iudicis officio implorato: dummodo arbitrium sit æquum, vel quatenus reductum sit ad æquitatem per ar-
4 bitrium boni viri. & hoc si fuit appositum iuramentum. ¶ † Et not. quod reductio in eo quod cōfirmat meretur executionem secundum Innoc. tolle defectum & habebis effectum. ff. de vsu. placuit. sed si non interuenit iuramentum neque pactum, tunc ex sententia arbitratoris non oritur actio: quia propriè non est sententia & si dicatur quod arbitratus est pactum. l. transactio. respondetur φ ex pacto nudo transactionis non oritur actio sed exceptio. vt sin. not. C. de transac. siue apud acta. & l. si pro fundo. & ita intelligitur quod dixit Ioan. cremo. φ arbitratus est transactio quædam vt no.
5 Inno. hic & Accur. in auth. vt dif. iud §. i. col. xj. ¶ † Sed contra hoc immediatè opponitur. & videtur φ imo oriatur actio. Nam si vēdo rem tibi pro prętio declarando per Titium. & declarat prętiū: habeo contra te actionem ex vendito vel ex stipulatu si intercessit stipulatio vel pro socio si intercessit societas. vt C. de pctrah. emp. l. fin. ff. de verbo. obliga. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. & l. si quis arbitratu. ff. pro soc. l. si societatem. §. arbitrorum. Sol. laudum ibi informat contractum nominatum: ideo nimirū si oritur actio. vt ff. de pac. iuris gen. §. quinimo. C. de pact. petens. ff. si cer. pet. l.
6 lecta. nam compromissum in hoc equiparatur pacto. † Sed quid si compromissum fuit factum super quibusdam accidentibus post contractum nominatum ex interuallo. dicit Innoc. φ oritur exceptio & non actio: & si quis dixerit ergo claudicat compromissum. respondet hic potest esse compromissum in arbitratorem: secus si compromittitur in arbitrum. ¶ Et ideo differentia est hic quia arbitratus reducitur ad instar contractus in quo potest cadere inęqualitas: secus vero in arbitro: quia redigitur ad instar iudicij de cuius natura est quod seruetur ęqualitas iustitię. vt C. de fruc. & lit.
7 expen. l. fi. ¶ † Sed immediate quæro secundum Inno. nunquid coram arbitratoribus aliquis ordo iudiciarius sit seruandus. dicit Inno. φ non quia nec dicitur esse iudicium quod coram eis agitatur. Sed nunquid arbitrator ad sui instructionem quasi extra iudicium laborabit ad veritatem inquirendam vt plenius instruatur. respō. sic secundum Inno. & concludit φ tenetur seruare ordinem iudicij in quo consistit strepitus & conflictus secundum ordinem naturalis discretionis in se informando de veritate & æquitate: ita vt non fallat nec fallatur. vt l. fin. C. de ponderatoribus auri. vnde non potest ex arrupto fulminare arbitramentum nisi de eo quod sibi esset notorium per præsens vel in præsentia per rei aspectum. vt em arbitrator assumptus tanq̄ sapiēs vir sed sapiētis & sapiētiæ est sermones suos ponderare. l. di. ponderet. & quod nescit ex se
8 inquiret à prudentibus. vt C. de inge. & ma. l. si auiam ¶ † Quæritur ergo nunquid arbitramentum possit fieri parte absente non citata. dicit Ber. quòd non quia non liquet sibi de meritis causæ vel rei compromissę. vt C. si per vim vel alio modo. l. fin. requiritur ergo citatio. i. mādatū quod absens compareat vel præsentia: & de hoc dicit esse casum. ff. de verb. obl. si quis arbitratu. ff. de edil. edic. l. qd si nolit. §. si quid ita. & ff. de arbit. si de meis. §. recepisse. vbi dicitur φ debet partes discutere & eas interrogare. ff. de vsufru. le. l. legatum. C. de se. nup. l. hac edictali. §. is illud. hoc probat ratio naturalis secundum eum: quia præsentia partis posset trahere arbitratorem in aliam sententiam. vt ff. de arbi. l. item si vnus. §. fi. cum. l. seq. ¶ Itē contra naturalē rationem est quòd magnum prçiudicium. ingeratur ignoranti. ff. de iur. & fac. igno. l. iniquissimum. item argumen. ad hoc. ff. de lega. 2. si tamen. ff. de in diem ad ec. l. necesse. ff. de a. le. socie. ff. de verbo oblig. qui Romæ. § cohæredes. C. de auth. præstan. l.

ftan.l.fi.ff.de tranf.cũ his§.in cã.& §.fi ptor.C.de pd. curi.l.j. lib.xj.
Cõcedo igit ꝙ arbitrator hẽt plenã ptãtẽ fed ex fide & ex nãli or-
dine.vt dicit.illa no.ff.man.l.creditor.§.Lucius. clauetñ difcretio-
nis pcedente.vt no.in fimili.ſ. eo.c.quãto. in fcđa glò.¶Itẽ ga pri-
mò quis eft monendus ꝙ̃ cogẽdus.vt no. in auth. vt liceat matri &
auię.§.fi qs in ifta domo.In ꝯriũ allegat:ga arbitrator vr̃ effe meris
executor in declarãdo explicitè partiũ ĩplicitã volũtatẽ vel rei bo-
nitatẽ vt preciũ.¶Itẽ ga arbitramẽtũ eft exiftẽtia cuiufdam cõdi.
quæ reddit inuitũ:ergo & in ignorantẽ, vt in regula iuris.¶Sed cer-
te iftę funt dębiles rõnes. nã prima rõ tollit. p l. theopompus.ff.de
dote p̃le.fcđa rõ tollit.nã euictio eft exñtia cuiufdã ꝯditionis,& tñ
eft pars citanda,nifi fit renũciatũ citationi.vt ff.de euic.l.herennius.
& l.fi rẽ.§. qđlibet.ff.de ver.obl.l.in executione.Sed ꝯ Bart.fic op.fi
requirit citatio vel mandatũ hñs eãdẽ vim, ergo arbitramentũ nõ
põt ferri diè feriata in honorẽ Dei : fed illud eft ꝯ cafum. l.vltima.
C.de fer.& ibi Ia.Bu.¶Itẽ non poffet ferri de nocte ꝯ. l.non mino-
rem.C.de tranfa. Itẽ nec p mulierẽ qđ eft ꝯ cafum noftri capituli.
¶Item nec in feruum põt compromitti tanq̃ in arbitratorẽ qđ fal-
fum eft:ga arbitramentũ cõfiftit in iure naturali p p cõfenfum:licet
oĩa iudicia fint de iure ciuili.vt not.infti. de oblig. in prin.Ber.dicit
in c.po. ſ. de arbi. qđ arbitrator nõ hẽt cognofcere de cã p viã ali-
cuius ftrepitus:facit qđ no.Innoc.ſ.de p̃fum.c. fi.& ibi dixit Ber.de
hoc not.in l.theopompus. ff. de dote p̃le.¶Itẽ fi requireret citatio
vel quafi, non tñ requireretur peremptoriũ , ga non eft iudiciũ de
ele.c.cum nobis olim.per Inn. in gl. fed nunquid. Item fi inftet ter-
minus arbitrandi vtraq; pars vr̃ fuo pacto monita ad illam diẽ.d.
c.cũ nobis olim eadẽ gl. p Inn. quia fcit vel fcire debet eo die arbi
tratorẽ iudicaturũ, nec requirit trina monitio hac rõne vr̃ fecus in
arbitrio : vbi eft neceffariũ peremptoriũ: licet de cã ei liqueat.¶Et
breuiter in arbitrio & arbitratore dico ꝙ fi nihil ei liquet terminus
cõpromiffi expirans non citat: ga non citat ad iniuftũ qđ explicari
nõ dẽt.ff.de arbi.fi de meis.§.fi.& adde qđ no.Inn.j.de cenfi.vene
rabili.in vlt.col.¶Quaptõpter mihi videt fic dđm & citatio non
a fit neceffaria [a] neceffitate ordinis: fed eft neceffaria neceffitate di-
fcretionis cũ diftinctione p̃dicta : aut ꝑ prius liquet de meritis non
eft neceffaria:aut nõ liquet & eft neceffaria.nõ ob. l.fi qs arbitratu.
ff.de verb.obli. vbi abñtia partis dr̃ impedire laudũ arbitratoris ga
illud dẽt intelligi qñ arbitratori p prius nõ liquet qđ fit arbitrãdũ:
hãc dift.cõfirmo p quoddã dictũ Iac.But. qui dicit ꝙ mãdata iudi-
cum & decreta pñt fieri in abfentia fi prius liquet de cã vt ipfe not.
in l.nec quicq̃.§.vbi decretũ.ff.de offi.pcon.& leg.vel.dic ad l.fi qs
arbitratu.qđ ibi erat pęna promiffa.& ga abfens noluit comparere
erit pęna cõmiffa:nã licet arbitrator nõ dẽat vocare.tñ fi vocat dẽt
ei pareri & fi nõ paret pęna cõmittit : & p p̃ns cõpromiffum foluit
fi nõ erat ibi claufula rato manẽte: facit qđ not. in c. q̃diu. de app.
in cle.¶Item non ob. l. qđ fi nolit.§.quid ita.ff.de edil.edic.vbi di-
fplicentia requirit alterius partis fciam vel p̃ñtiam:quia illud eft iđ
ga refultat diftractus & diffolutio naturalis & ciuilis obligationis
ipfo iure. vt no.ff.de do.l.j. in magna glo.& ficut contractus requi-
rit partium præfentiã verã vel interpretatiuam.ff.de act.& ob.l.cõ-
fenfu.Nã cõtrariorũ excepta ꝯrietate terminorum eadem eft difci
plina.ff.de fol.l.put quifquã.ff.de pac.l.ab emptione. Nã in diftra-
9 ctibus reqrit actus retro fimilis.C.de refcin.vend.l.fi.¶†Ex prædi-
ctis infert ꝙ qñ arbitrator examinat teftes non eft neceffaria cita-
tio teftiũ: ga non eft neceffarius iudiciarius ordo.¶Porro in iudi
cijs requirit ftrepitus & cõflictus.vt l.fi.C.cõmi.vel epiftolas.fecus
in amicabili cõpofitione.vt ĵ.de pręben. nifi effet.¶Itẽ non obft.l.
hac edictali.§.is illud. ga ibi loquitur in iudicio extraordinario fiue
fummario. Sed qđ in arbitratore neceffario vel legali electo ex ne-
ceffitate impofita a ftatuto. vr̃ ꝙ nifi aliud fit actũ dẽt pars citari
cum ab eius fñia appellari poffit.C.de iud.l.pe.§.fin. c.ab arbitris.de
off.deleg.lib.vj.cũ enim authoritate & prouidentia leg.in ꝯtrouer-
fijs pcedit femp fequẽda eft via legitima ad hoc. ff.de adop.l. nam
ita diuus.ff.de na.reftit.l.fin. ff. de fideicõ.lib.l.ergo.§.aduocari.ff.de
li.agno.l.mar.ꝯ.ga nũq; nõ reqrit citatio.ff.de bo.auth. iudi. pof.cũ
vnus.ff.de bon.pof.l.3.§.pe.& ibi not. C qui admi.ad bo.pof.pof-
funt.l.fi.per Cyn.vbi oĩno videas.Deinde not. in noftro.c.ꝙ tenet
compromiffum factum in arbitratore fine tpis appofitione.Nam
10 in noftro. c. nihil dr̃ de tpe.¶†Quærò igit infra q̃tum tps debeat
arbitrari videtur ꝙ perpetuo vt C.de diuer.refcrip.l. falfa. Item ga
ficut officium iudicis eft perpetuũ donec redigatur ad temporali
tem iudicij ipfum limitantis.vt C.de præfcrip. xxx. anno.l.ficut ita
& officium arbitratoris.¶Si autem effet tempus limitatum licet
non in compromiffo tamẽ a iudice non duraret vltra illud tempus
arg.ff.de ope.le.l.mancipiorũ.¶In ꝯrium vr̃ ꝙ non duret vltra xl
dies vt d. l. ꝙ fi nolit.§. fi quid ita.ff.de edil. edicalia. l.dicit ꝙ non
durat vltra annũ.vt l. fi. §. fed & fi qs.C.cõia de leg.fed dicit Barto.
in d. l. fi quis arbitratu. ꝙ fi compromittitur in alterum ex contra-
hentibus fuper fubftantialibus contractus durat folum per xl. dies
fed fi fuper aliqua qualitate durat per annum in arbitratore loquor
non in arbitro. Et fi tu dicis illud quod dicitur de anno eft fpeciale
in vltima voluntate.quia non debet multum pendere. vt l. refcri-
ptum.ff.communia prædi.dicit Bart.quod non eft verum ꝙ fit fpe
ciale cum ꝯtibus non reperit ꝯrium ftatutum.arg.ff.de leg.j.l.fer-
uum filij.cum qui chirographum.hæc opi.Bar.quo ad §.fi quid ita.
non videt vera quia ibi non eft compromiffum de fubftantia con-
tractus fed de fubftantia diftractus. nam de fubftantia contractus
non poffet compromitti in alterum contrahentem.vt C. de con-
trahent.emp. l. in ementis fed de fubftantia diftractus poffet com-
promitti:& ratio differentię eft hęc:quia diftractus habet præcedẽ
tem ordinationẽ in qua fundatur cõtractus. & diftractus eft quod-
dam accidentale.itaque tenet arbitrium collatum in alterum con-
trahentem ratione fundamenti præcedentis. qua ratione tenet pa-
ctum. l. commifforię adiectionis in diem.¶Item dictus. §.fed & fi
quis.fm rei veritatẽ loquitur folum in vltima voluntate dicit Bar.
ꝙ ibi loquitur in arbitratore circa res. fecus fi circa pfonas vt lego
pauperibus eligẽdis per Titium.Nam perpetuo poteft eligere epo
annuente.fic intelligitur quod no.Bar.ff.de leg.2.l.cũ quidã.vbi vi-
deas.¶Reuertamur. nunc ad quæftionẽ prepofitã.f.in quantũ tẽ-
pus debeat arbitrari .& videtur. l. expreffa ꝙ poffit perpetuò vt C.
de temp.ap.auth.fi tamen.in verbo,decies millies.fol.fi res non eft
tẽpore peritura vel magnum damnum allatura dura ppetuò. aliàs
videt ineffet tantũ tps arbitrio boni viri.arg.ff.de verbo.ob.l.g.con-
11 tinuus. §. itẽ qui infulã.¶†Modo reftat, quæro emi rem pro cen-
tum foluendis intra terminũ declarandũ moritur declarator ante-
quam declaret. Quærit vtrum contractus fit nullus? & videtur ꝙ
non,fed debeat recurri ad arbitrium boni viri: quia dies folutionis
non eft pprie de fubftantia obligationis fed de fubftantia exactio-
nis vt probat illa lex fubtilis.C.qñ di.leg. ce. ex his verbis. & ꝙ dies
non fit propriè de fubftantia,tenet Bart.ff.de verbo. oblig.l.ita fti-
pulatus. el grande in prin.¶In contrarium videtur qđ eft pars præ-
cij.item agens debet edere diem folutionis.ff.de eden.l. j.§.editio-
nes.fed hic non poteft edere diem certam fed incertam. tunc in fe-
ro fic dies incertus habet vim conditionis.ff. de condi.& demon.l.
dies incertus.ergo contractus euanuit. C.de contrahen.emp. l.fin.
¶Aduerte,quoddam eft arbitrium quod competit alicui iure credi
toris.ficut eft arbitrium eligeñ. circa res promiffas alternatiuè, vel
circa tpa. vt promitto tibi foluere. prout elegeris in pafchate , vel
in nundinis. & talis poteftas arbitrandi tranfit ad hæredem, nec fi-
nitur curfu anni vel temporis.vt eleganter no.Iaco. de Are in l.fed
& fi fic. ff. de leg.j. Quoddam eft arbitrium quod nõ competit ali-
cui vt creditori, fed vt fimplici arbitratori vt promitto tibi illud
aut illud quod Seius elegerit: vel promitto tibi decem ad terminũ
declarãdum per Seium. & iftud arbitrium eft nudi minifterij. & nõ
tranfit ad hæredem quia in facto non in iure confiftit. arg.ff.de tu.l.
tutela. & quod ibi no.¶Sed quid fi competit duobus per copula-
tiuam coniunctionem & fic non infolidum, & vni competit tanq̃
creditori , alteri tanquã arbitratori ; vt promitto tibi illud aut illud
quod tu & Titius elegeritis. refpon. Titio mortuo videtur expi-
rare electio vel forte loco titij fupponetur bonus vir ne contractus
pereat. fed in hoc dubito quia omne arbitrium formale eft.& ideo
non videtur recedi à perfona:quia ifta difgreffio mutaret formã de
perfona ad perfonam. quod videtur impoffibile vt ff. de condi. &
demon.l.qui hæredi.in prin.& C.de cadu.tol.l.vnic.§.ne autem. Di-
ftinctionem autem prædictam aut tanquã creditori aut tanquam
arbitratori tangit Barto.in l.fi ftipulatus fuerim.ff. de verb.obliga.
& hoc in pe. q. Confidera etiam ꝙ Barto. format talem quæftio-
nem. vendidi quendam fundum pro centum pacto appofito quòd
fi quæ pars effet emphyteutica diminuetur pręcium arbitrio Seij
deceffit Secus antequam arbitraretur vtrum recurratur ad arbitriũ
boni viri generalis. i. iudicis. Et dat iftam theoricam ꝙ contractus
eft perfectus & fuper aliquo adiuncto committitur declaratio ar-
bitratori & eo non arbitrante recurritur ad arbitrium boni viri.
argu.ff.de contrahen.emp.domum. & l. officium. vbi videtur ex-
preffum. aut tota fubftantia contractus vel maior pars pendet ex
futuro euentu declarationis, & tunc contractus euanefcit:quia nõ
12 receditur à perfona fm Bart. quæ verba funt notabilia &c.¶†Re-
manet igitur quæftio an tempus folutionis fit de fubftantia totius
quia concernit totam fummam & non magis vnam partem quam
alteram. in ifto articulo æquum effet tenere ꝙ recurreretur ad arbi-
trium boni viri , vt res valeat potius quàm pereat. fed antequam
bonus vir declaret, agi non poteft , quia dies incerta habetur pro
conditione. & fic non eft nata actio nec obligatio anteq̃ dies de-
claretur. fed an poffit arbitrator declarando apponere diem incer-
13 tam puta cum Papa venerit Perufium. † Refpon. non puto de die
incerta fenfum a compromittentibus:fed de ea die quæ habet puri
ficare obligationem.vt ff. de verbo. obliga. l. ftipulatio ifta.§.inter
certam.Item quia ad certificandum non ad interuenieñ. fuit adhi-
bitus

ADDITIO.

a ¶Vide Alex.confi.cxxx.inci.difficultas præfentis.volu.j.& Anch.cõf.cclx.
.incip.pro declaratione primi dubij.verf.reftat ergo.

bitus iste declarator: hac ratione puto quod etiam verus arbiter non possit ferre sententiam sub condi. aliqua etiā intrinseca.vt ff.de
14 arbi.non distinguemus.§.nunc.de officio.quod est not.¶†Sed statim quæro nunquid valeat pactum quod recedatur a persona nō arbitrante.rñ.si actum est quod certa persona subrogetur valet.se-
15 cus de incerta.ff.de arbi.l.item si vnus sed si ita &c.¶†Item quæro vbi recedit à persona non arbitrante & venitur ꝯ eius arbitramētū an pęna compromissi committatur rñ.non:sed secus si recederetur à persona arbitrante.ff.de cōdi.& demon.l.mulcta non committitur in prin.nam bonus vir est idem arbiter fictione iuris:quæ non sufficit in cōmissione penarū quoniam quędā nouatio fit de persona ad personā & est similis ei quæ de re ad rē & in tali nouatione pęna non est repetita:hoc satis probat per illā singularē.l.ff. de condi.& demon.testamento.ar.ꝯ qa ista nouatio est necessaria.
16 vt C.de iudi.l.j.& ideo pęna vr̄ repetita.¶†Sed statim quęrit̄ quæ differētia est inter arbitrium & arbitratorē.dicit Inn.arbiter eligit vt iudex.s.solitudinarie.i.vt procedatur seruato in substantialibus ordine iudiciorū & litē dirimat.s.per sñiam ab solutoriā vel ↄdēnatoriā a quo nō pōt appellari:& ita est statutū a iure p̄p rigorē arbitrorū seruañ.Adde qđ nec ēt a pęna pōt appellari.s.cum effectū qđ imputet sibi q se astrinxit cū sciret vel scire deberet hāc esse vim arbitrij vt ff.de arbi.l.diē.§.stari.Adde dicit Bart.ꝙ si est cōpromissum.in arbitrū sine pęna pōt appellari ne nascatur actio in factū vel conditio ex lege.C.de arbi.l.ne in arbitris:& l.pe.Nam vt eleganter dicit gl.in l.j.C.de arbi.conuertibilia sunt actionē in factū nasci & posse appellari:& tunc oportet ꝙ appellans doceat de iniquitate. alias ↄfirmabit̄ laudū q̄q̄ iste appellās fatuus videat̄ qa sufficeret ei sola ꝓtestatio ↄdictoria:sed ex quo iudiciū implorat iudiciū expectat:arbitrator autē non eligit super iudicijs sed sup negocijs.i. sup trāsactione resultante quamq̄ iudiciū fuerit forsitā cā remota.i.motiuū ad cōpromittendū & pōt laudū arbitratoris peti re-
17 duci ad arbitriū boni viri.¶†Et dr̄ reduci ēt si in totū cassaret.Nā iste libell⁹ petit̄ reduci ad arbitriū boni viri.ff.ꝓ soc.l.vnde si nerue. & hoc si laudū est latū vt no.ff.de verbo.sig.illa verba.sed si nō est latū non petit reduci id qđ non est sed petit suppleri:& ista dēt esse forma libelli qñ eo nō arbitrante recurrit ad iudicē.vt l.j.ff.de leg.
2.¶Sed quid si petitur reduci ex vna cā nunquid pt̄ reduci ex alia. rñ.sic vt ff.de ap.l.scio.qa sicut compromissum fuit gn̄ale quo ad suas cās ita & reductio gn̄alis est.nam contrariorum eadē est disciplina oīs enim rō conferens tacite inest.arg.ff.qđ cū eo.l.Titianas.
¶Sed qd si est dubiū an cōpositio arbitri sit ꝙua uel iniqua.rñ.nō
18 debet reduci.arg.ff.ad Treb.l.Lucius.§.fi.& ibi ꝑ Bar.¶†Sed an possit renūciari reductioni ad arbitriū boni viri.rñ si arbitratus sit ꝯ ius leg.nō valet renūciatio qa stultū vt hoc.c.& ff.de leg.2.l.codic. in fi.vbi gl.dicit audi stultū testatorē.¶Itē quia est error expressus. ff.de ap.si expssus.Si aūt est ꝯ ius litigatoris & est error existens sed nō apparens:tunc aut dolo & nō tenet renūciatio:quia dolo futuro non potest renunciari:aut culpa est lata & tenet renunciatio.ff. de pact.si vnus §.illud.C.de temp.appel.l.fi.in fi.dū tñ non stet in finibus renunciationis sed sit appositū pactū de non agendo seu de non petendo futurā reductionē & hincinde sit appositū:quia non vr̄ compromittens circumuentus cū sit per dubius euentus.arg.C. de inoffi.testa.l.si pater puellę.¶Dicet aliquis arbitrator est quędā tertia persona ergo dolus eius reparat̄ agendo ꝯ eū:nō autē rescindendo ↄtū nisi insolidū.l.fin.de eo per quē factū erit.solu.immo sui arbitrij ipse est cā formę & essentię principalis vt no.ff.de ꝓc.l. si & ꝓcu absente.Et qa est morbus in radice debet funditus eradi-
19 cari.C.de nu.p.l.fi.¶†Quærit Inno.si data est potestas[a] arbitro & arbitratori & fecit litem contestari coram se.respondeo præsumitur vt arbiter procedere sed si est arbitrator:tantum non est vis vtrū fecerit coram se litem contestari vel non quia non videtur elegisse viam arbitri cum non sit arbiter sed potius fecisse ad cautelam.Sed quid si non apparet vtrum fuerit assumptus vt arbiter vel vt arbitrator:sed dictum est vt possit procedere seruato ordine iudiciorum vel non seruato.dicit Inno.ꝙ potest procedere vt arbiter & arbitrator.& si ꝓcessit vt arbiter.s.seruato ordine non redi-
20 get dictū eius ad arbitriū boni viri Inno.¶†Quid ergo si processit vt arbitrator.& in sententiando dicit ꝓnuncio vt arbiter.& hoc fecit ad finē vt non possit fieri in reductione.Inno.sic loquitur ꝙ ad hoc vt non petatur reductio requirit̄ ꝙ tam processus q̄ sñia sit in
21 forma arbitri seruato ordine iudiciorū.¶†Quærit Inn.vtrum dictum arbitratoris cum pęna vel sine emologet taciturnitate decē dierum.& dicit ꝙ non.Ex quo inferas ꝙ licet quis tacuerit per dies decē:immo & per decem annos tamen potest peti reductio ad arbitrium boni viri.& in hoc differt ab appellatione & a cōpromisso arbitri s̄m Inno.Idē ait ꝙ ista reductio non potest peti pro modica lęsione.subaudi qa tacite vr̄ data hæc potestas arbitratori pro bono pacis ꝙ possit auferre vni & dare alteri in modica quantita-
22 te vt ff.de arbi.l.si cū iudex.§.j.& l.si de meis.§.recepisse.¶†Sed q̄ erit modica quantitas.respondeo quando comparatiue per modum pacis.quia magis expedit parti pacem habere quam litigare,

dumtamen non sit lęsio enormis:facit quod not.Barto.in l.vltima
23 ff.de præto stipul.¶†Quæro cum Innocen.si est compromissum in arbitrū cum pęna stipulatione interueniente vtrum possit emologari expresse.& dicit ꝙ sic puta qa subscribunt se dicentes cōsentimus.vel dicendo non cōtradicimus.Adde si nihil dicit nō emologatur si est pęna apposita nisi sint duo capita cōpromissi.vnum cū pęna.aliud sine pęna.q̄ est ibi clausula ꝙ pęna cōmittat̄ & exigat rato manēte cōpromisso & laudo.licet enim vtrobiq; sit vnū compromissum respectu finis.vnde semel tantū potest pronunciri tamen sub diuersis modis & ꝑ commissionē pęnę tūc nō fit nouatio sententię.ita intelligit qđ no.in l.2.ff.de arbi.¶Alij dicunt ꝙ duo sunt cōpromissa vnū cū pęna.aliud sine pęna.sed improprie loquit̄ qa nō sunt duo termini litis.sed duo modi cōpromittendi. Tertij dicūt ꝙ licet sit illa clausula.l.nō emologat arbitriū quia ꝓuisio hominis facit cessare subsidiariā ꝓuisionē.l.vt C.de procu. l.maritus & l.fi.C.de pac.conuen.sed ista ratio nō est bona nec vera quādo prouisio hominis venit ad augeñ.prouisionē legis vt C.de
24 iudi.l.cū debitoris & l.fundus ff.de an.leg.¶†Quæro circa capitulū nostrū nunqd per talē cōpromissum sit sublata actio iniuriarum Inno.recitat has ambages.tu dic qđ non qa iniuria nō fuit remissa sed cōpromissa & si fuisset remissa nō posset resuscitari.vt ff. de pac.si vnus.§.pactus.ver.sed si pactus.qa nō consistit in cōsensu sed in cōtumelia.vnde non pōt se reponere in veterē obligationē neq; ꝑ sñiam neq; per actū neq; per vltimam volūtatē licet possit ꝓmittere interesse.vt ff.de cōsti pe.l.pe.& adde no.in insti.de iureiur.
25 §.fi.& hęc oīa q̄ dixi sunt subtilia & vtilia & iō bene notañ.¶†Extra q̄ro an tertius arbiter assumptus ex post compromissū ꝑp discordiam duorū sit arbiter.i.vnus ex tribus dicit Spe.ꝙ nō qa valet sñia eius solius.ff.de arbi.item si vnus in prin.quia maiorē imo totam authoritatē hēt ꝑp discordiā duorū vt ff.de sol.l.qđ si forte.§.j.ꝑ Iac.de Are.nisi alij vel saltem vnus ex eis velit ꝓnunciare secum.nam tunc illo non admisso non valeret eius laudum.s.de arbi.c.innotuit.& ita dēt intelligi dictū Spe.aliquo alio casu intelligit tanq̄ adiunctus & aliquo tanq̄ solus subrogatus in locū duorū
26 s̄m Iaco.de Are.vbi supra.¶†Quæro data est ptās arbitro progādi tp̄s cōpromissi qđ ponē fuit mensis:an poterit ꝓrogare ad annū vel longū tempus & vr̄ ꝙ sic vt ff.de bon.auth.iudi.poss.in venditione.§.de t pe.& etiā vr̄ expssum ff.de verb.obli.l.qui rem.§.calimachus in fin.imo vr̄ ꝙ non possit ꝓrogare vltra sex menses vt C.de fideiu.s.l.sancimus vel vltra annum.l.2.§.si mater.ff.ad Tertul.vel vltra tantundem tempus quantum fuit primitus concessum.argu. C.de tempo.appel.auth.ei qui nam prin.tit.C.de impo.luc.descr. l.j.libr.x.Pre.de modico tēpore videtur sensum.ff.de verb.sig.hæc adiectio vel vltra duos menses.ff.de iure fis.aufertur.§.qui cōpensationem.ff.qui sine manu.ad liber.perue.l.latinus.vel vsque quo arbiter incipiat negligere.ff.de verbo.obligatio si quis arbitrat.per Barto.vel donec tarditas arbitri in querelam deducatur vel deduci possit euidēter.C.de temp.appel.l.fi.ff.de fideicō.lib.l.si legatario. §.j.ff.de condi.& demon.l.multa in prin.vel vltra triennium oībus prorogationibus coaceruatis & cōputatis.ff.de arbi.sed si cōpromissum.C.de iud.l.ꝓperandū.in prin.coniuncta.l.rē non nouā.§.j. eo.tit.ff.de do.l.arbitrio.§.dolo.vel vltraq̄ expediat quia intelligitur arbitrio boni viri vel expedire credatur & sic est arbitrium modificatū non simpliciter.ff.de rei vend.in fundo.ff.de fide.lib.thays. §.sororem.argu.ff.de dolo.l.rem quandam ne vltra dimidiam tp̄e conuenti vel insti.ar.ff.de contrahē.em.domū arg.ff.de iudi.si longius in prin.posset enim esse periculū in longi temporis mora sed in breui non intelligitur periculum imminere.ff.de iudi.si debito-
27 ri.¶†Sed an finito compromisso potest fieri prorogatio respon. non quia quod non est prorogari non potest.ff.de verbo.obliga. cum stipulatus sim mihi a proculo.Nam non potest ex eodē compromisso esse quod consumptum est.ff.de ꝑca.l.certe.§.fi.l.si manente.s.de offi.delega.c.significantibus.est autem prorogatio exsio durationis substantia non mutata.l.4.de dam.infec.ꝑ Bart.c.hi
28 qui authoritate.de præben.lib.vj.in gl.or.¶†Et not.ꝙ postq̄ arbiter ꝓnunciauit nō pōt prorogare compromissum quia nō potest iudicare nisi semel vt no.s.c.veniens per Inno.¶Item not.ꝙ arbitratus siue sit transactio in non liquidis siue pactum in liquidis est stricti iuris.& ideo falsum vr̄ qđ dicit Ber ꝙ laudū arbitratoris non tenet nisi sit equū vt ipse no.s.de elec.c.cām quæ inter qa dolus cōtractū stricti iuris nō reddit nullū sed annullañ ff.de verb.obl.l.si qs cum aliter.nisi forte qs dicat illud fallit in dolo iudicis vt not.ff.de ꝓcu.l.si ꝑpter absentē.sed ibi rō quia persona non erat legitima & facit.ff.de condi.inde.l.in summa in prin.debet ergo peti in libello reduci vel reformari vt not.ff.de verbo.sig.illa verba.& l.aliud.§. inter.¶Sed quid si data sit potestas arbitratori per illa verba alte &

ADDITIO.

a ¶Vide Alex.consi.cxxx.incip.difficultas pñtis volu.j.& Aach.consi.cdx. incip.pro declaratione primi dubij.ver.restat ergo.

tę & bassę.dicit Ioã.an.ꝙ non potest peti reductio vt not.s̃.de ma
io.& obe.humilis qđ verũ est si bona fide ꝓnunciauit secus si do-
lo vel lata culpa vt ff.man.creditor.§. lucius. vbi est expressum &
argu.in l.j §.j. ff.si mes.fal mo.dix. ¶Itẽ si per falsas ꝓbationes vel
informationes iudicasset rescinderetur vt ff. de iud. si prętor. §. j.
29 ¶† Quęro quo iure petat reductio ad arbitriũ boni viri.rñ. ꝓmit
te ad euidentiã ꝙ aut est arbitratũ iniquę aut nihil. Primo casu ꝓ-
cedit libellus reductiuus. secundo casu; quod nihil est non potest
corrigi nec reduci.vnde libellus dẽt reformari vt petatur īductio
non reductio. verbi gratia dicit ita quare cũ debuerit arbitrari non
fuerit arbitratus peto inducit arbitrium boni viri vt declaretur qđ
fuit omissum : sicut dicimus in beneficio velleiani: quod aliquan-
do instituit & aliquando restituit vt l. quamquis.§. si cum essem.
ff.ad velleia.dic ergo ꝙ aut praecedit contractus & sequitur laudũ
& est talis contractus ex quo surgit actio ad decipiendum vt con-
tractus bone fidei.vt no.ff.de act. emp.l.creditor.§ j.& agitur actio
ne ex eo contractu & requiritur libellus.vt no.in l.in proposita.ff.
pro so.aut non pręcedit talis contractus ex quo possit agi ad de-
cipiendũ vt in ꝯctibus stricti iuris & transactione.vt ff.ad tre. l.lu-
cius.§.fi.& tunc proponitur officiũ iudicis in quo loco libelli suf-
ficit querelam proponere sicut quando dicitur sententia nulla vt
30 eleganter no.Inno.in c.j.s̃.de offi.iu.¶† Modo quæro quare in vl-
timis volũtatibus receditur ab executore non exequente & a cõ-
missario non declarante & in contractibus secus.respon.quia in ꝯ-
ctibus inest cõditio si arbitrabitur vt C de contrahen.emp.l.si sed
in voluntate non inest ista condi.vt l.vtrũ §.cũ quidam.ff. de le.ij.
tor.in prin.Itẽ qa hypotheca ſapit de natura act.pſonalis.vt no.ff.
de pac.l.ſi tibi.§.de pignore.ſed nemo p̃ſcribit ius ageñ. in pſonã:
qa in actionibus pſonalibus ſola exceptio pręſcribit. Et ſi puto p̃-
ſcribi qa vt creditor poſſidẽdo retinet imaginẽ debitoris.C.de p̃-
ſcrip.xxx.an l.cũ notiſſimi.& l.male agit.Et iõ ſi cadit à poſſeſſiõe
21 dẽt ꝓbare de re hypothecata.vt ff.de proba.l.ante oĩa.¶†Quæro
vlterius an ꝯ̃ ius offerendi p̃ſcribat.rñ. multiplex eſt ius offerendi:
qa quoddã cõpetit debitori vt agat pignoraticia actione quæ an-
te nõ naſcit q̃ debitũ offerat.verbi gratia creditor poſſedit pignus.
xxx. annis debitor vult ei offerre debitũ & pignus recuperare an
poſſit.& gl.dicit non p̃ſcribi dominiũ ſed retentionẽ rei ff. de vſu
cap.l.pignori. Alij dicunt ꝯ̃rium ꝙ nunq̃ p̃ſcribit contra debito-
rẽ ne poſſit ſoluere debitũ & ſe liberare: & per ꝯñs liberabitur pi-
gnus ſublato principali debito & oritur pignoraticia ex ſola neceſ
ſaria ſequela.nõ obſt.ff.de cap.l.in bello.§.ſi qs ſeruũ.qa ibi fit pręſcriptio ad obſeruationẽ dñij:ſed creditor nullo tpe efficitur dñs.
Præterea nunq̃ creditor poſſidet:qa cogitat ſe dominũ:ergo nun-
q̃ poſſidet bona fide quo ad præſcribendũ dominiũ:qđ etiã tenet
gl.ĩ d.l.pignori.¶†Quoddã eſt ius offereñ. qđ habet creditor ſcđs
cõtra primum ad cõfirmandũ ſuũ pignus & tũc aut creditor ſcđs
poſſidet & nõ pręſcribit qa eſt quædã exceptio.ff.qui potio.ĩ pig.
ha.l.mulier.Idẽ in quolibet poſſeſſore.ff.qb.mo.pig.vel.hypo.ſol.
l.paulus.§. qui pignoris. aut non poſſidet & tunc pręſcribit.C.de
ſcrip.xxx.an.l.ſi quis emptionis § ſed & ſi quis. ¶Quoddã eſt ius
offereñ.cauſa implẽdę cõditionis alicuius ꝯ̃ctus. Et dicũt quidam
non præſcribi: quia eſt mera facultas. Alij dicunt præſcribi non
actioni ſed natiuitati eius qui eſt ĩ mora impleñ. prima opi.tutior

ADDITIONES. est vbi

a ¶ Et vide de iſta.q.per Alex.conſi.clxxxv. in ſecunda ſol. & per eundem in conſi.xcix,iij.co,iiij,uol.imo.conſi.xlvj.Anto.de But.conſi.xlvj.col.iiij.

b ¶ Vide Alex.conſi.cxxxij.iiij.li.& per eundem Alex. conſi.cxcij. co.j. vo.ij. Barba.conſi.ix.col.v.vol.primo.

est vbi est talis conditio quæ possit impleri vsque ad vltimum vitę spm.l.fi.ff.de códi.insti.¶Quoddam est ius offereñ. qđ compe tit pro recuperanda possessione officio iudicis mercenario cõtra creditorem missum in hypothecaria. Et dicunt aliqui ꝙ non datur hoc ius offerendi post annum:& bene dicunt si offeruntur solum modo expensę & cautio ſm ipsum debitum: proculdubio solui potest & recuperari tenuta sicut in qualibet personali,d.l. cũ notissimi.§.fi.in gl.ff.de acqui.pos.l.ij.§.genera. vel probet debitor se non teneri quod etiam post annum facere potest.ff de no.ope. nun.l.si prius.¶Itẽ scias quod cuius rei non potest quis fieri dñs p traditionẽ factam à dño eius rei præscriptio non procedit. Vnde spurius non præscribit contra patrem.ff.pro legato.l. pro legato.ſ.ex titulo lucratiuo Item res per testatorem alienari prohibita nõ potest pręscribi.ſ.ex titulo habito à tali persona.l.ij. C. de vsucap.
22 pro emptore.¶†Dubitatur an contra rem iudicatam possit præ scribi.verbi gratia, fuit lata sententia iam sunt triginta anni post xxx.annos fertur contraria sententia. Oppo.ꝙ ista sentẽtia est nul la: replicatur quod est præscriptum contra eam cum nunq̃ fuerit executa,nec petita exequi:& ideo vires perdidit obstaturas:quæri tur quid iuris.& vr̃ primò quod non possit præscribi, quia actio prima fuerit perpetuata in xl.annos,quæ perpetuatio videtur durare in actione iudicati quę succedit loco primę.Item per sententiam non extinguitur perpetuatio:imo potius debet augeri vt incipiant denuo.xl.anni ex tempore rei iudic. quia fortius inducitur mala fides per sententiam condemnatoriam q̃ per vitium litigio si.vt C.de præscri.long.tempo.l.j.Item qa nouatio necessaria non purgat moram.vt C.de iudi.l.j.sed certe quæstio non quærit hoc. sed quęrit de validitate contrarię sententię: & dicendum est quod si est lata ex veteri instantia quod est nulla ipso iure:quia per sentẽ tiam sopita est instantia:sed si est lata ex nouo libello, & noua instantia,videtur valere eo quod actio ex prima sententia consumpta est tempore.ar.ff. de fideiuſ.si quis postquàm. Et dico ꝙ cõtra actionem iudicati & officiũ iudicis præscribitur xxx.annis.vt sentit Inn.s̃.tit.j.c.fi & C de præscrip.xxx.anno.l.cũ notissimi.ff.de pe ti.hæredita.l.item veniunt.§.cum prędiximus.& adde quod nota.
23 ff.de dona.l.si in stipulatum.¶†Dubitatur an quis possit pręscribe re ciuilitatem & priuilegia ciuium alicuius terrę videtur ꝙ sic excepta origine quæ præscribi non potest sed commoda originis be ne possunt pſcribi & erit simul iste ciuis verus & fictus originarius i.in hac specie ciuilitatis quæ naturalis siue in naturali est & verus in vero iure ciuilitatis in genere.ff.de vsuc.l. si is qui pro emptore.
24 per Bar.¶†Sed nũquid quasi possessioni correlatiue potest vnus renunciare sine altero vt quasi possessor cõiugij vel prælaturę.Dicit Bar.ꝙ licet prælatus nõ possit se abdicare prælaturã nisi in ma nu superioris tamen possessionem sola voluntate perdere possẽt. vt ff.de acqui.pos.l.si quis vi.§.fi.licet ecclesia eum inuitũ possideat.
25 ¶†Sed an filiatio possit præscribi:dic ꝙ non.ff. de vsucap.l. iustæ. quia naturæ non congruit.nam ciuilia naturalibus cõuenire dẽt ff.de interro.act.l confessionibus. nec etiam potest vllo temporis tractu spurius fieri legitimus.quia est de reseruatis principi. & reseruata pſcribi non possunt:sed necessaria est dispensatio vel priuilegium principis,vt ff.de ritu nup.l.qui in prouincia.§.diuus.vbi tex.peregrinus est, Baldus.

CAP. I.

1 *Vsucapio triennij currit in re immobili.*
2 *Præscriptio non currit vbi non est qui possit agere nomine ecclesiæ.*
3 *Præscribi non possunt res ecclesię schismaticę.*
4 *Episcopum non habere vel habere inutilem paria sunt.*
5 *Prælatus & si sit schismaticus, ecclesia tamen non perdit sua castra, vel iurisdictionem, vel bona adeo quod etiam præscribi non possunt durante schismate.*
6 *Prælatus si sit excommunicatus an interim currat præscriptio ecclesiæ.*

PLacuit. Episcopus locum per se cõuersum ad fidem præscribit triennio:sed cũ vacat ecclesia, vel est in schismatę, non præscribitur contra ipsam.¶†Tria no.primò dictũ, ex quo habes casum quod vsucapio triẽnij currit in re immobili.& est speciale fauore fidei:alium casum habes quòd currit præscriptio biennij.Nam in prædijs tributarijs eo ipso quod quis negligit per biennium,perditur naturalis & ciuilis possessio,& etiam dominium.vt l.qui agros. C. de omni agro deser.lib.xj. etiam si agri sint tributarij non de iure communi sed ex forma statuti,vel consuetudinis sicut sunt agri clusei Perusini secundum Barto qui ita no.ff.de acqui. pos.l.si de eo.§ j. sed contra eum facit.C. de donatio.l. censualis. & est expressum.C. de vsuca. transfor.l j.in prin.dic quòd si nemo in illo biennio soluit tributa non sufficit biennium: sed si nouus possessor soluit tributa tunc præscribitur per biennium quod est no.dignũ. ¶Contra istud primum dictum oppo.ꝙ sufficit sex menses. vt in c. placuit.xvj.q.iij. Sol.dicit gl.ꝙ istud.c.& illud sunt eiusdem concilij:& vnum debet interpretari per aliud:est optimum dictum.arg.ff.de peti. hære.l. vtrum. & facit ad qõnẽ vno statuto cauetur ꝙ testm̃ non insinuatum intra sex menses sit nullum:alio cauetur ꝙ si non sit petitum cassari possit quandocũque insinuari. Nam debet interpretari vnũ statutum ſm aliud cum sint in eadem compilatione statutorũ vnde ad hoc vt non possit insinuari requiruntur duo.ſ. ꝙ sit nullum: & quod sit petitũ cassari:& si dicis ad quid petitur cassari si est nullum.rñ.ad hoc vt seruetur forma statuti etiam de facto.argu.optimum.ff de ver.ob.l.quidam cum filium.ff.de códi. & demon.l.me
2 uius.¶†Secundò no.quod vbi non est qui possit agere nomine ecclesiæ non currit pręscriptio.adde qñ quis est in vtero non potest eius noĩe agi & tñ currit præscriptio & est mirabile quod præscribitur & tñ contra nemine pręscribitur.ff.de mino.l.etiam.la pico
3 la.& non reperitur alibi.¶†Tertiò no in ver.item si fuerit ꝙ tempus schismatis deducitur de medio vñ ꝯ schismaticam ecclesiam non præscribitur:& sic res ecclesię schismaticę præscribi non pñt quod est not. dignum.quia hodie multę ecclesię sunt schismaticæ quarum res licet possideantur cum titulo tamen nõ præscribunt.
4 ¶†Quartò no.ꝙ paria[a] sunt non habere epm vel hr̃e inutilẽ.¶Ibi,
a conuersus, ex dispensatione receptus ſm Vinc. sed an recuperet fructus beneficij iste reuersus? rñ.non.C de hære.auth. idem de ne
5 storianis.& l.j.C.de re mili.li.xij.¶†Quintò no. ꝙ licet prælatus sit schismaticus,tñ ecclesia non perdit sua castra, vel iurisdictionem, vel bona adeo ꝙ etiam præscribi non possunt durãte schismatę. ¶Sed quid si tota ecclesia est schismatica i.pręlatus & capitulum: ideo dico tota, quia vno spiritu continetur. rñ. propter hæresim schismaticam licitum est papę destruere tẽplum & in aliam transformare.c.vt no.Inn.de no.ope.nun.c.cum ex iniuncto. & tunc perdit priuilegia & bona:nam si priuilegia,ergo & bona. vt no.Bar.ff. de colle. illic.l.sodales. & alia bona confiscantur. hoc credo facere posse solum papam,sicut solus imperator potest ciuitatem rebellem ad aratrum condemnare,vel supprimere regias dignitates.ſ.a. cit.C.de sa.san ec.l. iubemus nullam. Nec debet Papa confingere causam.vt s̃.de iudi.cum venisset.& de re iudi.c. cum æterni.in vj. ꝯ.e.c quia indicãte. ¶Opp. gl.ꝙ pastore vacãte currit pręscriptio: quia œconomus potest agere & interrumpere præscriptionem. so ęconomus non põt alienare:& ideo nec dare materiam pręscribendi.vt ff.de verb.sig.l.alienationis.Ber. nam ęconomus est quidam custos non vsufructuarius.sane vsufru. posset præscriptionẽ
6 interrumpere.vt ff.vsufru.quemad.ca.l j.¶† Quærunt doc si prælatus est excommunicatus vtrum interim currat præscriptio ecclesiæ. Et dicunt Vinc.& Host.ꝙ non vt hic.& s̃.de iudi. intelleximus.& s̃.tit.j.cum inter.de offi.vica.Romana.li.vj.de concess præ ben.quia diuersitatem.Et idem no.xvj.q.iij.actor. quia delictũ priuati non debet nocere ecclesiæ.s̃.ti.j.cum venerabilis.§. intelleximus.sed ipsi excommunicato bene currit præscriptio si fuit excõ municatus iuste vel est in mora absolutionem petendi quia si facit vt non possit agere dicitur posse.ff.quib.ex cau.maio.l.sed & si per prętorem §.ij.& no.in l.j.C. de naturali.li.ff.de mino.l.Papinianus exuli.& s̃.de elec.c.his quibus.

ADDITIO.

a ¶ Applica istud notabile ad ea quæ scribunt doct. maxime. Ias. may.ibi ad regulam illius.l.in l.quoties.ff.qui satis.cog.

CAP. II.

1 *Patientia papę non præiudicat successori nec ecclesiæ.*
2 *Papa an possit expressè concedere inuasori.*
3 *Protestatio quàm facit hic papa an interrumpat pręscriptionem centenariam.*
4 *Præscriptio an currat tempore prælati male alienantis.*

NIhil. Taciturnitas prælati non nocet ecclesię & in rebus inuasis non currit præscriptio. Casus. Quædam nobilis persona occupauit patrem patrimonij beati Petri Papa mandat ei quod relaxet:ipse respondet ꝙ offeratur ei libellus Papa cõsiderato ꝙ ecclesia pateret scandalum si eum cõpelleret dicit se sub silentio pertransire absq; præ iudicio successorum & pauperum.¶No. ꝙ nihil est faciendum cũ
1 graui scandalo prærtim contra tyrannos. †Not.ꝙ patientia papę non præiudicat successori nec ecclesiæ.Sed an expressa confessio papę præiudicaret vt si concessisset illam partem dictę prime. Et vr̃ ꝙ sic quia Papa habet plenitudinem potestatis. dic ꝯ si concessit ex cã lucratiua:secus si ex cã onerosa vt venditionis locationis vel feudi:quia non male ꝯhitur cum tutoribus & Papa est summus tutor ff.de euic.l. illud.in fi.nisi hoc cõtineret magnam excussionem pr̃imonij beati Petri vt s̃. de iureiu.c.intellecto Nam tunc suc...

ſucceſſor pōt reuocare vt no. Cy. C. de le. l. digna vox. Tertio not.
2 qđ res inuaſa nō pōt pſcribi. ¶ † Sed nunqd papa pōt expreſſe cōcedere inuaſori. & vr ꝙ non vt C. vñ vi l. autoritate. & C. de fun. & ſal. rei do. l. non qua loca. lib. vj. Sed nunqd ſi papa priuilegiat vnū caſtrū: nunqd pōt illi adimere & alteri cōferre: dicit Bar. ꝙ priuilegium papę ſemper eſt in eius arbitrio vt ipſe no. ff. de cap. l. hoſtes.
3 & adde quod dixi. ſ. de iudi. c. cū veniſſet ¶ † Quæro nunqd ꝓteſtatio quā facit hic papa interrūpat pſcriptionē centenariā gl. innuit ꝙ ſic. regulr tñ p ꝓteſtationē non interrūpit pſcriptio. ff. de vſuc. pro emp. l. aliena. ¶ † Quæro nunqd tpe plati male alienātis currat
4 pſcriptio rñdeo nō et quadragenaria q dat ad petendū reſtōnē in integrū ꝯ alienationē factā ſeruata forma: tñ in dānū eccleſię doc. cōiter tenent ꝙ non & eſt bñ notandū in reſtōne in integrū. nam donec eccleſia eſt ſub eodem prælato cenſetur iur. minoris contra quem dictum quadriennium non currit. vt C. de tem. in integ. reſti. l. ſi ſuperuacuam & ff. de noua. l. doli. §. diuerſum. Bal.

CAP. III.

1 *Bona fides an præſumatur.*

SAnctorum Qui poſſidet rem eccleſię bona fide in pace. i. ſine interruptiōe
1 perpetuo tutus eſt. h. d. ¶ † Quærit gl. vtrū præſumatur
a bona fides[a]. Et dicit qđ ſic qđ verum eſt quali quali data occaſione poſſidendi. ar. ff. de fideicom. lib. l. 3. §. ſi ex die. ſuper verbo occaſione. vbi gl. dicit no. bonū verbum: & ex dicto vnius boni viri cauſatur bona fides. i. iuſta credulitas. vt nota. ff. de condi. & demon. l. titio fundus Item præſumitur bona fides ſi quis inuenerit rem poſſeſſam a ſuo prædeceſſore. vt. ʒ. eo. c. de quarta. & vltima gloſ. adde quod dixi ſ. eod. in rubri. ¶ Quidam fecit teſtamentum iam ſunt anni quinquaginta & deceſſit: nunc obijcitur teſtamentum quod eſt præſcriptum. reſpon non præſcribitur cōtra teſtamentum nec contra contractum: & ideo ſi eſſet factus contractus iam ſunt mille anni ſub conditione quæ hodie exiſteret poſſet agi. adde de præſcrip. triginta annorum. l. cum notiſſimi. §. illud. ſic eſt in teſtamento. vt. C. de teſt. l. ſancimus. & nunc intelligis veram rationem illius legis.

ADDITIO.

a ¶ An præſumatur bona fides Alex. conſi. xxj. & xxxv lib. 4. Barba. conſil. ix. col. v. vo. j. & conſ. xl. co. iij. e. vo.

CAP. IIII.

1 *Epiſcopus debet habere quartam decimarum & oblationum totius ſuę diœceſis.*
2 *Clericus quidam ſi præſcripſerat quartam decimarum & oblationum quæ ad epiſcopum pertinebant an poſſit ſe tueri contra epiſcopum.*
3 *Titulus an ſit neceſſarius ad hoc quod quid præſcribatur.*
4 *Anteceſſor ſi conſtet ꝙ mala fide poſſederit an hoc noceat ſucceſſori.*
5 *Præſcriptio quando incipiat.*
6 *Libertas an præſcribatur contra epiſcopum ita quod ius eradicetur ab epiſcopo & tranſeat in curatum eccleſiæ diœceſalis an vero præſcribatur ſola exceptio detentiua decimarum.*
7 *Exceptio ſi præſcribatur an requiratur bona fides.*
8 *Curatus an præſcribat.*
9 *Decimę & oblationes an præſcribantur.*

DE quarta. Præſcribitur contra epm quarta ſi ſpacio. xl. annorum non ſoluatur & cathedralis eccleſia interim non vacauit. h. d. Et tres
1 ſunt partes. ſecunda ibi niſi. tertia ibi nam romana. ¶ † Præmitte ad euidentiam ꝙ epiſcopus debet habere quartam decimarum & oblationum totius ſuæ diœceſis. vt in. c. de his. x. q. j. & de offi. ordi. c. conquerente. nam quęlibet parochialis eccleſia debet habere decimam poſſeſſionum quæ ſunt in ſua parrochia de qua decima debet eps habere quartam & percipere in agris & ducere ad horrea ſua. ar. ff. ad l. fal. l. linea margaritarū. & ff. de fur.
2 l. ſerui & filij. in prin. ¶ † Modo ſequitur caſus. quidam clericus pręſcripſerat quartam decimarum & oblationum quæ ad epm pertinebant: q̄rebatur an poſſit ſe tueri ꝯ epm. rñ. ꝙ ſic ſi p ſpaciū. xl. an. pręſcripſerit de qua pręſcriptione ſubdicitur tps vacationis eccleſię nec ſufficiunt. xxx. anni. vnde capitulum pręcedens eſt correctum. Opp. iſta quarta decimarum & oblationum pertinet ad epm & curatus non ſoluens fuit in mala fide: ergo vllo tpe nō pręſcripſit. gl. concedit ꝙ male fidei poſſeſſor non pręſcribit. ſed iſte fuit in bona fide: quia autor eius dedit ſibi cauſam poſſidendi vel erat titulus qualiſqualis. vt. ʒ. de iure patro. cur. quia vbi de bona fide agitur non eſt de iuris apicibus diſputañ. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ¶ † Op. ꝙ non ſit neceſſarius titulus qui quan
3 do ius commune contra quod pręſcribitur eſt certum per ſtatutum canonis requiritur titulus vt in c. j. de pręſcri. lib. vj. Sol. concedo intellige quod hic habebat titulum ex cōceſſione epi tam non interuenerat conſenſus capituli tacitus vel expreſſus: imo in iſta alienatione requiritur conſenſus expreſſus: quia requirit ſubſcriptio capituli. vel dic quod epiſcopus allegabat ſe habere mādatum capituli: & ſic eſt iuſtus error qui habetur pro titulo: vt l. ſi. ff. pro emp. Vltimo no. quod ſola poſſeſſio autoris dat ſucceſſori iuſtā materiam pręſcribendi quia putare dēt ſucceſſor ꝙ eius autor poſſederit bona fide. Bar. & Inno. idem tenet Bar. ff. de vſuca. l. celſus. ¶ † Sed quid ſi ꝯſtat ꝙ anteceſſor poſſederit mala fide an hoc 4
nocet ſucceſſori q habet bona fidē? & videt ꝙ ſic: qa nō tantū no-
a cet[a] heredi, ſed cuilibet vniuerſali ſucceſſori ff. pro emp. l. ij. §. eius bona. ſo. ibi ex perſona ſucceſſoris deſcendit cauſa & ius in ſucceſſorem: hic non. quia prælatus nō tranſmittit ad ſucceſſorem: & iō ſucceſſor non ſuccedit in vitium eius. ar. ff. de præca. l. quæſitum. §. fi. cū ſua gl. ¶ Opp. ꝙ quarta nō præſcribatur. xl. annis. quia non habet cām continuam: ſed requirit tps duplicatum. vt ff. quemad mo. ſer. amit. l. ſi ſic. vbi gl. dicit. ꝙ qñ tpa ſeruitutis habēt interualla longiora præſcribit libertas tpe duplicato ſed vbi breuiora tpe ſimplici: & ideo nihil innuitur: quia propter diſtantiam temporū videtur duplex ſeruitus: ſed vbi eſt continua vel parum diſtans eſt vna ſeruitus: quia qđ parum diſtat nihil diſtare videtur. Innoc. hoc concedit in ſeruitutibus q non habēt cām naturalē ſed facto hoīs. ff. de ſer. vr. prædi. l. foramen. ſed decima hēt cām aptā natā continuari niſi eſſent decimę taxatę: puta de anno in annū: qa tūc requireret tps duplicatū. i. octuaginta anni ſm Inn. qđ ridiculū puto qa nulla l. cauet. Et qa eſt ꝯ caſum vt in c. præſertim. in eo quod dicit. de obligationibus quæ habēt eſſe perfectū hoīs cui natura pariēs. nō cōparat in aliquo. vt d. l. foramen. Et ideo vltra. xl. annos nō fit extenſio qa perpetuum non ſuſcipit plus q̄ perpetuū: ne quaſi in infinitum ꝓcedatur Sed tempus quadraginta annorum dicit perpetuum ſufficit ergo. C. de præſcript. xxx. an. oēs. Itē iſti redditus cōſiſtētes in iure ppetuo inter īmobilia cōputant pſcribunt ergo ſpacio. xl. anno. Nō ob. ff. de aqua plu. ar. l. hoc iure. §. ductus aquę. qa ibi ſpeciale in flumine publico ſm Inn. hic certe imo eſt ſpeciale ratione fluminis publici: ſed quia poſſeſſio dietim interpellatur.
5 ff. de ſerui. l. ſeruitutes. el. ij. ¶ † Sed oppo. quia quot ſunt anni decimales tot ſunt decimę annuales: ergo in prin. cuiuſlibet anni incipit pręſcriptio nō ſimul pro omnibus annis futuris. ſ. in perpetuū. vt no. C. de pſcr. xxx. an. l. cū notiſſimi. § in his. & p Dy. & latius p Bar. ff. de aqua plu. ar. l. ſi prius. Præterea decimę non ſunt in rerū natura anteq̄ fructus pcipiant: ergo non ſunt in obligatione. ff. de verb. ob. l. inter ſtipulantē. §. ſacrā gl. dicūt aut annuum debet ex ꝯtractu, & eſt vna pſcriptio ꝓ omni tpe: aut ex vltima voluntate, tunc ſunt plures. Et ideo differētia eſt qa in vltima volūtate nō poteſt ſimul & in eadē pſona radicari ꝓ toto tpe cū ꝓ futuro tpe nō trāſferatur ad hærede. qđ aūt nō poteſt in eadē pſona radicari, diuiſionē recipit. ff. de ſtipu. ſeruo. l. ſi ſeru⁹ cōis mçuij & caſtrēſis peculij. §. ſi. Sed iſta diſtinctio nō cadit qñ debent fructus annui: qa non poteſt eſſe vna ſtipulatio in fructibus nā pro futuris annis neceſſaria eſt conditionalis. vt d. l. interdū ſicut in vſufructu. vt no. in d. l. ſi ſic. Cōſidera hic nō ſumus in ꝯtu vel quaſi ſed in diſpoſitione legali q̄ eſt vna ꝓ omni tpe tanq̄ quędā rīa: & iō vna pręſcriptio ſufficit.
6 ¶ † Sed an pſcribat libertas ꝯ epm ita ꝙ ius eradicet ab epo & trāſeat in curatū ecclię diœceſalis. An vero pſcribat ſola exceptio detētatiua decimarū. Et vr ꝙ exceptio ſola ꝯ actionem perſonalem præſcribat: & hoc ſubtili ratiōe. Nā ſi pſcriberet actio, tūc debitor ſuccederet creditori & actio tolleret ipſo iure p cōfuſionē. C. de pac. l. debitori. ff. de fideiuſ. l. gñaliter. & l. vtannius. Et ſic p pſcrip. nō tollit actio ipſo iure qđ eſt falſum ff. de act. & o. li. l. obligationū fere. §. placet ff. de leg. j. nemo pōt. ff. de ſerui. l. 4 ſol. hic pręſcribit totū ius epi. vñ eps nihil exigere pōt nec à curato eccleſię nec à poſſeſſoribus agrorū. & ſi pcepit tenet reſtituere curato: qa hæc pſcriptio eſt iſtius naturę ꝙ ex ea dat actio & exceptio cū iſta præſcriptio ſit alienatio: Et vt ita dixerim eſt pſcriptio trāſlatiua. & h.
7 d. iſtud. c. ¶ † Oppo. ſi præſcribit exceptio, ergo nō requirit bona fides. ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viā. Sol. ibi loquitur in pſcriptione currente facto naturę. Nam prædia naturali iure ſunt libera, & ius naturale ſupplet bonam fidem: quia habetur pro titulo: ſecus in præſcriptione quæ oritur immediate ex facto hominis. quia hæc requirit bonam fidem vt hic. ita ſolenniter dixit tex. ff. de ſer. vrb.
8 pre. l. hæc aūt iura. ¶ † Opp. curatus habet poſſeſſionem totius decimę à pceptore: titulū autē habet ab epo: ergo ab vno titulum hēt, ab alio poſſeſſionem, & ſic non pſcribit. ff. de vſucap. l. non ſolum. ſolu. imo poſſeſſio non diſcrepat à titulo ſed pars eius eſt ſubiectiua.

ADDITIO.

a ¶ Vide Barba. conſil. ix. col. pe. vol. j. Alex. conſi. iiij. & xxxix, col. ij, volu. ij. Ia. in l. Pomponius. §. cum quis co. xj. ff. de acqui. poſ. Imo. conſi. xliij. col. ij. & lxxiij. colum. iij. in fine.

9 ctiua.i.subordinata.¶†Opp.decimę & oblationes continent qđ
extraordinariū & difforme.i.ꝓut res incidet.Nā qñq; ꝯranū,qñq;
vinū,qñq; oleū & ista difformia nō cōprehendunt cōsuetudine.l.
Seio.ff.de an.leg.ergo nō ꝑscribunt.solu.actio gñalis nō curat de
diuersitate specierū.ff.qñ di.le.ce.l.nec refert.Nō ob.l.Seio qa ibi
difformitas pēdebat ex solo nutu volūtatis.¶Opp.iste curatus q
recipit indebitū cōmittit furtū.ff.de fur.l.falsus.ergo nō ꝑscribit.
sol.bona fides oēm maculā tergit.itē qa fuit in eum translatū dñiū
ff.de condi.ob cau.l.penul.ff.de alie.iudi.l.item.in prin.Bal.

CAP. V.

1 *Curiosus explorator quis esse debet non desidiosus neglector.*
2 *Præscriptio nulla inuenitur longissimi temporis cuius contrarij memoria non existat.*
3 *Scientia rei alienę quid iuris si superueniat post completam prescriptionem.*
4 *Bona fides vbi non est nec mala sed est ignorantia.*
5 *Fama publica & generali si audiui quod quędam res est ecclesiæ & emo ab eo illam rem qui habet titulum & qui possedit inconcusse longissimo tempore an ex sola fama debeam habere malam fidem & rem restituere.*
6 *Nomine meo si emi rem de pecunia ecclesię nesciens pecuniam ad ecclesiā pertinere an eam præscribam minori tempore.xl.annorum.*
7 *Ecclesia si habet publicianam an contra istam publicianam præscribatur minori spacio.xl.annorum.*

Vigilanti. Possessor male fidei vllo tempore non
præscribit.primo ponit dictum.secun-
da ibi Ephesinus ponit rationem legis in contrariū.ter
tia ibi legis vobis contingit legem & rationem.¶Ca-
sus.querebat vtrum malefidei possessor possit prescribere longissi
mo tempore.respondet qđ qui sciēter possidet prędiū alienū dēt
illum restituere dño & nulla tpis prærogatiua excusat.¶Sed ↄtra
istud opp.qđ Ephesinus legislator tribus rationibus motus statuit
præscribi posse longissimo tpe.Primo ꝓpter vitandā negligentiā
nā negligenti iura nō subueniūt.Secūdo ꝓpter vitādos errores q
nascunt ex obliuione quæ oritur ex longissimo tpe.Tertio ꝓpter
vitandā confusionē dominiorū.i.rerū dñia semꝑ sint sub incerto.
sol.dicit Papa qđ hę rationes non valent in præiudicium animę.
Et ideo concludit ꝙ siue dñs rei ignoret ↄ̃ se prescribi siue sciat ta
1 mē ille qui scit rem alienā nō præscribit.h.d.¶†In tex.ibi vigilan
ti no.ꝙ quis debet esse curiosus explorator non desidiosus negle-
ctor & hoc in prin.ꝑscriptionis sed in ꝓcessu nō nocet negligētia
inquisitionis veri vt elegāter no.Bar.ff.de vsuca.l.naturaliter ff.de
reg.iur.l.qui cū alio.C.de fur.l.ij.in text.ibi resipuerit.i.restituerit
ista est mala expositio qa qui restituit non prescribit qa non possi
det.vnde expone nisi resipuerit.i.nisi bona fides suꝑuenerit puta
quia emit à putatiuo ꝓcuratore quē iusto errore ductus credebat
2 habere mādatū.ff.pro emp.l.qui fundū.§.ꝓcur.¶†In tex.ibi Ephē
sinus.si iste fuit iuriscōsultus apparet qđ ꝑscriptio longissimi tpis
fuit cognita tēpore iur.consultorū cuius ↄ̃rium no.gl.ff.de admi.
tu.l.si pupillus.nā de iure.ff.nulla inuenitur præscriptio lōgissimi
tpis nec cuius ↄ̃rij memoria nō existat.ff.de aqua quo.& esti.l.hoc
iure.§ ductus aquę.sed ↄ̃ illā gl.videtur tex.& gl.ff.de verb.signi.l.
trāsactione finita.vel dic vt dicit gl.iste Ephesinus fuit imperator:
¶In tex.propter vitan.ff.ꝓ suo.l.fi.C de sac.san.eccle.l.fi.in auth.
ibi posita.In tex.ibi vigore legis.No.ꝙ ꝑscriptio habet vim legis.
Itē no.ꝙ ꝑscriptiones nō sunt de iure naturali.¶In tex.ibi cogni
tis hæc distinctio adhibet in quodam casu.s.in alienatione actoris
male fidei:successore tamē existente bone fidei vt C.de ꝑscrip.lō.
3 tēpo.auth.male fidei.¶†Quærit gl.quid si post completā prescri
ptionem superueniat scīa rei alienę.& determinat ꝙ ista scientia
nō obligat ad restitutionē nec interrūpit prescriptionē,qa quod
perfectum est,interrūpi non pōt:vt nō.ff.de sol.l.cū quis.§.si qs.&
est expressum licet gl.nunq̄ allegauerit.ff.de itinere actuq; priua l.
j.§.fi.cū.l.se.vbi est melior tex.qui reperiat in mūdo.Itē post ꝑscri
ptionem certatur de damno vitando sed ante cōpletam certatur
de lucro captando:vt eleganter no.in d.l.j.§.si quis ꝓpter.ad hoc
facit ratio,quia finita non resuscitantur vt ff.de verbo.signi.l.tran
sacta finita ve.Item non est verum,ꝙ superueniat scientia rei alie
nę quia nunc imo est sua ipsius præscribentis saltem quo ad vti-
le dominium quod in præscriptione præfertur dominio directo:
vt C.de præscri.xxx.anno.l.si quis emptionis.quia directum do-
minium constat solo nomine:sed vtile constat effectu.sicut dici-
mus ꝙ solum nomen hæredis sine effectu parum operatur:vt ff.
de minoribus.l.& si sine.§.sed quod Papinianus & C.de indicta li.
tollen.l.j.& C.de nudo iure quiritum tol.l.vnica.¶Et si qui habēt
conscientiam remordentem imputent sibi quia præscriptio iusti
4 ficata à canone iniusta esse non potest.¶†Extra no.quod vbi non
est bona fides nec mala sed est ignorantia simpliciter vt quando
hæreditas præscribit interpretatur bona fide possidere.vnde di-
cit lex quod hæreditas sustinet vicem personæ possidentis bona fi
de.ff.si cer.pe.l.penul.§.quod si stipulatus.vbi gl.parua dicit quod
5 ille casus non reperitur alibi.ergo no.¶†Pone audiui per famam
publicam & generalem quod quædam res est ecclesiæ: emo ab eo
illam rem qui habet titulum & qui possedit incōcusse longissimo
tempore.nunquid ex sola fama debeam habere malam fidem &
rem restituere.& videt quod sic quia id debeo credere quod om-
nes credunt vt ff ad mace.l.iiij.pro hoc gl.ff.de neg.gest.l.atq na-
tura §.cum me.Item sicut bona fama operatur bonam opinionē
& fidem ita sinistra sinistram.C.de pericu.tut.l.si tutor.in contra-
rium videtur quia magis præsumitur pro titulo quàm pro fama
vt ff.de regulis iuris.l.nemo prędo.¶Item fama sola est quoddam
somnium & quidam rumor qui sępe à veritate discordat vt ff.de
hære.insti l.fi.Item quia non oritur ab aliqua radice sed ab incerto
autore.item sequeretur quod in via conscientię probata fama te-
netur quis restituere rem formato articulo super conscientia qa
tenetur respondere possessor per verbum credo quod est falsum.
Item plus creditur tempori quàm famę quia tempus habetur pro
veritate vt no.in l.j.C.de serui.& aqua.¶Item non teneor crede-
re nisi qđ credit bonus vir,i.iudex qui in facto alieno nō dēt crede-
re nisi probationibus legitimis.nec debeo mihi formare nouā con
scientiam sed sequi eam quæ formatur à iure.vnde nec ex vno te
ste debeo habere conscientiam lęsam quia vnus testis inducit du-
bietatem.sed dubius in conscientia non tenetur habere lęsam cō
scientiam.In facto proprio bene debet quis habere cōscientiam.
quia conscientia est cordis scientia & stat in facto.i.in animo quē
vnusquisque in facto proprio scit de certo.Et frustra quis petit qđ
intus habet.i.certificari de eo quod scit.habet enim testem intrin
secum.i.sibi coherentem & iudicem etiam.i.deum & subiacet fo
ro celi:licet si non potest probari non subiaceat foro mundi:vt ff.
de test tu.l.duo sunt titij.Amplius nemo tenetur præsumere ꝙ au
tor suus fuerit male fidei quia de nemine præsumendum est malū
& bona fides autoris prodest successori.¶Et ita tenet quidam ma-
gnus vir vtriusque iuris doc.Porro deus nō esset alias iudicaturus
quàm iudicaret bonus vir:quia quicquid agant homines intentio
iudicat omnes.tamen erronea conscientia non damnat quē quā.
ff.de iuris & fac.igno.l.regula.§.qui ignorauit.nisi de praua mente
peniteat non ad restitutionem quæ non debet fieri:abscondita
enim omnia scit solus Deus.Et conscientia humana non tenetur
ea scire.Porro res empta de pecunia ecclesiæ ab eo qui nō vult ne-
gocia ecclesiæ gerere nec teneatur gerere nisi velit non acquiritur
ecclesiæ.Sed si gereret ea est obligatus actione mandati vel qa præ
latus acquirit ecclesiæ legis potestate potius quàm sua voluntate
si ecclesia vul potius rem quàm pecuniam.l.cum fundus.§.j.ff.si
cer.pe.j.de pec.cle.c.inquirendum.j.de testa.c.cum in officijs.ꝑ
Ioan.An.C.de rei vendi.l.sit vt proponis.per Cyn.xij.q.j.fixum ea
dem causa & q.iij.c.j.ita dixit prędictus doc.& quidam alius valēs.
cum enim tenetur actione mandati vel neg.ge.iura quæ habet ce
dere speciale est in ecclesia pupillo & milite ꝙ agere possint sine
cessione ecclesia habet probare ꝙ res fuerit tradētis & ꝙ pecunia
fuerit ecclesiæ quæ aliquando probantur ex indicijs.C.de rei ven.
6 l.indicia.¶†Quæro emi rem de pecunia ecclesię nomine meo ne-
sciens pecuniam ad ecclesiam pertinere nunquid eam præscribam
minori tempore.xl.ann.& videtur quod vsucapiam triennio.nam
si ipsam pecuniam possiderem vsucaperem triennio.ergo & id qđ
ex ea sequitur quia res succedit loco pecuniæ vt j.de peculio cle-
ri.c.ij.arg.ff.de dona.inter virum & vxo.l.si donante.§.si sponsus.
ff.de vsuc.l.sequitur.§.fructus.vbi dicit Bar.ꝙ fructus ex re mobili
a percepti vsucapiuntur triennio[a] quia ipsi mobiles sunt nec veniūt
restituendi quod est not.dignum.¶Nec obst.dictum Inno.qui di-
cit mobilia ecclesiæ non vsucapi triennio quia non dicit verum.
Considera Inn.dicit ꝙ res empta de pecunia ecclesiæ non est ec-
clesiæ licet detur ecclesiæ actio in rem.Porro actio de se nō est res
mobilis vt l.à diuo pio.ff.de re iudic.& nota.ff.de verborum signi
ficationi.l.mouentium.ergo non vsucapitur triennio vt s̃.de præ
scri.tri.an.l.sicut.¶Sed contra Inn.facit ꝙ omne meum est cuius
vendicandi ius habeo vt ff.de rei ven.l.solum.§.meum.Et Accur.
dicit ꝙ cessa rei vendicatione statim competit vtile dominium:vt
no.ff.de eden.l.j.in prin.in magna gl.quod posset esse verū si rei vē
dicatio esset cessa à possessore.secus si ab eo qui non possidet tñ
tradita possessione illa vtilis vertitur in directā vt ff.ad treb.l.si hæ-
res.& ff.de hæredi.insti l.iij.§.qui fideicōmissariam.so.videtur di-
cendū ꝙ licet pecunia vsucapiatur tñ res immobilis quæ successit
loco

ADDITIO.

a ¶Et etiam adde quando quis præscribendo facit fructus suos.Alex.consi.
xxj.iiij.li.& vide etiam pulchre per.d.Fran.cur.in consil.lxxj.circa me...
col.ad finem.ix.omnino vide.

loco pecunię non præscribitur maiori tempore contra ecclesiam quam spacio.xl.an.ff de cōsti.pec l.item illa §.quod adijcitur.& ff. de do.cau.mor.l.quod debitori.¶†Quæro pone ꝙ ecclesia habet
7 publicianam nunquid contra istam publicianam præscribitur mi nori spacio.xl.an.& videtur ꝙ sic quia ille qui præscribitur tractat de lucro captando vt no.in l si quis vxo.ff.de fur. Item nec est dñs vt no.insti.de ac.§ alie.Itē ecclesiæ fauetur in dominio non in iur. tertij.vt C.de fac.fan.eccle.l.fi.Sed si nouus possessor habet publicianam ecclesia repellitur quia vltima publi. excludit contrariam publi.arg.C.qui in ces.lon.temp.præscriptio.l.hæreditate. Sol.qđ idem tps requiritur in præscribendo ꝯ publicianam sicut contra rei ven.per illam no.regulam quæ ponitur.ff de publi.l.eum qui.§. in publiciana.& quod ibi no.¶ Vltimo no.ꝙ qđam sunt iura quæ afficiunt personas quædam quæ afficiūt res in quibus præscriptiones natura & effectu discrepant.quod est no.

CAP. VI.

Ad aures. Vna ecclesia in parochia alterius.xl. anno. spacio præscribit decimas.h.d. Casus.duę ecclesiæ litigabāt sup decimis vna allegabat ius parochię altera allegabat pscriptionē.xl.ann.dr qđ pscriptio eā defendit quæ oēm actū aduersarij excludit hoc intēdit.gl.sumit.arg.ꝙ actio sit exprimenda in libello dic ꝙ duplex est actio s.casualis & formalis.prima satis exprimitur cum exprimit causa.secunda non est necessaria nominari quia tacite inest & de necessitate.ergo expressio nihil operatur.Bal.

CAP. VII.

1 *Detinere efficaciter ille non dicitur qui non detinet de iure.*
2 *Possidere qui non potest non potest præscribere.*

Causam quę. Laicus decimas non præscribit.& est rō quia non est capax possidere hoc ius cum sit spūale.h.d. ¶Casus Inter Archidiaconū reginū & quēdam nobilē erat quæstio sup decimis quas laicus pretendebat ad se pertinere propter tpis præscriptionem vel concessionem præsulis ecclesiastici vel principis secularis.Papa dicit ꝙ laici non possunt possidere nec decimare de iure.Et dicit gl.ꝙ hodie decimę non possunt dari in feudum quia non possunt dari in titulum.Sed olim ante cōcilium Lateranū.date valent & ideo ponderandum est quo tempore fuerit factum illud concilium & quo tempore decimę concessę sunt. Sed quid si non constat de initio quia nō existat memoria. videtur ꝙ possessor sit potior qa i dubio ferēda est absolutoria.C.de peti.hæredi l.si post
1 motam.de nego.gest.l.cum actum.¶†No. ꝙ dicitur detinere efficaciter ille qui non detinet de iure.No.ꝙ in præscribendo requiritur causa id est iusta seu iure munita possessio.¶†Not. ꝙ qui non
2 potest possidere non potest præscribere.dicit gl.ꝙ possessio gemi nat prolem. quid est hoc dictum. respon. si iusta est producit effectum acquisitionis fructuum & præscribendum vel dic subordinate id quod detētio parit possessionem & possessio parit pręscriptionem de priuilegijs capitulo cum olim. per Innocentium.vij. quæstione prima pontifices per Archidiaconum econtra in probatione possessio geminat prolem : vitium ex vitio creando parit vitium in mente & præscribendo vitia enim geminant & nunquā nisi præcidantur primos motus obseruant.

CAP. VIII.

1 *Ecclesia contra priuatum an pręscribat spacio.xxx.annorum.*
2 *Interruptio quotuplex sit & quot modis fiat interruptio naturalis.*
3 *Interruptio ciuilis fit per libellum principi oblatum in actione annali.*
4 *Citatio quid iuris si fuerit deserta quia non comparuit citans in termino.*
5 *Præscriptio mere odiosa quæ dicatur.*
6 *Domini si erant plures si vnus expellitur omnibus interrumpitur.*
7 *Coloni eiusdem agri si sint duo & expulsus est vnus qui est inuētus in agro, quid iuris si alter qui non fuit inuentus,non fuit expulsus.*
8 *Pisani veteres si debentur & soluuntur noui minoris valoris an interrumpatur præscriptio veterum an fiat nouatio & transfusio veteris abligationis in nouam monetam quasi ex tacito pacto.*
9 *Præscriptio vtrum dormiat,& an sit interrupta,an differant.*
10 *Præscriptio annua si interrumpitur an sicut singulis annis interrumpitur præscriptio ita singulis annis fieri debeat ciuilis interruptio.*
11 *Præscriptio an interrumpatur per solutionem etiam vnius nummi factam nomine census.*
12 *Præscriptio in iuribus incorporalibus qualiter interrumpatur.*

Illud Si contra præscriptionem xl.annorū opponatur interruptio vterq; admittit ad probā tum & pbata interruptione pscriptio cōquiescit.¶Casus. Primo dicit quod ꝯ ecclesiam non præscribit minori tempore quam.xl.an.Sed qui in concusse possedit.xl.an.præscribit.Si autem dicatur interrupta præscriptio vtraque pars pōt producere testes.Et si probatur interruptio præscriptio non vendicat sibi locum.¶In tex.ibi.xl.ann.hoc iure immobili vel q̄ inter immobilia computantur.idem in re mobili ſm Hostię. cuius opi. debet intelligi in re mobili quæ seruañ.seruari potest vt sunt libri ecclesiæ.Sed si non possent seruando seruari opi. Hostien. esset fatua quia non potest tanto tempore possideri per rerū naturam & ideo fructus qui corrumpuntur vsucapiuntur triennio. C.si aduer. vsuc.l.j ff.eo.l. sequitur.§.fructus.vel dic indistincte in rebus mobilibus seruari tempus triennij.vt C.de fac.fan.eccle.auth.quas actl. ¶In tex. ibi ab vtraque parte not. testes actoris & rei simul recipi
1 posse.¶†Quæro nunquid ecclesia cōtra priuatum præscribat spacio. xxx.an.rñ.sic:qa licet in iudicijs seruet ęqualitas: vt C. de fruc. & litis expē.l.fi.tamen secus est in præscri. ſm Ber. ¶In tex.ibi,in terruptio.no.ꝙ interruptio eneruat tempus præscriptionis.Adde quod interrumpitur præscriptio per vnum actum:vt not.dicit gl.
2 ff.de regu iur.l.nemo.§.temporales. ¶Quæro quotuplex sit interruptio?respōdeo duplex,scilicet naturalis & ciuilis.¶ Quero quot modis fiat interruptio naturalis?respondeo pluribus modis.Nam fit per inundationem maris vel fluminis.vt ff.de acquiren. possessio.l.qui vniuersas.§.item.& l.possideri.§.labeo.tamen contra hoc impedimentum datur restitutio ex clausula generali.ff. de itinere actuq; priuato.l.j.§.si quis propter. intelligo de inundatione non momenti sed plurium dierum. Nam si recedit inundatio infra triduum non puto posse admitti.alioquin possessiones iuxta padum sitę nunquā præscriberentur.quod est absurdum. Et sicut per inūdationem perditur possessio terre ita per siccitatem perdit possessio stagni & aquæ ff.de serui.vrba.prædio.& attilicinus. non tamen puto qđ per immoderatas niues,grandines, rucus & brucus vel sterilitatem perdatur possessio.ff de contrahenda emptione.l. fistulas.§.frumenta & l.si fundus.de rebus eorum. Solu.dicit gl.qđ perditur possessio per expulsionem.qđ dic vt ff.de acquiren poss. l.peregrę.§.fin.Et hoc verum siue quis expellatur ab aduersario, siue autoritate prætoris.vt ff.de acquiten.possess.l.qui vniuersas.§. item cum prętor.Sed pone ego possidebam per colonū vel inquilinū nunqd solo animo possit mihi interuertere possessionē.& dic quod non glo.est solennis in l.j.C eo. de vsucap. Sed si alteri tradit me tamē ignorāte perdo possessionē. & sic interrūpit præscriptio naturaliter vt ibi no.quod non credo verum.arg.C.de acqui.pos. l.fina. ¶Circa istam particulam de interruptione naturali quærit Bar an interruptio bone fidei sit interruptio naturalis. & circa hoc dicit quædam gl.satis pulchra.ff.de vsucap.l. naturaliter.quam exa
3 minabo.in c.fi. ī eo.¶†Sequitur de interruptione ciuili dicit gl.ꝙ fit per libellum principi oblatū in actione annali. item dicit gl.qđ fit lit.cōtesta. in actionibus perpetuis dūmodo fiat corā iudice cō petenti a ias secus vt C.ne de sta.defunc.l.si pater.& aliquando fit etiā sine litis cōtestatione & etiam sine citatiōe vt C. de anna exceptio.l.vt perfectius gl.nimis succincte loquitur. Dic ergo ꝙ quadruplex est pręscriptio scilicet mere odiosa & interrūpit per solā
a citationem[a].C.de præscrip.xxx.an.sicut.¶†Sed quid si citatio fue
4 rit deserta quia non comparuit citans in termino.rñ.non est interrupta præscriptio quia citatio non habuit effectum vt ff. de iud.l. & post edictum.§.circunducto.si vero sit processum ad lit. cōtest. tunc actio est perpetua ad xl.annos de lit conteſt. fuit valida.secus
5 si inualida.ita dicit gl.no.C.de lit.cōtest.auth.offeratur.¶† Sed hic quæro quæ præscriptio dicatur mere odiosa.respō. illa per quam acquiritur sola exceptio : & non dominium nec aliquod ius in re. si vero per eam acquiritur ius in re non dicitur mere odiosa vt s. eo.c.de quarta Est enim præscriptio acquisitio quædam ex suo tē pore causam sumens & perfectionem habens. ¶ Secunda species est præscriptio mixta ex fauore & odio lege diuersificata penes extrema itē ex acquisitione possidentis & ex exclusione negligentis & ista interrumpitur ipso iure & in effectu per lit.contesta. & non ante.C.de rei ven.l.more litis. ¶Tertia species est vsuca. quæ est mere fauorabilis & ideo per eam acquiritur quia fauore extenditur plenum & perfectum dominiū directum hoc interrumpitur per lit.contest.in effectu non ipso iure. vnde acquiritur vsucapienti interim dominiū directum loco ipsius succedit vtile dominiū. Et licet mutetur actori qualitas dominij tamen ius dispensat quod ex instantia fiat condemnatio vt d.l.no.ff. de rei ven.l. si post acceptam. & hæc præscriptio interrumpi potest. sed actio non potest ad.x.an.ppetuari.¶Quarta spēs est pscriptio sui natura currens.& de hac dic vt in l.si eum §.q iniuriarum.ff. si quis cautio. ſm Cy.in l.fi.de eo p quē fac.erit.C.de edic.diui adria.tollen.l.fi. hæc autem

præscriptio

ADDITIO.

a ¶ Adde an per citationem interrumpatur etiam si sit facta in alio loco quā domicilij debitoris.Bal.consil.clxvij.j.li. Et an per legatum factum in toto interrumpatur præscriptio per eundem consil.cxxv.iiij.lib.

pſcriptio nõ cauſat ex mera ſu pueniẽti.ſed cohæret origini ſuæ ſi
6 cut eſt in omnibus tẽporalibus actionibus.¶†Pone,plures erãt do mini.ſi vnus expellit oĩbus interrũpit:ſecus ſi agit.nã ſibi ſoli prodeſt.cur tam variè?Nam magis deberet ꝓdeſſe ius q̃ iniuria.arg.ff. de bo.auth.iudi.poſ.l.cũ vnus.qa ĩterruptio naturalis oĩbus ꝓdeſt: ciuilis non prodeſt niſi vigilantibus.& rõ rõnis eſt, vel quia natura cõis eſt,vel quia naturalis interruptio abſorbet poſſeſſionẽ, & ſic eneruat fundamentum præſcriptionis: ciuilis nõ abſorbet.ff.qui ſa tiſ.cog.l.ſciendum §.ſi fundus.qa pendente lite reus poſſidet.Sed quid ſi eſt interrupta poſſeſſio naturalis & non ciuilis? reſpon.nõ eſt interrupta præſcriptio.tex.eſt no.in l.ſi fundum.ff.de fund.dot.
7 ¶†Sed quid ſi ex duobus colonis eiuſdẽ agri expulſus eſt vnus, qui eſt inuentus in agro,alter aũt qui nõ fuit inuentus non fuit expulſus.rñ.ꝑ vnum retinetur tota poſſeſſio.ar.ff.de acqui.poſ.l.prędia.Sed quid ſi colonus qui erat abſens, non eſt reuerſus ad fundũ ſuſpicans ſe poſſe ●pelli de facili, an dñs poſſidere deſinat.quod videtur qa licet poſſeſſio nõ ſit poſſeſſio in ipſo tamen per ipſum eſt in dño cum colonus eſt cauſa inſtrumentalis & organica.ergo deſtructo colono ꝑ vim dñi poſſeſſio deſtruitur ſed per negligentiam coloni nulla vi adhibita dñs nõ ꝑderet poſſeſſionẽ ſicut nec
8 ꝑ mortẽ coloni.ff.de acqui.poſ.l.ſi de eo.§.ſi forte debiti. ¶†Sed hic q̃rit ſi debent veteres Piſani ſoluunt noui minoris valoris an interrũpat pſcriptio veterũ,an ſit nouatio & transfuſio veteris obligationis in nouam monetam quaſi ex tacito pacto. rñdeo hæc quæſtio fuit diſputata per Iac.Bu.& tenuit ꝙ non ſit facta interruptio.qa non eſt ex ea obligatione veteri nec ex eo fonte. quod ſic probatur.¶Tria cõſtituunt bonitatẽ intrinſecam ſcilicet materia, forma.& qualitas inſeparabilis.& tria ſunt quæ conſtituunt bonitatẽ extrinſecã.ſ.locus,& tempus,& ęſtimatio.quia bonitas variabilis eſt.ſ.extrinſeca.ff.ſi cer.pe.l.cum quid.& l.vinum. ſed iſta eſt noua moneta percuſſa noua autoritate & noua forma.materia ergo in qualitate extrinſeca eſt diuerſa.Item & bonitas extrinſeca ſimiliter eſt diuerſa:quia minus valet.& poſito qđ poſſit fieri collatio valoris ad valorẽ: iſtud non pertinet ad ſubſtantiam obligationis.qa eſt bonitas extrinſeca quæ non eſt in obligatione, nec ſimpliciter,nec ſm quid.nõ ergo poteſt dici agnitum qđ omnino eſt ab illo diuerſum,nec pro illo ſolutum, ſed potius per errorem.ff. quemadmo.ſerui.amit.l.ſi cõmunem.§.j.& l.ſi alij.Sed quomodo noua moneta poteſt peti ex nudo pacto ꝫ.l.C.de pac.l.ſi certis annis.vnde videtur ꝙ nec vetus moneta,qa præſcripta, poſſit peti, nec noua: qa nouatio non ſit niſi per ſtipulationẽ.vt C.ſi cer.pe.l. ex precio.niſi dicas ꝙ non tanq̃ nouatio, ſed tanq̃ conſtituta pecunia.nam aliud pro alio conſtitui poteſt ſicut ſolui,dũmodo ex certa ſcientia vtriuſq;.ſ.debitoris & creditoris.vt ff.de conſti. ꝑ ecu.l. j.§.an poteſt.& facit qđ no.in l.ſi coloni.C. de agri.& cenſi.lib.xi. Sane ſi ſolutio caderet in nouum contractum puta tacite locationis non eſſet facta interruptio.ff.de contrahen.emp.l. pacta conuenta.§.paulus.ff.loca.l. cum in plures.§. lege dicta.ff.de fideiuſ.l.
9 ſtipulatus es opus. ¶†Quæro quæ differentia eſt vtrum pſcriptio dormiat,an ſit interrupta.reſpond. quando dormit & poſtea excitatur ad curſum ſuum,& cõiungunt extremitates tẽporis illo ſubducto de medio.C.de pręſcrip.xxx.an.l.ſicut.ſ.eo.c.j.ſi autẽ interrũpitur,tempus qđ ante cõcurrerat,euaneſcit, & à capite incipit.
10 ff.de vſuca.l.eũ qui ędes.§.ſi autem demolita. ¶†Quæro ſi annua præſcriptio interrũpitur an ſicut ſingulis annis interrumpit pſcriptio.ita ſingulis annis fieri debeat ciuilis interruptio.reſpon.ſingulis annis.quia antequã naſcatur actio non poteſt fieri interruptio etiam per agnitionem debiti.arg.ff.de verbo. obli.l. ſtipulatio iſta. §.inter cetera.ff.de leg.ij.l.ſi ſub conditione.ff. quo. leg.l.j.§ quod
11 ait prętor.¶†Sed an per ſolutionem etiam vnius nummi factam nomine cenſus interrumpit præſcriptio.dic quod ſic vt C.de pręſcrip.xxx.anno.l ſi quis emptus.in fi.& arg.ff.de polli.l.j.§.cepiſſe.
12 ¶†Quæro qualiter interrumpatur præſcriptio in iuribus incorporalibus.reſpondeo aut loqueris de iure incorporali.quod rei nõ cohęret,vt ſunt actiones mere perſonales.puta ex mutuo,depoſito,& ſimilibus & interrumpuntur ciuiliter per citationem,vt ſupra dixi.Aut loquimur in iuribus rei cohęrentibus & tunc licet in acquirenda poſſeſſione requiratur corpus & animus tamen in ea pellẽda ſufficit ſolus animus per regulã.l.licet.C.de acquiren.poſ. Porro ſcias quod in acqui.poſ.incorporalium requirũtur tria ſcilicet aptitudo ac.& quod ille actus ſit ſm illam aptitudinem.verbigratia in ſeruitute tigni immitteñ.requiritur foramen in pariete. Et inde naſcitur aptitudo immitendi tignum. & quod immiſſio tigni fiat ſecundum qualitatem ſeruitutis & in loco ſeruiente. Naturaliter autem interrumpitur ſiue deficit aptitudo ſiue actus ſiue animus. verbi gratia ſi foramen eſt clauſum deficit aptitudo. ſi autem tignum eſt extractum de foramine vt ibi non reponatur deficit actus & voluntas.& in ſumma quicquid eſt contra naturam ſeruituris inducit interruptionem naturalem. & econtrario quicquid eſt ſecundum naturam ſeruitutis inducit continuationem naturalem vt ff.quemad.ſerui.amit.l.qui fundum omnes vero interruptiones quæ ſunt præter naturam ciuiles interruptiones vocantur.no.iſta verba.

CAP. IX.

1 *Iudicio peritorum in illa arte ſtandum.*
2 *Iudex debet ſequi cõſilium ſapientis electi per partes vel per ipſum iudicẽ de conſenſu partium niſi conſilium contineret expreſſum iuris errorem.*
3 *Fines prædiorum eccleſiaſticorum præſcribuntur quantum ad diffinitionẽ dominij ſed non quantum ad fines plebanatuũ vel parrochię vel diœceſis.*

Quia indicante. Fines prędiorum eccleſiaſticorũ.ix.ann.ſpacio pręſcribuntur.h.d. Tria facit primo ponit dictum ſcđa ibi ortam.vbi illud execqueñ.cõmittit.Tertia ibi. quadraginta.vbi circa executionẽ inſtruitur.¶Caſus.Inter duos abbates orta fuit quæſtio de finibus.Papa mandat illam quæſtionẽ decidi iuxta iudiciũ agrimenſorum qui debent accidere ad loca & in pręſentia iudicis fines declarare pręſcriptione tamẽ.l. annorũ vtriq;
1 parti ſeruata.¶†In tex.ibi diffinitione.i.iudicio.Et ſic not. ꝙ ſtandum eſt iudicio peritorũ in illa arte.in auth.de nõ alie.§. qđ aũt.C. fini.reg.l.ſi qs ſup.& iurabũt iſti agrimẽſores hoc modo iuramus dicere veritatẽ ſm iudiciũ noſtrũ non ſimpliciter & præciſe iurabũt dicere veritatẽ vt no.i l.j.ĩ prin.ff.de vẽ.inſpi.ne anceps ſubeat periurium.¶In tex.ibi finẽ.argu. qđ iudex debet ſequi conſilium ſapientis electi per partes vel per ipſum iudicẽ de conſenſu partiũ niſi conſilium contineret expreſſum iuris errorẽ.qa qđ reddidit ſententiam nullã ipſo iure multofortius reddit conſilium nullum ipſo iure vt no. Bar.ff.de re iudi.l.ſi cõuenerit.¶In tex.ibi præſentia ipſis agrimẽſoribus apud acta referẽtibus.ff de do.ple.l.Theo.
2 põpus.¶In tex.ibi ſeruata.ſed an exceptio pſcriptionis poteſt opponi ne agrimẽſores eligantur. hic innuit ꝙ non dum dicit ſeruata.i.reſeruata.no.ꝙ iudex iudicat ſm ſentẽtiam oculata fide ipſius
3 iudicis & teſtiũ.¶†No.fines prædiorũ eccleſiaſticorum præſcribi quantum ad diffinitionem dominij ſed non quãtum ad fines plebanatuũ vel parrochię vel dięceſis ne inducatur confuſio in mutatione ſucceſſorum.ar.ff.fini.reg.l.eos.¶Et ſic no.fines & terminos iuriſdictionum præſcribi non poſſe quamquam ex conſuetudine poſſit iuriſdictio ampliari vt ff.de teſti.l.teſtium.in fi.qa probabilia ſunt quæ vetus conſuetudo cõprobauit.ff.de publici.l.imperatores.Item tęmporalia facilius ſunt præſcriptibilia q̃ ſpiritualia.¶Deinde no.ꝙ non ſequitur fundus eſt meus ergo iuriſdictio eſt mea quia iuriſdictio debet per teſtes diſtrictionis iuriſdicendi non fructus colligendi de hac materia no.hic per Ber.& Inn.& vj. q.v.quicunque. ¶Quæro de qua culpa teneanrur iſti agrimenſores.reſpondeo dolo & lata non leui vel leuiſſima.idem dicimus in tabellionibus per illam.l.not.C.de magi.conue.in fi.

CAP. X.

1 *Abbas maior poteſt deducere iura membrorum ſuorum in iudicio.*

Ex tranſmiſſa. Tempore hoſtilitatis nõ currit pſcriptio. Et prima pars ponit querelam. ſecũda dat iudices ibi diſcretiõi.¶Caſus.eccleſia decamen.erat matrix eccleſia & ſub ſe habebat alias eccleſias & homines ipſa autem ſuberat abbati & monachis de habbeñ. Verum quia capella eidem matrici eccleſiæ ſubtraxerant omne ius parrochiale præter ius funerañ.de hoc abbas prędictus conqueſtus eſt papę tanquàm dominus in capite,papa mandat decimas & oblationes cum alijs obuẽtionibus memorate matrici eccleſiæ reſtitui præſcriptione hoſtilitatis tempore
executione requiratur libellus. dicit Bar. ꝙ non etiam si propona-
tur actio facti. ff. de re iudica l. intra dies. Nam sibi qui protulit sen-
tentiam est notorium iuris & facti vbi non requiritur libellus. Sed
ecce tertius obiector est excommunicatus. respondeo admittitur
ad contradicendum si possidet: quia possessio facit eum reum. vt
15 instit. de interdic. §. commodum. ¶ † Sed pone statutum est Perusij
ꝙ sententiæ omnium iudicum exequantur per capitaneum an iste
sit nudus executor. respondeo non: quia habet generalem autorita-
tem non tamen cognoscet quid debuit pronunciari: sed quid sit
pronunciatum. ar. ff. de iureiu. l. non erit. §. dato. de hoc per Bar. in l.
a diuo pio. in prin. & ibi plene tractat an executor autoritate l. depu
tatus possit cognoscere de excep. & dic aut sunt tales except. quæ
non possunt ventilari in executione & potest de his cognoscere.
alias quare esset sibi data a. l. iurisdictio porro esset iurisdictio nu-
gatoria sed apparitor de nulla exceptione: cognoscit quia nullam
habet iurisdictionem & officium suum est vilissimum & non di-
gnum elegantia iurisd. ff. de iudi. l. fi. ¶ Sed an delegatus ad exequeñ.
potest in integrum restituere: dic ꝙ non. ff. de confes. l. cum fidei.
16 ¶ † Quæro quis iudex exequatur præceptum guarentigiæ. respon-
deo si est appositus locus soluendi iudex illius loci exequitur. ff. de
so. l. quæro. alias exequetur iudex loci vbi est factum præceptum ꝙ
executionem meretur. vt no. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. necessitatem.
17 ¶ † Quæro an statuta laicorum habeant executionem paratam. re
spondeo sic si verba statuti dirigantur iudici. vt C. de edi. diui adri.
18 tol. l. fi. ¶ † Quæro quid si constat sententiam latam sed postea in ar-
chiuo publico appareat cancellata an mereatur executionem di-
cit Bar. ꝙ sic nisi appareat de causa cancellationis. Idem ait ꝙ etiam
si apparet de causa cãcellationis remanet infamis. ff. de re iu. l. acta.
19 per Bar. ¶ † Quæro iudex dixit condemnamus Titium in amputa-
tione pedis & plus vel minus vel aliter secundum formam statuti:
qualiter fiet executio istius sententiæ. respondeo fiet in eo quod
est certum. Nam capitulum alternatiuum non valet: licet Bar. aliter
20 dicat in l. iudex. ff. de re iudi. ¶ † Quæro in libello petita est compul
sio & iudex condemnauit: an ista sententia mereatur executionẽ.
respondeo nõ si est petita compulsio sola: quia libellus est ineptus.
secus si sit compulsio petita & condemnatio licet præpostere. Nã
ordo verborum reducitur ad ordinẽ intellectus & rationis. vt not.
Bar. ff. de re iu. si cum nulla. Quædam alia quæ dicunt doc. iuris ciui
lis vtiliter dicam in capitulis sequentibus. hæc enim quæ extra ordi
nem intersero pono ad vtilitatem canonistarum ne quid eis desit
21 quantum in me est. ¶ † Illud no. ꝙ verba sententiæ debent intelligi
sane ita ꝙ sententia adaptetur negocio & negocium sententiæ vt
sententia valeat & non pereat & sit iusta & non iniusta. vt singula-
riter no. in l. & puto. §. j. ff. fami. her. Item no. ꝙ iudex potest reser-
uare suæ dispositioni & declarationi ea quæ sunt apendices conse
cutiue sententiæ. vt ff. fami. her. l. item labeo. §. j & ibi bona glo. quæ
quotidie allegatur non tamen potest diuidere sententiam vt super
principalibus pro parte pronunciet pro parte reseruet. & dic vt
22 plene dixi. C. de fruc. & litis expen. l. terminato. ¶ † Quæro vtrum
possessor cõuentus hypothecaria teneatur restituere rem cum fru
ctibus. respondeo sic. Nam in hypothecaria veniunt fructus tanq̃
accessoriæ obligati. ff. de pig. l. si fundus. §. præterea. & hoc verum si
ad hypothecantem pertinebant fructus alias secus. non enim po-
tuit plus obligare quàm se pertineret. ff. de pign. l. si is qui. §. quod
dicitur. vnde si dominus fundi hypothecauit nudam proprietatem
suam non venient fructus: quia ad eum non pertinent nisi proprie
tas nuda que effecta esset plena. vt. ff. de iure dotium. l. proprieta-
rij.

23 rij ¶†Secundo quæro nunquid isti fructus veniunt in hypotheca
si sint consumpti bona fide. respondeo non: quia nec possidenter
nec dolo desierunt possideri. & si venirent extenuarent: etiam si
sors esset debita ex causa dotis. vt dicit illa lex not. ff de solu. l. titia.
24 ¶†Et vnum scias quòd fructus pignoris non extenuant sortem
nisi sint consumpti vel dilapidati. C de pigno. acti. l. ij. ff. sol. ma. l.
diuortio. §. ob donationes verbi gratia. si creditor debet recipere
mille ex mutuo & fructus ei restituti ascendunt ad valorem quin
gentorum. sufficit possessori residuum offerre & se liberare imo
plus quia tenetur primus creditor posteriori habentis causam á de
25 bitore iura credere. ff. qui potio. in pig. habean. l. mulier. ¶†Sed ec
ce quis habet duas hypothecas vtrum teneatur cumulare. respon-
deo non quia potest hodie intentare vnam cras aliam sed si simul
cumulauit non potest a cumulatione desistere & diuidere proces
sum: quia cumulatio futura voluntatis est: sed præterita necessita-
tis: & tunc intelligis. l. non est nouum. ff. de act. emp. quam ante nõ
26 intelligebas ¶†Extra quæritur si fiscus est principalis debitor vtrũ
debeat excuti antequàm veniatur ad pignorum possessores. respõ
deo sic: si habiliter & faciliter potest excuti: aliàs non est necessa-
ria excussio: quia ei qui soluendo non est: par est. vt. l. ij. C. qui satis. co.

CAP. XVIII.

1 *Curia est vniuersitas prediorum cum dignitate iurisdictione vel honorantia que omnia potest dominus curiæ vẽdere permutare & pignorare.*
2 *Patronum qui intentauit dicitur intentare vniuersalem actionem seu officium iudicis vniuersale.*
3 *Sententia contra absentem impeditum licet citatum ipso iure nulla est.*
4 *Sententia lata contra absentem qui comparere non potuit inualida est.*
5 *Archidiaconus an possit instituere.*
6 *Citatus si comparere nequeat an reuocetur sententia.*
7 *Legatus Papæ an possit retractare sententiam suam.*
8 *Delegatus Papæ an possit subdelegare post lit. contest.*
9 *Ecclesia an probetur esse patronalis per hoc quod prestiterit annuam pensionem.*
10 *Creditor an habeat ius præsentandi.*
11 *Ecclesiæ an possit inponi census postquam ipsa est fundata & constructa.*
12 *Creditor habens omnia bona sua obligata non potest præsentare & quare.*
13 *Proprietatem si vnus habeat alter feudum quis præsentabit.*
14 *Præsentans sine licentia superioris non potest variare.*
15 *Eps si alium instituit quasi legitime præsentatum peccat & tenetur.*
16 *Diffinitiua potest corrigi constito de errore per acta licet non appelletur.*
17 *Electio non confirmata aliter confirmatur si adiudicatur.*
18 *Electio canonica vnius non est necesse quod prius pronuncietur nulla quàm ad nullam electionem procedatur.*
19 *Electionem aduersarij mei si peto cassari & electionem in causa confirmari licet probem de non iure aduersarij nisi probem de iure meo succumbo nec cassabitur electio.*
20 *Libellus iste peto a te. x. ex causa mutui non obstante pacto de non petendo vel non obstante sententia nulliter contra me lata an procedat.*

CVm bertoldus. Probata cã iusta absentię re
uocatur sententia cõtra ab-
sentem lata maxime vbi apparet iudicem circumuentũ.
h. d. Et sunt duę partes. in prima processus narratio: in se-
cunda ibi licet autem. partis restitutio: auditoris datio: ipsius rela-
tio: & Papæ diffinitio suum motiuum continens. ¶Casus. bertol-
dus miles curiam suam pignori obligauit Petro militi pro certa
quantitate pecunię Petro mortuo successit ei nepos vacauit quę-
dam ecclesia patronalis ambitu dictę curię circumplexa ad quam
dictus nepos pręsentauit Dionysium clericum asserens quod ius
patronatus cum vniuersitate habebat & possidebat tanquam he-
res dicti creditoris: qui Dionysius clericus fuit inuestitus per archi-
diaconum de consensu dioecesani: Bertoldus hoc sentiens tanquã
dominus curię & verus patronus Titium sacerdotem pręsentauit
eidem dioecesano qui ad petitionem dicti Dionysij contradictoris
fuit repulsus. vnde dictus Titius conquestus est de dicto Dionisio
coram legato apostolicę sedis qui causam delegauit, & iudices de
legati receperunt attestationes: & dicto Titio non comparente
fuit dictus Dionysius sententialiter absolutus. qui Titius intra breue
tempus comparuit coram dicto delegato allegans iustam causam
absentię. qui legatus iterato commisit hunc articulum tribus iudi-
cibus qui subdelegauerunt vices suas qui vice commissarij dictũ
Titium repulerunt: vnde appellauit ad Papam. Et plura presuppo-
nuntur in facto. primo quod Titius causam absentię nõ plene pro
bauit. secundo qđ archiepiscopus putauit dictum Dionysium ple
ne probasse de iure pręsentan. & eius quasi possessione. tertio
quòd idem archiepiscopus putauit dictum Titium pro se nihil pro
basse. quarto quod dictus archiepiscopus putabat causam sibi re-
missam sufficienter instructam. Papa considerans quòd veritas pe
rire non debet per motiuum, vel opi. iudicis non ob. quòd causa
absentię esset minus sufficienter probata concessit auditorem qui
dicta motiua retulit Papę quibus examinatis competit per Diony-
sium non fuisse sufficienter probatum de iure vel de possessione
pręsentandi: licet esset probatum quòd ex quadam consuetudine
fuit dicto nepoti pręstitum quid annuum quod consueuit pręstari
patronis: vnde dictus archiepiscopus fuit circumuentus. item consi
derauit quòd erat probatum plene de intentione Titij. Item quòd
non erat causa sufficienter instructa: quia non plene nec etiam se-
miplene quia pro vna parte tantum & quia parum faciebant ad
causam illius attestationes. Quoniam igitur fundamentum iuris &
possessionis patronatus esset apud Bertoldũ adiudicauit dicto Ti-
1 tio ab eo pręsentato ecclesiam antedictam. ¶†In tex ibi curiam
not. quòd curia est vniuersitas prediorum cum dignitate iurisdi-
ctione vel honorantia quę omnia potest dominus curię vendere
permutare & pignorare cum possit quis esse dominus iurisdictio-
nis absque feudo. vt. s. de rescrip. significauit. & nota Bart. ff. de re
iudi. l. quidam consulebant. si autem habeant curiam in feudo. dic
vt in. c. j. de ca. qui curi. ven. col. x. & scias quòd ius patronatus non
est dignitas: quia si patronus haberet iurisdictionem posset resti-
tuere qđ falsum est: sed est quedã honorãtia & protectio & interdũ
2 vitę subsidiũ ¶†In tex. ibi, nepos rectus vel trãsuersa lis nõ est vis.
Ibi, cum vniuersitate. ar. quòd qui intentauit ius patronatus dica-
tur intentare vniuersalem actionem seu officium iudicis vniuersa
le. & ista propositio iuspatronatus transit cum vniuersitate, vera
est in alienatione. ff. de contrahen emp. l. in modicis. sed non est
vera in pignoribus. vt no. j. in glo per hoc patet. & ibi dicam. ¶In
tex ibi, voluntate. not. q id quod fit per voluntatem dioecesani vi-
detur per ipsum proprie fieri. ¶Ibi dominus fundi. hunc fundum
supra appellauit curiam. vel dic quòd erat pars curię. vt in c. j. qui.
mo feu. ami. Ibi, corporalẽ. no. qđ Arch. inuestiturã corporalẽ quę
ad se pertinet alij põt cõmittere facien. ¶In tex. ibi, qõnẽ. not. qđ
legitime pręsentatus ẽt antequã sit inuestitus: vel corporaliter in-
uestitus: põt petere iniuste pręsentatum vel inuestitum perperam
remoueri. quod est not. dignum. ¶Ibi, inspectis. nec enim potest
inspicere attest. titij cum eas non produxerit licet essent eis plenè
& legitimè factę. ¶Ibi, intra breue tempus hoc ideo dicit, quia in
purganda suspitione morę debet esse quis diligens. ¶Ibi iustam ab
sentię causam No. quod causa absentię debet esse iusta non friuo-
la. licet Accur. dicat, quod causa friuola excusat á dolo. vt not. in. l.
j. §. fi. ff si quis ius dicen. non ob. sed do non approbant illam glo.
3 ¶†In tex. ibi, nullius valoris. not. quod sententia contra absentem
impeditum licet citatum est nulla ipso iure. sed hoc ideo est, quia
causa non erat remissa sufficienter instructa Et quia iudex fuit cir-
cumuentus non per falsas probationes, sed quia errauit in iure, cum
putaret per acta esse probatum quod per acta non erat probatum.
tu dic quod iste archiepiscopus somniabat in parnaso: quia ista sen
tentia non est ipso iure nulla. vt. j. eo. c. fi. sed irritanda secundum
Ber. facit C. de rest. mil. l. ignorare ¶In tex. ibi, à vero patrono vers
patronus erat Bertoldus. Ibi adiudicantes. no. per adiudicationem
pręsentatos cõfirmari. dicit lex quod non est vis in apicibus verbo-
rum, sed in effectu. C. de test. l. quoniam indignum. C. de li. pręte. l.
ilj. iste tamen tex. est valde singularis. ¶In tex. ibi, committenti-
bus. no. quod commissarius potest subcommittere alteri. s. vnum
articulum qui magis consistat in facto quàm iurisdictione. Ibi, mi
nus solenniter, aliàs sufficiẽter. No. qđ aliud est probare mins sufficiẽ
ter, aliud nulliter. ¶Ibi, pro quodam iure not. q probatio sumpta
ex aliquo nõ concludit in alio qđ nõ est probatũ. ¶Ibi, cũ per atte
stationes Not. q iudicẽ esse motũ ex falsa cã probatur pacta. ¶Ibi,
vns tñ partis. no. q qui non videt totũ processum, nihil videt. ibi irri
tãdũ nõ dicit ipso iure irritũ: qa vt dixi, nulla probatio fuit falsa, sed
minus sufficiẽs. vñ licet iudex habeat falsum motiuũ etiã cõtra ab-
4 sentẽ, tñ sñia valet nisi retractet. Ber. i suffragio. ¶†No. q nõ valet
sñia lata cõtra absentẽ q cõparere nõ potuit. qđ dic. vt. ff. de re iu. l.
quęsitũ dicas ig. t no. qđ aut sñia fert cõtra absentẽ ex minus suffi
ciẽti probatiõe, & valet, & oportet appellare. aut ex falsa testifica-
tione & nõ valet ipso iure: aut ex falsa opinione iudicis, q putabat
eẽ probatũ qđ nõ erat, vel ecõtra, & tũc valet sed absens põt iuuari
per ap. vel in integ. resti. q duę vię habẽt se vt excedẽtia & excessa.
nã appło suspẽdit pronunciatũ ipso iure. & hẽt sua intrinseca diuer
sa. & electa vna via non tollitur altera. vt no. C. si aduer. rẽ iudi. l. fi,
vbi est gl. valde nota. & singularis & incipit. l. in rẽ pupilli. ¶Scdo
no. q minus sufficiens probatio mouet summũ pontificẽ ne veritas
pereat. ¶No. tertiò q vbi iudex est circũuẽtus, debet iterũ cogno
sci. ¶No. quartò, q cã nõ dicitur sufficienter instructa, nisi allega-
tiones vtriusq; partis remittantur. sic. C. de appell. l. ex iudiciorum.
¶No. quinto ex pręsentatione patroni acquiritur iuspatronatus
5 pręsentato, si patronus in pręsentatione persistat. Bar. ¶†Modo
venio ad apparatũ & quęro vtrũ Arch. possit istituere? & dic quod
non prout in instrumento ponitur pro collatione tituli nisi hoc ob-
tineat de cõsuetudine vel cõsensu epi. Ber. ¶Oppo. q ex lo a pręsenta-

sentatione nō possit præsentatus agere nisi vt sua præsentatio confirmetur:quia non habet ius in re sed ad rem.solutio, concedo tamen φ sicut potest agere vt sua præsentatio confirmetur:ita vt aduersarii infirmetur.¶ Opp.φ snia fuit ipso iure nulla contra Titiū nō citatum.so.imo fuit citatus ad sniam audiēdā quæ citatio debet esse legitima alias esset ipso iure nulla.ut C.de accu.l. si accusatori-
6 bus.ubi gl.no.¶† Quæro si citatus cōparere nequit.vtrum reuocetur sententia dicit Ber. φ sic. & ideo non est festinandum ad sen-
7 tentiam.vt s.de offi.dele.consuluit.¶† Quæro nunquid legatus Papæ possit retractare sententiam suam.dicit Ber.qđ non nisi per in integrum resti.ita φ in hoc nō plus potest legatus Papæ quàm alius
8 pedaneus iudex ut l.qđ iussit.ff.de re iudic.¶† Quæro utrum delegatus Papæ possit subdelegare post lit.cōte.quidā autem φ sic quasi dominus litis. tu dic qđ non efficitur dominus quia iā efficeret ordinarius:sed incipit habere plenū officiū post lit cōtest. ğ haberet ante.vt ff.de pcu.l.si reus paratus.& qa delegatus semper remanet delegatus:ideo vsq; ad sniam pōt eius mandatū reuocare. & iudicium soluitur.i. reuocatur a mandato solutionis. vt ff.iudi. sol.l. iudiciū soluitur.& ita debet intelligi qđ not. ff.de iu.om.iudi.l.& qa & in Spe. de iudi.dele.§.nam nūc.ver. sed nunquid dele.& dico qđ etiam de voluntate partium delegatus non subdelegat.C.de iud.l.a iudice. Not. qđ Papa curialiter loquitur dum dicit φ legatus fuit
9 circunuentus cum re vera fuerit parū intelligens ¶† Vlterius opponitur dicitur:hic φ ista ecclesia nō erat probata esse patronalis. per hoc φ præstiterit annuam pēsionē:qa & per hoc nō probatur dominiū qđ est no.dignū.¶ Sed ↄtra qa per actus particulares probatur vniuersitas iurisdictionis:ut no.ff.de testi.l.ob carmen. §.fin. & per partē probatur totū.ut not.ff.de leg.3.l.vxori suę sol.hic particularis cū vniuersitate non erat eiusdē rationis & conditionis qa non erat de natura iuris patronatus sed ex quadā incidentia præter
10 naturam secundū Bar.quod est no.dignū.¶† Modo quæro an creditor habeat ius præsentandi.& dico qđ nec ius nec possessionem habet nec cōsistit in iure spirituali.vnde si creditor expelleretur de ecclesia non posset intentare hypothecariā quæ nudā possess.aduocat.Ber.hic variat sed vera op est ius patronatus nō transeat cū vniuersitate pignoris sed bene transit cū vniuersitate vtilis dnij & directi scđm Inn & Host.sicut quęcunq; alia seruitus.& est ratio qa creditor nul ū debet habere cōmodum nisi tale φ possit cōputari in sortem sed præsentatio non potest in sortem computari quia non recipit recompensationem.ff.de præscri.verbis.l.naturalis.§.fi.C. de op.libertorū.l.Titius.ff.de leg.3.l.plane.el.2.§.fi. & est duplex ius patronatus vt dixi scilicet sacrū & prophanum,qđ in multis con-
11 sistit,ut plenè no.ff.de condi.inde.l.si nō sorte.§.libertus.¶† Quęro vtrū postquā ecclesia est fundata & constructa possit ei imponi census.rñ.nō,sed in fundatione eius fit cum autoritate episcopi &
12 nō aliter.Ber.¶† Venio ad ↄclusiones Inn.prima est φ creditor habens omnia bona sua obligata nō pōt præsentare qa,soluto debito remoueretur pręsentans,qđ est valde absurdū sed emptor & feudatarius possunt pręsentare.Inno.sed certe in feudatario est eadē ratio qa finito feudo remouetur præsentatus.vt ff.de pig.l.vectigali. quod falsum est:qa non remoueretur.& ideo melior est alia ratio. s.qa creditor nō debet cōsequi aliquod commodum lucratiuum. nā quędā quasi vsura est consequi aliquid vltra sorte,qđ nō extenuaret sortē.ff.si cer.pet.l.rogasti.§.si tibi.¶ †Quæro si vnus habet pro
13 prietatē alter feudum quis præsentabit.rñ.feudatarius qa ad eum pertinet vtilitas fructuum.¶† Secunda conclusio est quod pręsen
14 tatus sine licentia superioris nō potest variare. & ideo præsentatus implorat officium iudicis vt ecclesia vacans sibi conferatur secus in postulato antequam habeat assensum eiusa quo dependet postulatio:quia non habet officium iudicis supplicare debet Innocē. ¶† Idem ait episcopus peccat & tenetur si alium instruit quasi le
15 gitime præsentatum: & quòd talis perperam institutus debet remoueri.Innocen.Alia conclusio est quòd subdelegatus Papæ non potest alium subdelegare:vt det ei aliquam iurisdictionem:sed nudum ministerium puta scribēdi dicta testium bene potest sibi committere & per alium expedire.secus in eo qui esset subdelegatus ad testes recipiendos quia in hoc consistit iurisdictio. nam potest numerum testium restringere testem vacillantem capere.articulos & interrogatoria examinare & facere quæ subdelegatus subdelegare non possunt secundum Innocen.¶† Alia conclusio quòd diffini
16 tiua potest corrigi constito de errore per acta licet non appelletur imputet enim sibi ille qui admisit hunc ad probañ.hæc conclusio
17 est falsa.vt ff.de arbitris.l.qui arbiter. ¶† Alia conclusio est quod electio.non confirmata aliter confirmatur si adiudicatur cum ra-
18 ro alibi reperitur. ¶† Alia conclusio quòd non est necesse quod electio vnius canonica.idest,nulla prius pronuncietur nulla quam ad nullam electionem procedatur.¶ Adde quod not. Bartol.ff.de
19 re iudi.l.conquerebatur.¶† Alia conclusio quòd si peto electionē aduersarii mei cassari & electionem in causa confirmari licet probem de non iure aduersarij nisi probē de iure meo succumbo nec cassabitur electio & in fi.dat pro regula quòd nunquam recipitur libellus cum adiec. quæ aduersario obest & sibi non prodest. ¶ Et hoc idem dicitur de positionibus & probat.secundum Inno. & per consequens de sententia ferenda quod est not. dignum &
20 est casus.ff.de rei ven.l.si non speciali.¶† Idem ait quod procedit libellus iste peto a te. x. ex causa mutui non obstante pacto de non peteñ.vel nō obstante sententia contra me nulliter lata:qaqs possit simul agere & replicare.Ista igitur causa nō obstāte obtinet vim replicationis quamquam videatur de subtilitate iuris qđ nō possit prius replicari quam reus excipiat.Idem ait qđ qui intentat nullitatem aliquam semper debet causam exprimere.

C A P. XIX.

1 *Papa solus dispensat contra ordinem iudiciorum non alius.*
2 *Interlocutoria Papæ an faciat ius generale.*
3 *Situatio in volumine statutorum an sit de esse statuti.*

IN causis. Ordo iudiciorum seruandus est nisi Papa dispenset ex causa. hoc dicit. ¶ No.quòd interlocutoria Papæ seruanda est per alios inferiores tanquam quędam forma sub regula iuxta il
1 lud a boue maiori discat arare minor.¶† Not. secundo quod solus Papa dispensat contra ordinem iudiciorum non alius etiam legatus de latere.ff.de offi procon.l.nec quicquam.§.fin & not.in clę pæ.de verb.sig. in clemen.Not.quod dispensatiuè factum non est ad similia pertrahendum quia est contra ius commune.& ex hoc sequitur quòd omnes dispensationes sunt stricti iuris.ff.de consti.
2 prin.l.j.¶† Quæro vtrum interlocutoria Papę faciat ius generale. respondeo sic si est redacta in codicibus sacrorum canonum alias constitutionum alias non secundum Ber.& Innoc.¶ Quid in diffinitiua.respondeo si non apparet scriptura non habet vim legis qa de obseruantia legis est scriptura.Alij dicunt quod scriptura est de ipsa substantiali forma legis quia alias paucis innotesceret.argu.C. quomodo & quando iu.authen.qui semel. vide quod not. in proœmio.cle.C.de legi.l.humanum.ff.de legi.l.de quibus.§.fina.Bald.
3 ¶† Quæro vtrum situatio in volumine statutorum sit de esse statuti & videtur quod sic alias enim non esset statutum sed quędam reformatio extrauagans ad cuius obseruantiam non tenetur rector ciuitatis qui iurauit seruare statuta.ff.de re iudi.l.cum prolatis facit C.ne fi.pro patre.auth.habita.in fi.vel dic φ statuta dicūtur ea quę fiunt causa perpetuę iurisdictionis.Reformationes vero dicuntur fieri prout res incidit in ciuitate Perusij sunt duo concilia vnū maius aliud minus.in maiori fiunt;statuta quæ debent redigi in volumine statutorum sicut est ecclesiarum artificium cui præstat autoritatem magistratus in concilio congregañ.Aliud est concilium decurionum cui nō interuenit magistratus sed soli decuriones.& illud quod statuitur per eos vocatur reformatio quæ non potest derogare plebiscito. vnde dicunt doc. quod reformationes non derogant statutis nisi decuriones habeant arbitrum a populo.ff.de decre.ab or.fa.l.ambitiosa.

C A P. XX.

1 *Excipere qui omittit vel postquam excepit facit actum contrarium renunciare videtur.*
2 *Sententia secunda contra primam est ipso iure nulla.*
3 *Abbas non est quis vocandus ante benedictionem sed electus.*
4 *Sententia contra sententiam quare est nulla.*
5 *Exceptiones ante lit.contest.quo ordine debent opponi.*
6 *Exceptio suspitionis semper debet esse prima in ordine.*
7 *Exceptiones simul propositæ nunquam intelliguntur præpostere.*
8 *Ordo necessarius magis inspicitur quam ordo verborum.*
9 *Sententiæ quæ dicantur contrariæ.*

INter monasterium. Tenet secunda sententia diffinitiua lata contra primam si de prima nō fuit exceptum nec appellatum a secunda.h.d. Et diuiditur in quatuor partes.primo ponit thema decisum.secundo causam diffinitionis & causas causæ.tertio soluit quoddam obstaculum.quarto diffinit. secunda ibi cum constitit,tertia ibi non obstante,quarta ibi factum priorum.¶ Casus. vacante monasterio sancti Leodij monachi elegerunt vnum ex his monachis in abbatem & dum peteretur confirmationem monachi sancti Antonii se opposuerunt dicentes illam electionem infirmandam eo quod debuit fieri de monasterio sancti Antonij quare diœcesanus neutrum volebat confirmare Papa committit

commisit ad impetrationem monachorum sancti Leodij causa in
quibusdam iudicibus coram quibus lite contesta.& testi recep.mo
nachi sancti Antonij ad alios iudices impetrarunt literas in quibus
suspitionem priorum iudicum allegabant vnde coram primis iu-
dicibus proponebant reuocationem primi rescripti suspitionem
iudicum & quasdam alias exceptiones friuolas quas primi iudices
admittere noluerunt & pronunciauerunt pro dicto electo. vnde
fuit appellatum ad Papam coram Papa proponebatur quod dicta
sententia fuit lata contra aliam diffinitiuam sententiam alio tem-
pore latam. Papa considerans qđ primum rescriptum non fuit re-
uocatum per secundum quod non faciebat mentionem de proces
sibus nec de priuilegiis. Item quod exceptio suspitionis non fuerat
opposita ante litis ingressum nec alię declinatorię vnde videbatur
eis tacitę renunciatum. Item quod non appatebat de sententia pri
ma quæ non fuerat ostensa. Item si fuisset ostensa non patrocinaba
tur tanquam nulla. Item quod sub prætextu nouorum instrumen-
torum non debet sententia retractari confirmauit sententiam pri-
morum iudicum electo munus benedictionis impendens saluo iu-
re diœcesani. In textu ibi commissione impetrata per illos qui ele-
gerunt. ¶ Ibi suspitionis. Nota quod literę impetratę ad iudices sus
pectos sunt aliquę. ergo processus iudicis suspecti est aliquis. ¶ Ibi
nouorum, ratio est quia esset præposterum finito negocio audire
probationes partium. ¶ Ibi per vltimam impetratā per illos qui se
opposuerunt. Ibi ante lit. ingressum, idest, ante aliquem actum per
quem iurisdictio cōprobetur. ff. de iudi. l. sed si susceperit. ¶ In tex.
subeūdo. s. litē ɔtestādo nō .n. per quēlibet actū qs ɔsentit in iudicē.
vt no ff de iudi. l nō videt in iudicē. C. de spon. l. fi. per Cy. vbi dicit
1 Cy. qđ qui fundat psonā sui ꝓcuratoris per satisdationē non ideo
fundat iurisdictionem. † In tex. ibi renunciasse no. quod qui omit-
tit excipere vel postquam excepit factum actum contrarium renū
ciare uidetur. ¶ In tex. ibi & processui no. non valere rescriptum si
non fit mentio de processibus. ibi dicebatur. modo coram Papa.
ibi post habita quia nō retinebat. ibi alioquin. i. & si tenuisset. ¶ † In
2 tex. ibi imputetur. not. quod in hoc verbo stat virtus huius c. quia
malitiose & dolose fuit exceptū de prima sententia vel per dolum
vel malitiam non fuit producta coram ipsis iudicibus & hoc est
a valde notandum qa sñia secunda contra primam est ipso iure [a] nul
la vt C. qñ prouo. nō est necesse. l j. & tamen propter dolum i. mali
tiam redditur aliqua ſm Host. Dicit Accur. quòd diffinitiua lata cō
tra diffinitiuam a qua prima sententia non est appellatum non valet
etiam de consensu partium vt no. C. de trans. l. si diuersa quia vigor
judiciarius non potest per pactum rescindi quæ glo. non est alibi.
& ꝙ illa gl. sit vera probatur pluribus rationibus. ¶ Prima ratio est
qa sententia est facti nam omne qđ tollit aliqd ope exceptionis &
non ipso iure est facti. sed si ipso iuris esse dicitur vt l. si vnus. §. pa-
ctus ff. de pac. sed factę causę pro infectis haberi non possunt quia
vt ait Aristoteles hoc solo priuatur Deus ingenita facere quæ vtiq;
facta sunt. Idē ait noster iurisconsultus. in l ī bello. §. factę. ff. de cap.
& postli. re. ¶ Scđa ratio est quia causa est sopita videlicet consum
pta per absolutoriam vel consummata per cōdemnatoriam & ha
bito vltimo fine nihil restat explicañ qui finis dicitur quid vltimū
vel quid optimum secundū philosophum. & ideo consumptum
resuscitari nō pōt. ff. de sol. l. qui res. §. aream. ¶ Tertia ratio est qa
non potest cōsensus partium tollere ius publicum. nam sñiæ pro-
latio & eius vigor & uirtus iuris publici est & ex iurisdictione depē
det quæ non potest dari vel auferri pactis priuatorum. ¶ Quarta rō
est, qa cōtrarium imperium iudicis cōsistit in officio mercernario
qđ non durat extincto principali: quia non stat per se. ut l. termina-
to. C. de fruct. & lit. exp. ¶ Quinta ratio est quia non valet compro
missum post rem iudicatam, nec transactionē: & tñ ibi, interuenit
consensus. ff de cōdi. inde. l. eleganter. §. si post. ¶ Sexta ratio, quia
posterior sñia est lata sine libello, & sine ordine iudiciorum qui nō
potest in tāto vel in toto omitti: etiā de ɔsensu partium: vt not. s̄. de
offi. delega. de causis. Nec obst. ꝙ quidam dicunt, ꝙ libellus potest
omitti: quia libellus non est de ordine necessario, sed petitio bene
est de ordine necessario vt l. fundus. ff. communi diui. ¶ In contra-
rium videtur ꝙ illa glo. sit falsa. Nam dato ꝙ secunda sententia es-
set nulla, tamen cosensus facit eam aliquam. ut no. in l. 2. C. commu
nia vtriusq. iudi. Pręterea per sententiam fit nouatio. vt C. de vsu. rei
iu. l. fi. Item constat, ꝙ sententia potest nouari. ff. de reg. iur. l 4. §. si
ex conuentione. ff. de mino. l. minor. 25. an. cui fideicom. Item ac-
cepto ferri. ff. de dona. l. si in stipulatum. Item potest abradi & cas-
sari de partium voluntate. ff. de re iudi. l. acta. Item per actum retro
similem potest ab ea recedi, id est per nouum libellum & nouas
probationes. text. est in l. duobus ff. de excep. rei iudi. Item videtur
casus in nostro. cap. nam qui nō excepit de re iudicata, consentire
videtur & in isto consensu cōsistit vigor potioris sententiæ. tex. est
hic valde not. solu. vt contrario imperio iudicetur non valet con-
sensus: si interuenit iudicium retro simile & solenne, tunc subdi-
stingue, aut per primam sententiam non potest reduci in priorē
statum vt in causis criminalibus. & ibi irrogatur infamia & tūc stat
primæ sententię: aut per primā potest reduci in pristinum statū &
tūc statur sententię posteriori præsertim vbi interuenit culpa acto
ris qa denuo egit & in secunda succubuit cū vicisset in prima. & iste
3 est casus no in d. l. duobus. ¶ † In tex. ibi, instrumentorum. no. qđ di
citur instrumentum. Ibi, munus benedictionis. not. hic Hostien. ꝙ
4 ante benedictionē non est quis vocādus abbas, sed electus. ¶ † Quę
ro ad euidētiā, quare sñia cōtra sñiam est nulla. rñdeo qa nō durat
instantia ſm Bart. vel finis litibus imponatur. ff. de iu. l. si prætor. in
prin. & hæc exceptio nullitatis potest opponi quādocūq;. fallit pro
pter dolū & malitiā opponentis. simile. ff. de arb. l. de rebus. in fi. &
est alia ratio, qa non potest reddi ratio quare scđa sententia tollat
primam, & nō prima scđam porro prima iam fecit qđ per aliam fi
eri non potest: sicut dicimus in acceptilationibus cōtrariis. ut not.
5 ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. ¶ † Quęro quo ordine debeant opponi
exceptiones ante lit. cōtest. hoc dico qa post litis contesta. nullus
est ordo opponendarum. respōdeo videtur ꝙ primò debet oppo-
ni exceptio contra rescriptum. secundò exceptio suspitionis. ter-
tiò exceptiones procuratoriæ vel similes. quartò aliæ declinatoriæ
sari, vt ex ista litera colligi videtur. nàm si quis proponeret excep-
tionem declinatoriā præposterè, videtur proponendo posteriores
antea pręponendis pręiudicare prioribus propter consensum taci
tum. namqui opponit vult pronūciari super obiectis. & cōsentiē-
6 do in processibus consentit etiam in iudicem. ¶ † Sed In. dicit, qđ
exceptio suspitionis semper debet esse prima in ordine, nō excep-
tio cōtra rescriptū etiam si sit exceptio falsi: qa exceptio suspitio-
nis nō desiderat sentētiam iudicis suspecti: aliæ vero interlocuto-
riā desiderāt ut C. de iudi. l. apertissimi: & præmissa hac exceptione
suspitionis nō est postea vis quo ordine proponat alias cum & si-
mul possit proponere oēs alias. ¶ Nam qui excipit nō dicitur elige
re sed cumulare potius. arg. insti. de excu. tu. l. si plures. tu dic ꝙ si re
scriptū est funditus falsum ista debet esse prima in ordine qa qui op
ponit hāc exceptionē negat funditus iurisdictionem. sed ille qui di
cit iudicē suspectū nō negat funditus iurisdictionem. porro si iu-
dex est funditus falsus nec cognoscere nec pronunciare potest. di-
co etiam qđ si proponūtur tales exceptiones cū protestatione qđ
opponens nō intēdit iu iudicē cōsentire nisi quatenus iuris ordo
postulat & requirit qđ non obstet harū exceptionū præposteratio
qa nō intelligit cōsentire tacite qa cōtrariū protestat expræsse vt l.
7 qui aliena. §. celsus. ff. de acqui. hęre. ¶ † Dicit Bart. ꝙ exceptiones si
mul ꝓpositę nunq̃ intelliguntur præposterę qa semper intelligitur
ꝙ ordo iuris seruet. Et hoc est notabile vt ipse no. ff. de re iudi. l. q.
l. quidā cōsulebat. & saluādo ipsum dic ꝙ debet intelligi qñ propo
nitur cū ꝓtestatione als diceret falsum & cōtra glo. Bar. & Inn. Sed
si seorsum opponunt puta vna hodie alia cras. tūc Ber. confitetur
8 dictum Inn. esse verum qđ ego dixi de simul propositis. ¶ † Consi-
dera qa magis inspicimus ordinē necessariū quam ordinem verbo
rum sicut glo. dicit quādo appellatus vtitur verbis his dico. senten
tiam nullā & si qua est appello nā licet verbum appello post pona
tur: tamē suspendit pronunciatū tanquam verbum principale. nul
litas autē venit incidenter & fatalia appel. sunt fatalia nullitatis non
ex natura nullitatis sed ex natura incidētiæ vt dicit glo. in l. j. C. qñ
prouo. nō est necesse in glo. sic etiā versi. maxime. quę glo. non est
alib. Itē qđ nō semper attenditur ordo verborū probatur in l. talē.
ff. de hæredi. insti. Item no. ꝙ qui eligit vnū ex incōpassibilibus ad
aliud redire non potest vt C. de cōdi. l. fi. & si succumbit in propo-
sito non tamen redit ad oppositum cum tacite renūciauit. dicit lex
via quā quis eligit hæc sibi pateat. ff. qđ me. cau. l. si mulier. in prin.
9 ¶ † Quæro quæ sententiæ dicantur contrarię. respon. ille quæ sup-
ponunt contradictoria in eodem subiecto. sed quando circa diuer
sa facta vel tēpora vel diuersas res ibi nō est contradictio vt plene
dixi in l. j. C quando prouo. non est necesse. Et hic per Ioan. And. Et
adde qđ idem subiectum intelligitur qđ habet necessarium conti-
nuationem in esse suo vel habet continuationem naturalem vt no.
ff. de iureiuran. l. qui iurasse. §. si pater. & l. eum qui. §. in popularibus.
& ff. de excep. rei iudi. l. si à te. in prin.

ADDITIO.

a ¶ Vide qđ vult Bar. in l. cū procurator. §. j. secūda co. ff. de oper. no. nun. dū allegat. d. l. j. hic allega. & vide Pau. de Cast. consi. 17. in tertia col. & vide Ale. in l. si diuersa. 3. col. post glo. magnam ibi in fin. C. de transac.

CAP. XXI.

1 *Pars vtraquæ vbi fundat suam intentionem iudicatur pro illo cuius iura sunt potiora.*

2 *Pars vtraquæ si probat per duos testes de veritate pars tamē vna habet pro se famam alia non an verum sit qđ adiectio famæ faciat probationem prævalere.*

3 *Papa pronunciat in causa sua non tanquam sua sed tenquam partium.*

Suborta.

SVborta. Tenet sententia lata contra priuilegiū ostensum vel non ostensum si ab ea nō
fuerit appellatum vel supplicatum. Et tria facit pri-
mo præmittit processum & sentētiā super possessorio
ibi verum. secundo committit ipsius excusationē & causam super
petitorio. tertio ibi iudicibus petitorium diffinit diffinitiuum mo-
deratur & quoddam soluit obstaculū. ¶ Casus. inter episcopū Mel-
deñ. & monasterium attrebatense erat quæstio qa episcopus dice-
bat dictum monasteriū sibi subiectum: monasteriū dicebat se exē-
ptum per priuilegium Innocē. Papæ secundi. pars episcopi dicebat
episcopum spoliatum & quia hoc constabat per confessionem:
Papa mādat quod episcopus restituatur in quasi possessione & re-
stitutus fuit & sic sopita fuit causa possessorii iudicij. verumtamen
monasterium ostendit priuilegium exemptionis. Papa commisit
causam quam iudices remiserunt instructam ad Papam & quia cō-
stituit Papæ qđ rationes episcopi erant potiores adiudicaui ei sub-
iectionem præfatam saluo iure romanæ ecclesiæ. Sed de hoc mona
sterium conquærebatur cum ostenderet priuilegium libertatis. Pa
pa respondet quod contra illud priuilegium fuit per Alexand. iudi
catum & aut illud priuilegium fuit ostensum Alexandro & videt
ipsum reprobasse iudicando contra priuilegium aut non fuit osten
sum & sic non fuit iudicatum contra priuilegium sed contra priui-
legiatum. tamen sententia valuit & prętextu instrumenti de nouo
producti non debet retractari. hoc dicit. ¶ No. qđ confessio procu
1 ratoris non nocet domino. ¶ † In tex. ibi partis. i. procuratoris mo-
nasterii. Ibi restitutionem nota. qđ spoliatus ante omnia debet re-
stitui & tamen non propterea monasterium debet a sua libertate
destitui & sic delictum conuentus non nocet ecclesiæ quod est no-
ta. ¶ Item nota possessorium recuperandæ præferri causæ liberali
licet causa status sit præiudicialis. C. de adulte. l. quoniam Alexan-
drum. ¶ Item no. quod possessorium probatum statim est executio
ni mandatum ¶ Item not. quòd petitorium prævalet in fi. sed pos
sessorium prævalet in ordine. ¶ Item tex. ibi efficaciores nota. qđ
vbi vtraq; pars fundat intentionē suā iudicatur pro illo cuius iura
2 sunt potiora[a] sic. s̃. de postu. præla. c. bonæ. el. ij. & ibi de hoc. ¶ † Itē
nota. qđ aliquid additum tali facit illud magis tale. & est argu. qđ si
vtraq; pars probat per duos testes de veritate tamen vna pars ha-
bet pro se famam alia non, quod adiectio famę faciat probationē
prævalere quod verum puto si fama sit vestita rationibus secus si
sit nuda fama. arg. s̃. eo. titu. c. sicut nobis § verum. quia nuda fama
non ponitur inter genera probandi vt not. Bar. ff. de quæsti. l. de mi
nore. §. tormenta ¶ In tex. ibi ita tñ not. ꝙ Papa ꝓtestatur de iure
suo item protestatio debet ꝓmitti. ¶ Itē not. ꝙ priuilegio libertatis
nullus pōt renūciare in præiudicium Papæ. ¶ In tex. ibi replicasse.
no. quoties vnum cōtrariorum approbatur reliquum reprobatur.
Ibi retractari not. qđ sñia retractat priuilegium nō ecōtra. ¶ No. ꝙ
nemo intelligitur approbare qđ ignorat nec etiā reprobare. In tex.
ibi in iudicio præsentatus no. ꝙ persunctoriæ fit extra iudicium nō
considerari qđ est no. ¶ In tex. ibi si noluerit no qđ iustitia non red
3 ditur nisi petenti. ¶ † Not. in isto. c. qđ Papa pronunciat in causa sua
nō tanquā sua sed tanq̃ partium qđ est bene notandū. ¶ Itē not. ꝙ
per priuilegiū exemptionis Papa acquirit ius. i. exercitium imme-
diate subiectionis licet de plenitudine potestatis omnes ecclesiæ
sint sibi immediate subiectæ. ut no. in c. bonæ. s̃. de postu. præla. ꝑ
Inno. & adde qđ quædam iudicia non possunt sæpius moueri vt iu-
dicium fami. herci. & in isti sententia in parte hæreditatis lata facit
ius in alia parte inter easdem personas. ff. de excep. rei iud. l. si inter
me & te, quædam possunt interim moueri & sententia non facit
ius in alia specie. ar. C. de iudi. l. licet. nec alii personæ præiudicat. ff.
de rei ven. l. inter officiū. & hic dicit Inn. ꝙ sententia cōfirmans vel
infirmās primam sententiam latam per iudicē appellationis est ali
qua licet appellatio cursu tp̄is sit deserta. Host. contra qa lapsus tē
poris ratificat suā de hoc no. in c. si appellationem. ĩ. eo. in. cle. dic
ꝙ opi. Inno. est verā si dubiū sit an sit deserta. ff. de condi. inde. l. ele
ganter. §. si post. sed si est certum ꝙ est deserta non valet senten-
tia maxime infirmatoria, ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. conse-
quens similis quæstio formatur per Dyn. insti. de actio. §. rursus.

ADDITIO.

a ¶ Adde vidēdū notat ꝑ Ale. ↄsi. 108. in 4 vol. & aliquid in simili ꝑ Felyn. in
proe. decreta. col. 7. in primo. & Cępo. consi. 19. & consil. 62. col. 9. & Barba.
consi. 14. col. 12. in fi. volu. 2.

CAP. XXII.

1 *Iurare cogitur ille contra quem fit inquisitio.*
2 *Processus nomine continetur processus & sententia.*
3 *Monachi & canonici regulares admittuntur ad denunciandum pro statu mo-
nasterij & possunt etiam procuratorem constituere.*
4 *Conspiratores non sunt idonei testes.*
5 *Conspirator tanquam criminosus repellitur an omni testimonio.*

CVm. I. & A. Retractatur sententia a qua nō fuit
appe latum si cōstat testes ad quo
rum dicta tantum lata fuit fuisse conspiratores. h. d. In
prima facti narratio & processus. in secunda diffinitio
nis commissio secunda ibi quia vero. ¶ Casus. canonici sancti Dio
nysij nomine suo & canonicorum denunciauerūt eorum abbatem
domino Papæ super dilapidatione periurio symonia & quibusdā
alijs criminibus de quibus abbas erat diffamatus. Papa delegauit
causam & mandauit quòd iudices delegati accederēt ad monaste
rium personaliter & tam in capitæ quàm in membris corrigerēt
corrigēda & statuerent quæ viderint statuenda. Qui iudices rece-
perunt iuramenta abbatis & canonicorum tandem abbatem ab ad
ministratione sentētialiter remouerunt correctione mēbrorum
dilata a qua sentētia procurator abbatis appellauit ad Papam & in
causa appellationis allegabat nullitatem eo quia nō esset lis conte
stata & iniquitatem eo quod esset depositus per testamētum con-
spiratorum & antequàm testes essent publicati: Papa mandat pro-
cessum irritari si soli conspiratores deposuerunt cōtra abbatem.
si vero ipsi & alij probauerunt processus cōfirmatur. quo autem
ad alios. i. quo ad membra contra quæ isti nō erant conspiratores
dicit Papa quòd isti testes recipi potuerūt. ¶ In tex. ibi quorundam
& etiam sua secūdum Hostien. ibi in capite. i. abbatem. Ibi in mem
bris. i. monachos siue canonicos regulares ipsi⁹ monasterij. ibi abba
1 tis & canonicorum ¶ † No. quòd ille cōtra quem fit inquisitio iu-
rare cogitur de quo. ĩ. de acc. c qualiter & quando. el. ij. ¶ Ibi dila
ta not. quod qñ sñia tangit plures circa vnū pōt ꝓnūciari & circa
alium vel alios differri. ff. de iudi. l. non idcirco. ¶ In text. ibi sñia er
go non a grauamine qđ est cōtra no. in pen. §. ¶ Ibi procurator ab
batis & sic no. ꝙ in causa inquisitionis pōt constitui ꝓcurator. Ibi
lit. non contest. hoc non nocet vt. s̃. vt lit. contest. qm̄ dicit Pet. &
idem Ab. ꝙ in generali inquisitione non fit litis contestatio. in spe
ciali vero vocatur is contra quem inquiritur qui si negat habetur
pro contestatione vt hic. Si vero est contumax procedi potest
cōtra ipsum. vt. d. c. qm̄. §. sunt & alij. Ioā. An. ¶ Ibi conspiratorum
hæc est valida exceptio tunc ideo distinguetur super ea. ¶ Ibi mi-
nime plublicatus not. ꝙ valet sententia lata secundum attestatio-
nes nō publicatas & hoc raro alibi reperies. & glo. Accur. dicit cō-
2 trarium. C. de sentē. & interlo. l. ꝓlatā. ¶ † In tex. ibi secuti. i. se fun-
dātes super dictis earū. Ibi irritātes ꝓcessum. noīe processus conti-
netur processus & sñia quia sentētia est de processu & irritato pro-
cessu irritatur sñia. & sufficit ꝙ iudex appellationis dicat irritamus
ꝓcessum licet nō dicat irritamus sñiam qa per ↄñs venit sñia. Ioā.
An. qđ est no dignū. Ibi per aliorū dicta. no. ꝙ vtile testimoniū per
inutile nō vitiat. ¶ In tex. ibi sufficienter ergo si vnus testis esset cō
spirator alter nō sñia rescinderet qa vtile ꝑ inutile nō vitiat. ¶ Ibi
cōtingebat no ꝙ nō nocet vitiū testiū qđ nō tāgit opponētē. ¶ Ibi
cōspiratores vide qđ no. de ver. sig. c. cōstitutionē lib. vj. per Arch.
3 de offi. ordi. qa pleriq;. per Arch. ¶ † No. monachos & canonicos
regulares admitti ad denūciandū pro statu monasterij & ēt pñt ꝓ-
curatorē cōstituere qa in causa ꝓpria. nā is q suo noīe habet actio
nem pōt cōstituere ꝓcuratorē ff. de iniur. l. sed si vnus. §. ꝓcuratorē
quę regula alibi ita clare nō reperit No ꝙ non sufficit eligere ali-
4 quos testes nisi eligant hi in qbus vis ꝓbationis consistit. ¶ † Nota.
conspiratores non esse idoneos testes. ¶ Nota processum diuidi
no. casum in quo religiosus pōt suo noīe & alieno iteresse iudicio
& tñ lex dicit ꝙ in actione populari q nō pōt ꝓprio noīe agere nō
pōt constitui ꝓcurator. vt ff. de ꝓcu. l. 13 in popularibus. sed nos nō
sumus hic in actione populari. ¶ Opponit ꝙ isti iudices non po-
tuerūt deponere abbatem vt in. c. in singulis de sta. mo. sol. hic nō
erāt simplices visitatores sed iudices delegati q habēt potestatem
admonēdi. Nam corrigere hoc importat. hoc idē importat verbū
statuerēt. ¶ Et not. ꝙ Ber. intelligit ꝙ in c. nostro fuit appellatum
ab interlocutoria qđ supponitur ex eo ꝙ lis nō fuit hic cōtestata
5 tu dic ꝙ fuit appellatū a diffinitiua sñia amotionis. ¶ † Oppo. quod
cōspirator tanq̃ criminosus repellatur ab omni testimonio. Ber. di
cit ꝙ non repellit in totū qa facit præsumptionē non plenā fidē tu
dic ꝙ hoc crimē non tangebat statū ecclesię sed solū statū ꝓlati. vt
est cōspirator criminosus simplr sed suspectus qđ est bñ no. Dicit
Inno. ꝙ isti cōspiratores testes nō repellunt ↄ alios qa alij nō exce-
perūt de cōspiratione vel est specialę in cā inquisitiōis sup statu ec
clesiæ & ↄ diffamatū s̃m Inno. ¶ Not. hic Innocē. ꝙ etiā ad defen-
sionem laici monachus potest esse ꝓcurator nec pōt aduersarius
obijcere ꝙ nō vertatur vtilitas ecclesiæ qa huius litigatoris non in
terest quęrere vtilitatē ecclesię. ¶ Not. ꝙ monachi possunt consti-
tuere procuratorem vnum ex seipsis.

CAP. XXIII.

1 *Damnatus de leui furto an sit infamis.*
2 *Episcopus an possit dispensare super facto.*

3 Episcopus

3 *Episcopus videns se errasse an si vult possit restituere famę.*
4 *Papa an possit laicum in integrum restituere.*
5 *Populus an possit restituere famę.*
6 *Transgredienti parum de facili ignoscitur.*

CVm te. In isto.c.erat iniuria vilipensionis non afflictionis.iniuria verbalis potest esse ita grauis ꝙ meretur pœnam corporalem:insti.de iniur.§.poena.¶ Condemnatus actione iniuriarum est infamis. sed si iniuria est leuis Papa de facili restituet eum famæ.argu. ga de minimis non est curandū.ff.de conditio.& demonst.l. quamuis. ff. de ędil. edic.l.euidens.Et ideo rector ciuitatis non est de minimis sindicandus.& est arg. ꝙ de minoribus non est fienda scrupulosa in quisitio propter liberum arbitrium voluntatis qđ natura hominibus tribuit.ff.de lega.j.l.si seruus vetitus. vnde leuissime culpę peccata venialia non mortalia vt hic. adde secus si est grauis ga Princeps raro consueuit restituere ad famā dānatum de crimine enor-
1 mi.ff de postu.l j.§.de qua.vbi etiā not.multū singulariter.¶ † Quęro vtrum damnatus de leui furto sit infamis.respon. sic etiam de furto vnius anseris & hoc ga verisimile est ꝙ maiora furaret si posset & ga est in dolo.& vbi dolus ibi facinus.ff.de act. & oblig. l.ser-
2 uus not.in omnibus.ff de reg.iur.l.ad ea.¶ † Sed an episcopus possit dispensare.respon.sic ante sententiam non post.ff.de fur. l. non potest.in verbo damnatum.nō dicit damnandum.ff.de infa.l. quid ergo.§.pęna grauior.nam solus Princeps restituit ad famam iuris & cętus Cardinalium.Innocen. ad famam autem facti restituunt
3 boni mores arg.C.famil.her.l.in ipsius. ¶ † Sed quid si episcopus videns se errasse vult restituere famæ.rn.non potest nisi faciat corā se a iure ordinario peti restitutionem in integrū & istud erit bonū remedium vt d.§.de qua coniuncta gl.quæ est.ff.ad treb. l.seruo inuito.§.cū prætor.& sic poterit notarius iniuste condemnatus recuperare famam & officium tabellionatus & cęteras dignitates qđ est not.dignum & facit.ff.de peti.l.diui fratres.§.de iudic.c.at si clerici vel dic ꝙ si necessitas ecclesiæ exigit episcopus poterit restituere famæ fauore ecclesiæ.l.di.c.domino sancto.& arg.ff.de decur.l. ge
4 neraliter.§.spurios.¶ † Quæro vna cum Ber. & Innoc.vtrum Papa possit laicum in integrum restituere.& dic ꝙ non nisi sit de tempo
5 rali iurisdictione ecclesię.j.de appel.c.si duobus.¶ † Quæro an populus possit restituere famę.respon.non nec aliquis inferior a principe sicut non potest legitimare spurios nisi iste esset necessarius in clericatu secundum Inno.qui subdit & male quod reges nō possunt restituere famę. Nam hoc non est bene dictum: quia in terra sua reges sunt omnes Imperatores pręsertim si non cognoscūt superiorem in aliquo actu suę iurisdictionis administrandæ.ff.de capti.l.hostes.hoc intellige in cōdēnatis autoritate regia non in his qui sunt condēnati autoritate Papę vel Imperatoris. ff. de mino.l.
6 minor autem magistratus.¶ † No.in hoc.c.ꝙ qui parum transgreditur non multum vituperatur vel saltem de facili ei ignoscitur.ff de offi.præsi.l.illicitas.§.fi.& dicas ꝙ fama accipitur duobus modis vno modo pro voce populi & testimonio testium & talis mala fama purgata non obest.vt not.Arch.3.q.4.Nicena.ista pōt in totum aboleri nec est opus Principe.Alio modo dicitur fama.i. infamia cōtracta ex reatu præsumpto.& pōt de iure & de facto tolli p principem exemplum habes.ff.de infa.l.qm.Aut ex reatu notorio tunc aut loquimur de infamia iuris tunc ipso iure potest tolli per principem aut de infamia facti & tunc eius effectus potest tolli per Principē sed ipsa non eradicari nisi a solo Deo vt no.archi.2. q. 5.
a omnibus.¶ Ego[a] dico ꝙ si nihil visibile remanet ex ea potest tolli per recōpensationem bonorum operum.alioquin Dauid & Magdalena semper remansissent infames quod non est dicendum.iuxta illud: Beati quorum remisse sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata.Ecce Petrus Apostolus qui denegando Christū deierauit pęnitendo meliorem famam recuperauit.Hęc sunt vtilia ad statutum quod dictat ꝙ nullus infamis potest esse de consilio credentiæ.Porro si accipiatur fama pro quadam diffamatione vulgi tunc certum est quod bona fama extinguit malam vel econtra secundū qualitatem & motiuum meliorum & plurium testium vt eleganter no.Archi.in d.c.in omnibus.2.q.5.

ADDITIO.

a ¶ Vide Barba.consi.9.colum.7.volu.primo.vide Angel.consil.19.vide Barba.consi.3.colum.3.& seq.volu.3.

CAP. XXIIII.

1 *Sententia iudicis publicæ excommunicati ipso iure non tenet.*
2 *Excommunicatus an possit esse arbiter vel arbitrator.*

12 *Conditio an fingatur retro in vltimis voluntatibus.*
13 *Conditio an legibus trahatur retro.*
14 *Iudex si dicat: o Petre nisi te purgaueris non te absoluo: an si purget se sit absolutus.*
15 *Excommunicatio ista nisi satisfeceris te excommunico an hodie valeat.*
16 *Verba ista nisi satisfeceris quid important.*
17 *Iudex quid iuris si dixit nisi feceris quod Titius habeat &c. te excommunico.*
18 *Furtum quoddam si de nocte fuerit commissum an episcopus possit excommunicare omnes scientes nisi manifestauerint.*
19 *Pene temporales recipiunt consummatum esse spirituales inchoatum.*

PReterea requisiuisti. Sētētia excōmunicationis, suspēsionis, vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis existentiam fuit appellatum. secunda ibi: videtur. ¶ Casus. iudex ita protulit sententiam, nisi intra .xx. dies satisfeceris Titio cognoscas te excommunicatum vel dixit, cognoscas te suspensum. vel dixit, cognoscas te interdictum. tu ab ista sententia appellasti ante .x. dies solutioni præfixos, & in termino non soluisti. Quæritur vtrum pendente appellatione sis excommunicatus? respon. quod non: quia appellationis interpositio fa-
1 cit te interim non ligari. ¶ Not. quòd dixi in summario. ¶ † Not. quòd pendentia appellationis interpositæ ante existentiam conditionis facit quòd sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti non trahit secum executionem. & est ratio quia appel-
2 latio impedit trahere sed non tractum esse. ¶ † Secundò not. quòd per ista verba enunciatiua quinimmo certificatiua, excommunicatum te esse cognoscas, fertur sententia excommunicationis: nā siue dicamus esse verba enunciatiua siue certificatiua disponunt: quia sunt emissa principaliter propter se. ff de do. l. ex hac scriptura. siue sint verba declaratiua de præsenti similiter disponunt. ff. de arbi. l. quid enim §. si arbiter. hoc tenet Iacob. de Areti. ff. de iniusto test. l. si quis exhæredato de hoc not. j. de senten. excommuni. c. si quem. Alij contradicunt dicentes quod ista sententia non tenet nisi expresse iudices excommunicant. vt notat Goffre. in summa sua. j. de senten. excommu. quia non est hic verbum excommunicationem significans, neque actum excommunicandi proferens. C. de senten. & interlocu. l. præses. Ista op. verborum figuram ponderat sed prima opi. præualet: quia ponderat mentem & sensum. argumentum. C. de liber. præte. l. iij. vbi per hæc verba, alienus esto a substantia mea, fit exhæredatio: qui sensus magis præualet. ff. de
3 verborum significa. l. quisquis mihi. & l. nepos Proculo. ¶ † Deinde not. hic quod dictio nisi, importat conditionem. Item not. quod sententia excommunicationis est istius naturæ quòd ante perfectum grauamen suspenditur per appellationem, post perfectum
4 non suspenditur. ¶ † Item not mirabile in sententia excommunicationis quòd ante diem vel conditionem licet appellare quandocunque: postea nunquam. ¶ Opponitur, sententia conditionalis fingitur retro. vt ff. qui po. in pigno. habe. l. qui balneum. ergo existente conditione sententia habetur pro pura ab ipso principio: igitur appellatio non suspendit. So. hic erat conditio potestatiua quæ non trahitur retro. ff qui po. in pigno. ha. l. potior. nam conditio dandi dicitur potestatiua. vt ff. de hæred. insti. l. suus. §. puto. hęc solutio non est vera: quia idem esset hic in conditione casuali: scilicet si Titius fuerit factus consul. dic ergo quod in sententijs conditio non trahitur retro: sed in contractibus sic. hæc solu. non est vera. dic ergo quod quo ad ordinationem contractus vel sententiæ trahitur retro. ¶ Sed quantum ad decisionem litis non trahitur retro. istud non est bene dictum: quia per sententiam conditionalem decisum est negociū & iudex est functus officio suo, nec plus potest grauare quàm grauauerat. vt l. j. §. viduum. ff. quando app. sit. & C. de sen l. cum iudex tamen licet trahatur retró quo ad quid; non tamen simpliciter: quia si est conditio interim non nascitur
a obligatio [a]. vt ff. de ædil. edi. l. bouem. § sub conditione. Si dicis, interim non potest fieri executio, nec veniunt fines, vel interesse quia vbi nulla petitio ibi nulla mora ff. si cer. pe. l. lecta. §. dicebam. interdum tamen venit restitutio fructuum vt quando debitor est merus executor. vt dicit illa. l. no. ff. de vsur. l. in fideicom. §. cum polidius. solutum est ergo contrarium per distinctionem secundum quid & simpliciter, vt scias quòd nunquam habet tractum retro si resultaret aliquid contra iuris dispositionem. vt eleganter not. ff. de leg.
5 j. l. talis scriptura. ¶ † No. quod valet sententia nisi intra tot dies satisfeceris, te excommunico. ¶ Opponitur primò de c. romana. §. caueant. j. de senten. excom. libr. vj. Solu. pro puncto rationis, quia aut fertur sententia pro culpa præterita & nondum liquet de ea: aut pro futura & tunc tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem, & maximè ad officium iudicis: licet quandoque pertineat ad executionem actionis iam natæ. So. concedo nisi mora præcedat. Sed nonne delinquens semper est in mora? respondeo sic, si culpa est dolosa. Secus si procedit ex ignorantia vel ex minori dili-
6 gentia quod est notabile. ¶ † Quæro pendente excommunicatione excommunicatus tulit testimonium, nec appellauit: postea extitit conditio, an testimonium vitietur: similis enim quæstio fit in l. furti. §. j. ff. de infa. dic non vitiari quia condi. testis inspicitur tem
7 pore quo quis testificatur. vt ff ad carbo. l. iij. §. duæ causæ. ¶ † Quæro, quid si iste excommunicatus conditionaliter interim mutat forum? quidam dicunt quòd non ligatur sententia excommunicationis: quia non fingitur retro. & sententia excommunicationis non potest ligare nisi subditos. vt in capitulo vt animarum. §. statutum. de constitutio. in vj. de appellatio c. romana. libr. vj. & de senten. excommuni c. a nobis. ista opinio est fatua quia nedum inspicitur tempus sententiæ sed tempus iudicij quo ad iurisdictionem iudicis ff. de iurisd. om. iud. l. cum quædam puella & not. ff. de leg. j. l.
8 nemo potest. ¶ † Quæro quid si pendente cōditione iudex est mortuus & sic iurisdictio sua extincta vel an degradatus postea extitit conditio an euanescat excommunicatio: quidam dicunt quòd sic vt Arch. ista est truffa. quia morte iudicis non expirat sententia nec eius effectus: & per consequens nec priuatione ipsius vt ff. de iudi. l. mortuo & arg ff. de mino. l. in integrum. Contra hoc facit. l. quoties. in fi. ff de noua. vbi statu mutato conditio existens nihil operatur. respondeo quòd ibi speciale fauore fisci. tamen ille casus non
9 est alibi. ¶ † Quæro cum Innoc. iudex dixit si Titium elegeris, sis excommunicatus. eligit, obijcitur quòd electio est facta ab excommunicato. respondeo quod conditio requirit esse perfecta. ergo punctualiter electio præcedit excommunicationem. & est consideratio puncti. Innocen. dicit quod in ipso eligere contrahitur excommunicatio ex mente loquentis: & quia excommunicatio est istius naturæ quod est pungibilior omni intellectuali gladio. ista sunt verba. Nam damnatio in supplicium est æquè penetrabilis, & tamen dum sententia vltimi supplicij legitur, non est seruus pœnæ, sed postquā lecta est. vt ff. de pœn l. qui vltimo sed pro Innocen. facit. l. aretusa. ff. de stat. homi. vbi conditio, si tres pepererit, impletur incipiente vltimo partu. ¶ Aduerte subtiliter ibi ratio est quia incipiente vltimo partu, conditio est necessariò extitura. vt ff. de verborum signi. l. ter enixa. Et ideo habetur pro pura. ff. de noua. l. si pupilli. §. j. & sic intelligis dictam notabilem legem, aretusa. pro Innoc. magis facit, quia conditio intelligitur secundum suam conditionem conditio natam: aut erat prohibere futuram electionem à quo mundans voluit cessari, & ad actum non perueniri. simile dicimus si testator prohibet alienari & si alienatum fuit, legat familiæ. nam intelligitur legatum preambula hora alienatum vt subtiliter no Iacobus de Are
10 ti. in l. si ita fuerit ff. de ma. test. ¶ † Sed pone dum iudex excommunicat; quia inceperat dicere, nos talis &c. postquam protulerat hoc verbum, Titium, antequam proferret hoc verbum, excommunico, fuit appellatum, an perfecta oratione excommunicatio transit in suum naturalem effectum? & videtur quòd sic propter sui velocitatem. Nam quædam sunt quæ propter sui velocitatem prætendunt intellectum sensibilem. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. sciendum. & l. illud. ff. de acquirend. hæredita. Nam ratio facit prius aliquid imaginari: id est per prius, quam occurrat sensibus humanis. In contrarium videtur, quia remedium præuenit vulnus, vnde causa non

ADDITIO.

a ¶ Vide Ange. de Perusio in consi. lvij. incip. d.

si non est vulnerata nam quod factum est pro infecto non habet. ff. de testa. l. si is qui. & l. si ea scriptura. ff. arbo. fur. cæsa. l. cædere. §. j. quod verum est, quia lupus exit syluam, non tamen exiuit. vt ff. de
11 vsufru. l. arboribus §. ij. ¶† Quæro nunquid sit differentia vtrum iudex dicat si non satisfeceris intra xx. dies, ex nunc sis excommunicatus, an dicat ex tunc? quidam dicunt quod sic: quia ex nunc denotat mediatum momentum: sed ex tunc denotat vltimum momentum arg. ff. si cer. pe. l. lecta §. si. Doc. dicunt contrarium: quia non potest esse excommunicatus antequam sit negligens. & ideo dictio ex tunc, refertur ad actum verbi prolati non ad effectum q
12 nunc non potest surgere. vt in c. j. de concess. præben in cle. ¶† Posset hic quæri exemplum, nunquid in vltimis voluntatibus conditio fingatur retro. Dy. dicit quod sic, in c. j. de reg. iu. lib. vj. Barto contra per. l. j. §. serui. ff. ad sil. so. quo ad veritatem terminorum nõ fingit retro: sed quo ad validitatem actus fingit retro. ff. de manu. testa. l. neratius. C. de leg. l. si §. si autem ob auaritiæ. & ibi plenè dixi in
13 solenni lectura mea vbi videas. ¶† Quæro an legibus conditio trahatur retro? dicit statutum, si quis furtum fecerit, suspendatur. respondeo in legibus ista non est conditio, sed est quædam doctrina vt C. de lega. l. leges. & ideo non inspicitur tempus statuti sed tempus delicti. vt l. j. ff. de pę. nisi esset pęna arbitraria in qua inspicitur tempus sententiæ. vt l. pe. & l. si. ff. si ex nox. cau. aga. quia pœna arbitraria regulatur à iudicis motu, qui potest variari vsq; ad senten-
14 tiam. vt ff. de pę. l. hodie. ¶† Pone dicit iudex O petre nisi te purgaueris te non absoluo. purgat se nunquid est absolutus dic quod non vt l. Titia. §. fin. ff. de manu. test. qui tex. non est alibi. hæc enim verba non absoluunt sed non condemnant. ¶ Item dictio nisi quæ dispo nit aliquam ordinationem præcedentem sed vbi dispositum inuenit illud habet limitare. vt ff. si quis cau. l. quæsitum. §. qui iniuria-
15 rum. ¶† Quæro an hodie valeat ista excommunicatio nisi satisfeceris te excommunico? respondeo si certa dies est apposita: alias non quia haberet nimis longum tractum vsq; ad vltimum vitæ spiritum. vt nota. ff. de fideiuss. l. fideiussor obligari. §. fina. & gloss. ibi
16 notat. ¶† Quæro quid importent ista verba nisi satisfeceris? respõdeo si in obligatione est dari important fieri dari si fieri: si caueri caueri. si aũt nõ præcedit alia ordinatio partium sufficit dare expromissorem idoneum vt legitur & no. in l. si. §. si. ff. si cer pe. dicas quod siue sit appositum certum tempus siue non ista excommunicatio est euidenter iniusta & error expressus eam viciat & talis snĩa reprobatur expresse per dictum. §. caueant. & forte potest dici quod talis snĩa sit inepta. arg. eius quod no. Inno. s. de of. vica. c. j. vel dic quod valet. vt ff. quando app. sit. l. j. §. biduum. quia est lata sub conditione intrinseca vt C. de sen. l. cum iudex. & argu. ff. ad. l. aqui. l. in lege aquil. si deletum. tamen iudex qui facit contra canones punitur & excommunicatus absoluitur sine iuratoria cautio-
17 ne. ¶† Quid si iudex dixit nisi feceris quod Titius habebat &c. te excommunico nam in vltima voluntate intelligitur si non solueris in contractu intelligitur si non caueris. respond. in snĩa quasi cõtrahitur & ideo in sententia siue diffinitiua siue interlocutoria magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati. ff. de pecu. l. ij §. idẽ
18 scribit. ¶† Quæro quoddam furtum fuit commissum de nocte an episcopus possit excommunicare omnes scientes nisi manifestauerint? glo. Accur. dicit quod sic. C. de fur. l. ciuile est. & est speciale
19 ne veritas occultetur. ¶† Conclusiones Innocen. Pœnæ temporales recipiunt consummatum esse spirituales inchoatum. Non potest episcopus facere quod sit licitum participare cum excommunicato. Si prorogatur terminus episcopi ista prorogatio sit episcopalis: quia nec ab initio posset contra voluntates partium excommunicare etiam quia creditori qui habuit fidem de solutione interim videtur cautum vel saltem est facta nouatio. arg. ff. loca. l. cum & plures. §. lege dicta Nam in corporalibus semper fit nouatio vt subtiliter no. ff. de præto. stip. l. valerianus. & quia prorogatio termini impedit moram ff. de verbor. obliga. l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. Et quia partes in communi concordia possunt recedere a dicto arbitri. sed tamen si in termino prorogato non soluitur debitor redditur excommunicatus ipso facto quia non prodest dilatio ei qui dilationem commisit & quia videtur facta cum suis
a qualitatibus & pœnis[a] siue accessorijs secundum Inn. arg. ff de pac. do. l. inter. §. cum inter. ¶ Sed in contrarium posset allegari quod non incidat in excommunicationem quia recessum est a forma data per iudicem & noua forma assumpta est per partes. arg. ff de fideiuss. l. stipulatus es opus. ecce ad simile si ad pacta non solueris res sit inempta prorogatur tempus ad mensem & de mense non soluitur an res fiet inempta? & videtur quod non quia pactum istud debet apponi incontinenti non ex interuallo vt sit pactum legis commissoriæ. vt no. in l. j. ff. de dona. in magna glo. ¶ In contrarium videtur quia dicta in prioribus videtur repetita in posterioribus consecutiuis & descendentibus. vt ff. de pac. do. l. inter. §. cum inter. ff. sol. mat. l. pe. §. si inter. ff. de pac. l. item quia. j. eod. c. secundo requiris. hoc verum credo quia nihil est innouatum nisi tempus. & sic esto cum Inn. licet hoc non sit omnino expeditum: quia dilatio prætoria facta est conuentionalis & sic non sunt eiusdem speciei. ar. ff. de mino. l. minor. xxv. annis cum fideicommis.

ADDITIO.

a ¶ Cõfirmo quia prorogatio termini intelligit facta cum oĩbus qualitatibus suis sm Bar. in l. j. §. & post operis circa medium. ff. de oper. no. nun. & ibi vide late moderniores multa alleg. ad propositum huius. q. Bal. hic.

CAP. XLI.

1 *Quæsitum si fuit a Papa pater sancte vos inter easdem personas plura capitula committis decidenda tamen in vno capitulo tantum reperitur clausula appellatione remota an intelligatur eadem clausula in cæteris capitulis repetita.*
2 *Iustitia debet repræsentari in quolibet capitulo pari modo.*
3 *Clausula quæ sumitur ex aliquo refertur ad vniuersum saluâ tamen ratione recti sermonis.*
4 *Parcendum est sumptibus & expensis & discriminibus viarum.*
5 *Casus specialis non comprehenditur in generali.*
6 *Exemptio vnius grauat alios qui non sunt exempti quando est onus vniuersalis.*

SEcundò requiris. Per rescriptum cõmittuntur plures articuli. Appellatio, quæ in vno prohibetur, in alijs intelligitur esse prohibita. secũdo dr quod suspitionis causa est corã iudice qui recusatur proponẽda & pbanda corã arbitris. h. d. ¶ †Ca-
1 sus. quæsitũ fuit a Papa, pater sanctæ vos inter easdẽ personas plura capitula cõmittitis decidẽda tñ in vno. c. tantũ reperit clausula appellatione remota an intelligatur eadem clausula in cæteris capitulis repetita? Papa respõdet quod sic siue apponat in prin. siue in medio siue in fine: qa intentio eius est in quolibet capitulo qd iustitia suum consequatur effectum vt qñ mens excedit verba recurrimus ad intentionem. Secundo fuit quæsitum. ecce iudex allegat suspectus quid fiet? respõdet Papa qd eligentur arbitri nõ valde remoti per quos statuet terminus ad probañ. causam suspitionis qua non probata infra terminum cõpetentem recusatus sua autoritate poterit vti. & nõ probata pcedere nõ poterit qa ideo dictat quod suspecti & inimici nõ debent iudicare. ¶ In textu ibi potius pone exemplum. s. de rescrip. c. cũ dilecta. Item pone exemplũ in generalibus iudicijs si forte erant duo capitula vnũ vini aliud olei. itẽ est exemplum si cõmittitur petitorium & possessoriũ. ¶ In tex. ibi intentioni. s. quæ per interpretationẽ colligi potest alias secus vt ff de vsuf. leg. l si alij vbi est tex. singularis. & ff. de li. & posth. l. gallus. §. quidã
2 recte Ibi dũ dicit ex verbis colligi põssit. ¶† In text. ibi iustitia. hinc colligitur ratio quia iustitia debet repræsentari in quolibet capitu
a lo pari modo quia vnum rescriptum non debet diuerso iure[a] censeri: sicut nec vna substitutio. C. de impu & alijs sub. l. quãuis. vnde particularis clausula æquipollet diffinitiuæ propter impedimẽtum rationis & coniunctionem orationis. ff. de fun. instru. l. seię. §. gaio.
3 ¶† In tex. ibi in prin. C. de insti. & substi. l. pe. ita quod non refert in qua parte instrumenti aliquid dicatur qa totum informatur. ff. de edẽ. l. si quis ex argẽtarijs. § si nunciũ tabu. C. de lib. præte. vel exhære. l. j. & sic clausula quæ sumitur ex aliquo refertur ad vniuersum salua tamen ratione recti sermonis vt ff de aur. & argen. lega. l. plautius.
4 ¶† In tex. ibi non valde remotis: qa parcendũ est sumptibus & expensis & discriminibus viarum. C. de appel. l. cum post sententiã di scursoris. & C. de anno. & tribu. l. mediterraneæ. & l. pro locis. ¶ Dicit lex qd nõ longe remoti dicuntur qui nõ distant vltra centũ miliaria per terrã vel per mare. ff. de dam. infec. l. iiij §. sed tã vicinum. Decre. dicit qd dietã in c. statutum. de rescrip. lib. vj. vbi per eundẽ. ¶ No. qd iudex recusatus dẽt cogere partes ad arbitros eligendos. ¶ In tex. ibi infra terminũ nõ infra terminos. Ibi probata nõ fuerit. supple & super hoc fuerit interlocutum. Ibi inimici. qui libet inimicus præsumitur suspectus dummodo sit inimicitia grauis & non leuissima qa leuissima non debet ad animũ reuocari ff. de arbi. l. vlti. ¶ Posset hic tractari materia de tacita repetitione: de qua dic vt ff. de leg. l. licet imperator. & de leg. iij. l. in repetendis Item not. quod vna clausula interpretatur aliam & per aliam. Item vna lex interpretatur aliam & per aliam. vt dicit illa l. no. ff. de con ungen. cum emã. libe. l. nihil perennalis clausula refertur ad omnia. ff. de iuris & fac. igno. l. regulã. §. si. quod dic vt ff. de hære. insti. l. fi. rationalis clausula refertur ad omnia quæ sunt eiusdem rationis vt hic. specialis & discretiua clausula non refertur ad omnia. C. de pcur. l. maritus. ff. de iudi. l. cũ prætor. C. de pac. quen. super dote. l. fi. clausula refertur ad ea

ADDITIO.

a ¶ Adde etiam id quod alibi habemus quod vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. cum qui edes. ff. de vsucap.

a ad ea quæ potest a referri ad alia.ff.de iurisf.om. iudi.l. si idem cum
eodem.§.fi.qđ singulare est singulariter ꝓfertur.ff.solu.ma.l.si ve
ro.§.de viro.quod plurale est pluraliter est ꝓfertur.vt ff.ad Treb.l.
Iulius Phœbus per media declarantur extrema:per extrema decla
rantur media per vnum extremũ declaratur aliud extremũ.No.ff.
de reg.iur.l.semper in stipulationibus.ff.de verb.obl.l.triticũ.Item
per subiacentem materiã:quia materia debet esse capax impressio
5 nis:vt no.Io.mona.in c.Romana.de ap. lib. vj. ¶†Casus specialis
non comprehenditur in generali.ff.de pe.l.sanctio legũ.ff.de ver-
borum obligationi.l. doli clausula.C.fam.her.l.quoties nisi occur
rãt duo modi & causæ significañ.ff.de an.leg qui marco.ff.de stip.
6 seruo.l.iiij.C.de leg.l.cũ quęstio.per Cy. ¶†Emptio vnius grauat
alios qui non sunt exempti quando est onus vniuersitatis. secus si
obligatio sit diuisa per capita.ff.de leg.j.l.ab omnibus.qa vnusquis-
que onus suum non alterius portare debet.C.vt nullus ex vicariis.
l.j.lib.x.Et si non exemptus succedit exempto similis est parti gra-
uate quæ accedit parti non grauatę.ff.ad l.Fal.in singulis.

ADDITIO.

a Vide Alex.in cõs.clviij.inci.super hæsitatione de qua qrit in vj.& vij.co.

CAP. XLII.

1 *Veniens contra factum suum dat aduersario suo occasionem contraueniendi.*
2 *Adire iudicem an quis possit ante factum & petere ne in possess. turbetur vel eijciatur cum forte aduersarius congregauerit gentes ad expellendũ.*
3 *Fieri incontinenti quando quid dicatur.*
4 *Appellatio ante factum vt cum appellatur extra iudicium a futuro grauamine est species recusationis sed appellatio post factũ est cõtraria species.*

AN sit. Qui non defert suæ appellationi nec aduer-
sarius tenet ei deferre. & est casus notabilis.
Ecce ego dicebam ꝙ tu paraueras te ad spoliandũ me
& ideo appellaui ne me spoliares qui appellatione pen-
dente veni ad fundũ cum hominibus armatis & proieci te de fun-
do.dicitur qđ meæ appellationi tu deferre non debes quia ego nõ
detuli sed innouaui in ipse mea appellatione pendente. ¶No.qđ
appellans quiescere debet ab omni nouitate dũ eius appellatio pẽ
1 det.¶†Not.ꝙ qui venit contra factum suum dat aduersario suo
occasionem contraueniendi.No.ꝙ non iuuatur edicto qui contẽ
2 nit edictum.¶†An quis possit ante factum adire iudicem & pete
re ne in poss.turbetur vel eiiciatur cum forte aduersarius congre-
gauerit gentes ad expellendũ. dic quod sic primo ex generali equi
tate.ff.de vsufruc.l.ęquissimum.secundo per legem expressam. ff.
de offi.procu.cęsar.l. fin. ¶Casus quem posui est in re fienda vel
pone in re facta tu me spoliasti egi contra te & grauatus a iudice
appellaui deinde incontinenti vel ex interuallo te deieci.dicitur hic
quod video meę appellationi renunciasse ius mihi dicendo appel
latione pendente.¶Not. quod iudicio renunciat qui de facto ius
3 sibi dicit.¶†Quæro quando dicatur quid fieri incontinenti qui-
dam dicunt intra triduum.glo.dicit hoc esse arbitrio iudicis.argu.
ff.de verbo.obli.l.continuus.§.item qui insulam. Expone hoc in-
continenti. idest, solicite & facit quod nota. ff.de leg.j.l.si domus.
§. qui confitetur. ff. vti possidetis. l. is a quo. cum similibus.
4 ¶†Appellatio ante factum vt cum appellatur extra iudicium a fu
turo grauamine est species recusationis. sed appellatio post factũ
vt in iudiciis est contraria species.ff de arbit.l. non distinguemus.
§.cum quidam.j.eo.c.si appellationem in cle.& hoc patet per.l.&
si susceperit.ff.de iudi.& ideo non bene ponitur copula appellatio
ne & appellatione remota: quia quoties copulata sunt contraria
non possunt copulari ad vnum communem terminum sed accipi
tur coniunctiua pro disiunctiua.C.de sen.& interlocu.om.iu.l.cũ
solutum. ff.de verbo.signi.l.sępe. cum si.

CAP. XLIII.

1 *Executor merus quis dicatur.*
2 *Suspectus dici non potest ille qui nihil facit proprio motu sed mandato principis.*
3 *Delegatus ad meram & formalem executionem faciendam impossibile est quod grauet seruando simpliciter formam mandati nec potest pronunciare exequendum vel non exequendum.*
4 *Ordinarius si pronunciat exequendum an possit appellari.*

NOuit. Pronunciator sententiæ non dicitur graua-
re quia ipse non pronunciauit nec intendit
grauare nec appellatur ab executore nisi modum exce
dat quod colligi potest ex forma mandati. nec dicitur
suspectus quia ipse non iudicat imo vox sua non est sua sed domi
ni sui.h.d.¶Casus. papa tulit sentẽtiam contra regem Franciæ &
mandauit legato quod eam publicaret.rex Francorum appellauit
a legato. item dixit eum suspectum. papa dixit ꝙ non appellatur
ab eo quia nudus minister est cum nihil pronunciauit sed publica
uit non est suspectus quia non procedit motu proprio sed de ius-
1 su papæ.¶†Not.ꝙ merus executor est qui nihil habet pronuncia-
re.nota. quod qui vulnus discooperit non vulnerat sic iudex qui
aperit tabulas testamenti nihil disponit sed quod dispositum est
2 prodit in lucem.¶†Idem in iudice qui publicat dicta testiũ. Not.
ꝙ nõ potest dici suspectus ille qui nihil facit proprio motu sed mã-
dato principis text.est iste no.& allegandus est pro nuncio & am-
basiatore cui nihil est imputandum nisi excedat mandatum.
3 ¶†Not.ꝙ executor.i.delegatus ad meram & formalem executio
nem faciendam impossibile est quod grauet seruando simpliciter
formam mandati nec potest pronũciare exequendum vel nõ exe-
quendum.Si enim posset vnum posset & eius contrarium.ff.de re
iu.l.nemo condemnare:quia potentia est æqualitas contrariorum
4 extremorum. ¶†Sed pone ordinarius pronunciat exequendum
an potest appellari.Accur.dicit quod sic. intellige si habet cogno-
scere alias non. quia nõ ex eodem fonte est cum prima sententia.
secus si haberent se vt excedentia & excessa quia tunc posset ap-
pellari non a veteri nec simul a veteri & nouo.l.si cum exceptio-
ne.§.hoc autem.ff.quod met.cau.in glo.sed a nouo tantũ & seor
sum sic: quia qui nouam rem facit spicam non excutit. sed vltra
procedit & excedit.ff.man.l.diligenter.

CAP. XLIIII.

1 *Procuratoris malitia domino præiudicat in his quę sunt causę non in pœnis exterioribus.*
2 *Procurator non debet occultare mandatum si tamen occultat impedit processum.*
3 *Quæstio si sit de articulo iuris indiget interlocutoria & potest appellari.*
4 *Appellationi licet non sit delatum procedendum tamen est super ea.*
5 *Bannitus licet non audiatur de crimine ex forma statuti auditur tamen bene de banno si dicit bannum non valere quia non fuit contumax.*
6 *Fiendum quando aliquid est in iudicio certa & determinata die non sufficit ante illam diem fieri.*
7 *Condemnari debet in expensis qui male impetrat.*
8 *Expensę veniunt in causa appellationis ratione retardati processus.*
9 *Iudex appellationis contrario imperio potest reuocare condemnationem expensarum factam in prima causa.*
10 *Officio iudicis nobili & non mercenario proceditur super libello nullitatis.*
11 *Appellans qui non renunciauit appellationi tacite deferen. vel expresse habet saluum remedium iam sibi ortum contra iudicem a quo de imperitia.*
12 *Iudex in peremptorio iuris non potest facere gratiam expectationis.*
13 *Iudici debet esse notum quod appellans non est prosecutus in termino constituto & ipse non comparuit in præsentia iudicis in ipso termino alias non posset procedere contra absentem.*
14 *Excommunicatus qui appellauit an possit appellatione pẽdẽte eligere vel eligi & an tanquam excommunicatus debeat vitari & si deserit appellationem an excommunicatio fingat retro.*
15 *Appellatio an sit deserta post lapsum termini ad appellationem prosequendam.*
16 *Terminus hominis datur ad inchoandum prosecutionem.*

SAepe. Si appellatio recipiat a iudice vel approbe-
tur a parte terminus ad eam prosequendã
constitutus obtinet vim peremptorij quem terminum
nulli parti licet pręuenire. In prima ponitur causa con
stitutionis in secunda constitutio.secunda ibi præsenti decreto.se-
cunda pars subdiuiditur in sex dicta. ¶Casus. aliqui appellabant
ad sedem apostolicam quam propter defectum appellantis vel
sui procuratoris procuratorium occultantis non poterat prose-
qui de partibus præsentibus de facili posset expediri præsertim
vbi est quęstio iuris quæ non indiget probatione coram papa.vn-
de ad has inconuenientias tollendas statuit hæc decre.quod si iu-
dex vel appellatus detulit appellationi & ad eam prosequendam
est terminus constitutus talis terminus habet vim peremptorij.
quo termino elapso perinde procedatur contra absentem ac si
peremptorię esset citatus.secundo dicit quod si appellationi non
fuit delatum nihilominus appellatio teneat. tertio dicit ꝙ appel-
latore non prosequente rata manet sententia. quarto dicit quod
quicquid potest opponi contra peremptorium potest opponi cõ
tra dictum terminum qui habetur pro peremptorio.quinto dicit
quod iste literę interim impetratę non valent nec terminus potest
pręueniri & de ista contumacia & per consequens de condemna-
tione expensarum. sexto & vltimo dicit quod hęc constitutio ha-
bet locum in processibus exercendis post istam constitutionem
non in præteritis.¶In tex.ibi,partis,scilicet appellatæ.Inno.alij di
cunt appellante vel appellantis.Ibi,responsalem.i.procuratorem.
1 Ibi,malicia.†Not.quod malicia procuratoris domino præiudicat
scilicet in his quæ sunt causæ,non in pęnis exterioribus, vt dixi.s.

ut lite non contest. c. j. si quis ius di. non ob. l. j. §. si procuratorem. C. de his qui. ut indig. l. polla. C. unde vi. l. meminerint. ¶ Dicit Innocen. quod ante ingressum causæ nocet domino, ut condemnetur dominus in expen. quia debuit talem procuratorem constituere qui compareret in causa, ff. de iniu. l. sed si unius. §. procurator. Sed post condemnatur ipse procurator. Innocen. ff. de leg. l. ij.

a l. qui solidum. §. etiam. ¶ † In text. ibi, occultatis nota quod procurator non debet occultare mandatum: tamen si occultat, impedit processum, quia oportet quod iudex sciat se procedere contra legitimam personam. ut eleganter nota. ff. de procu. l. si procurator. ibi, occultantis. ergo si procurator confitetur se habere pro-

a curatorium, posset cogi ad producendum: quod est notandum. idem in literis de rato. ff. de procura. l. si procuratorem absentem. Ibi, iuris questio. super hoc potest interloqui parte non citata, ff.

3 quod me. cau. l. metum, §. sed & licet. ¶ † In text. ibi, iuris questio. not. quod etiam si sit quæstio de articulo iuris, indiget interlocutoria, & potest appellari. item currunt fatalia quod est notandū. ¶ Ecce appellans ad papam statim impetrat iudicem, an valet impetratio? dic, aut supplantauit aduersarium ignorantem. & tenetur ei in omnibus expensis quas facit aduersarius eundo ad curiam & redeundo & non valet rescriptum per dolum impetrantis. Si autem non nimis accelerauit valet quia non debet expectare finem alij ad impetrandum. argumen. ff. ad Trebel. l. ij. §. si mater. Quid de appellato dic ut in gloss. ¶ In text. ibi facti quæstio. illa dicitur quæstio facti super qua debent recipi probationes. ut l. j. §. calumniatoribus. ff. ad turpil. & super ea non potest interloqui nisi partibus præsentibus veritatis. ¶ In textu, ibi approbata. i. ei delata, ibi peremptorium & contumax habetur pro vero contumace & non appellat: si tanquam contumax damnetur ut no. in c. j. de do. & contu. in cle. ¶ In textum, ibi extunc. ergo non ante etiam si certum sit venire non posse. Ibi moueatur circa interlocutorias super quibus prouidet ista constitutio ius nouum statuendo sed super diffinitiuis procedit iam statuta probando.

4 ¶ † Ibi vigorem, nota quod licet non sit delatum appellationi tamen procedendum est super ea. ff. de app. reci. l. sciendum. Ibi suspensa not. quod appellatio suspendit pronunciatum & in quibusdam interim rescindit ut infamia & in pœnis corporalibus: ut l. j. in fi. ff. ad turpil. & l. furti. §. j. ff. de fur. & ff. de pac. l. tale pactum. §. j. ¶ Ibi quicquid autem not. quod quicquid potest obijci contra verum peremptorium potest obijci contra fictum siue contra

5 citationem legis vel statuti quod tene menti. ¶ † Ex hoc not. quod licet bannitus non audiatur de crimine ex forma statuti. tamen bene auditur de banno si dicit bannum non valere quia non fuit

6 contumax. tene menti. ¶ † Nota. quod quando aliquid est fiendum in iudicio certa & determinata die non sufficit ante illam diem fieri. hoc nota. in c. quandiu. de appel. in cle. quia dies certa non potest præueniri. Sed quid si est data dilatio octo dierum ad probandum & prima die producti sunt testes & iurauerunt non citato aduersario. dicit Bart. non valere. ff. de verbor. oblig. l. in illa. & l. hoc iure per Bart. & est ratio quia cum dilatio sit communis interim absens non est contumax. ideo practica est quod moneantur partes quod singulis diebus & horis &c. ita practicatur Perusij. Sed ex gloss. dicti. c. quamuis videtur colligi contrarium quia videtur actum quod in qualibet parte intra terminum possit expediri quod fiendum est. nec requiritur alia monitio: quia videtur

7 fuisse de mente iudicis. ¶ † Ibi in gloss. Nota. quod in cursu & proinde videtur. nam aduersarius debuit hoc scire & sibi imputet si diligens non fuit. ¶ Ibi non euadat. id est, non excusetur propter rescriptum ante diem præfixum impetratum ad alium iudicem. & sic not. quod male impetrans non excusatur a contumacia: ergo tenetur ad expensas: quia supposita contumacia sequitur de iuris ordine pœna. ¶ Ex hoc conclude male impetrantem in expensis condemnandum: tene menti quia istud vitium multum frequentatur in curiis principum. ¶ Ibi obseruari notat. quod noua constitutio dat formam futuris processibus & non veteribus.

8 ¶ † In textu, ibi expensæ nota. in causa appellationis venire expen. ratione retardari processus ut patet in verbo neglexerit. C. de fru. & lit. expen. l. ignorat item expensæ particulares veniunt super quolibet capitulo: sed expensæ totales in fine litis quia finis in se omnia colligit & concludit. ff. iud. sol. l. conquærebatur. & semel tantum sunt reficiendæ argumentum. ff. de condi. fur. l. si seruus. §. bone, Item not. quod expen. reficiendæ debent esse competentes id est moderatæ non profusæ & ambitiosæ unde exenia

9 non debent refundi nec conuiuia. ¶ † Conclusiones Innocent. Iudex appellationis contrario imperio potest reuocare condemnationem expensarum factam in prima causa quod est not. dignum. ¶ Idem dicit quod iudex qui non condemnauit contumacem tempore quo eum declarauit contumacem potest usque ad diffinitiuam condemnare supplere & corrigere quod est nota. Item dicit & bene quod iudex appellationis supplet de expensis primæ causæ quia non solum causa transit ad eum sed etiam primi iudicis officium: ut nota. in l. j. C. de fru. & litis expen. Item dicit quod condemnatio expensarum est executio sententiæ: & non potest appellari ab ea post decem dies a die præcedentis interlocutoriæ unde descendit quod est notabile. ¶ Idem ait quod licet appellatio sit deserta. tamen remanet quæstio nullitatis sicut remanet

10 quando nullo modo est appellatum. ¶ † Et dic quod officio iudicis scilicet nobili & non mercenario proceditur super libello nullitatis. ff. de ap. l. si expressim. Innocen. C. de accusa. l. absentem. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. j. Accurs. Et ego dico quod simplex querela nullitatis nullum habet tempus præfixum a iure. ff. de reiud. l. si cum nulla. nisi sicut cæteræ lites. C. de iudic. l. properandum.

11 ¶ † Item dicit quod appellans qui renunciauit appellationi tacite deseren. vel expresse. tamen habet saluum remedium iam sibi ortum contra iudicem a quo de imperitia quod est no. dignum dicit Bar. quod appellans fortius astringitur ad prosequendum appellationem quam appellatus. ¶ Quæritur qualiter procedatur contra reum absentem in causa appellationis an iudex appellationis possit in possessionem mittere ex interlocutoria sicut potest iudex primæ causæ. Et not. sentit quod sic. Item si lis fuit contestata in prima causa tunc fieri potest diffinitiua in causa appellationis lite ulterius non contestata. alias reus non posset condemnari diffi-

12 nitiue. ¶ † Dicit Vincent. quod in peremptorio iuris iudex non potest facere gratiam expectationis quod est valde notabile. quod terminus formabiliter præfixus a statuto ad comparen. ne bannum non transeat in condemnatione non possit ex mera gratia iudicis prorogari sed propter impedimentum sic.

13 ¶ † Dicit Bern. in gloss. ut si lis in fi. quod iudici debet esse notum quod appellans non est prosecutus in termino constituto & ipse non comparuit in præsentia iudicis in ipso termino alias non posset procedere contra absentem: Bern. ex hoc verificatur quod non valet processus contra absentem nisi prius constet de citatione. ff. de condi. & demon. l. multum. per Bart. qui opportune di-

14 cit. ¶ † Quærit Bern. an excommunicatus qui appellauit possit appellatione pendente eligere vel eligi. & an antequam excommunicatus debeat vitari & si desierit appellationem utrum excommunicatio fingat retro. & videtur quod retro fit inhabilis. ut l. furti §. j. ff. de infam. & quod retro fingatur excommunicatio traxisse suum effectum tenet hic Innocent. contrarium videtur. Nam si interim eligit absurdum esset quod electio veniret cassanda & quia eius tarditas noceret canonice electo. ar. ff. de contratab. l. si post mortem. §. fi. hic videtur sic forte distinguendum. aut appellatio præuenit excommunicationem & tunc valent ab eo gesta quia est integer status ff. de iniusto testa. l. si quis exhæredato filio. §. hi autem omnes. aut econtra excommunicatio præuenit appellationem & tunc quia traxit secum executionem excommunicatus est quo ad se ut non possit eligi: & quo ad alium ut non possit eligere, Et est speciale in sententia excommunicationis suspensionis & interdicti quia appellatio non rescindit pronunciatū. & ut vita dixerim non facit eum statuliberum. i. non facit eum liberum medio tempore: sed in aliis sententiis puta in sententia excommunicationis deportationis secus est. quia rescinditur per appellationem. unde interim potest uti officio suo. nec rescinditur factum licet postea nō sit prosecutus appellationem: quia factum valet & non habet in sui esse pēdentiam de futuro secus si aliquid attentaret pendente tempore appellandi: quia sententia depositionis tanquam sententia capitalis statim trahit secum intellectualem executionem. ut ff. de pe. l. qui ultimo. Ista ratio non placet mihi quia iste depositus similis est ei cui adempta sunt bona integro statu ubi certe sententia non trahit secum executionem. Et istud tempus appellandi siue appellationis interponendæ est priuilegiatum sicut tempus appellationis exercen. ut nota. in l. j. ff. nil noua. ap. pen. ff. de accu. l. ex iudiciorum. facit. ff. de admit. tut. l. chi-

b rographis. §. j. ita quod interim nulla fit executio nec verbalis nec actualis, Bern. autem hic sentit cum Innocent. quod interim gesta reuocentur in irritum appellatione deserta. hæc quæstio ponitur. viij. q. iiij. in summa. infra. de sent. excom. c. licet. lib. vj. facit. ff. de mu. & honor. l. reus delatus. C. de procurat. l. reum criminis. sed

ADDITIONES.

a ¶ Vide tamen Bar. in l. j. in fi. bene declarantem. C. de procur. & in l. licet. C. eo. ti. de procur. col. ij. Panor. in c. j. col. j. extra de procur. Aduerte tamen ad unum quia si notarius actorum habeat instrumenta mandati sufficit de tali mandato fidem facere solo verbo notarij actorum cum dicat se de tali instrumento rogatum ita Raphael. Ful. in consi. cxcv.

b ¶ Vide Panormit. in c. cum venissent. per illum text. extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. & pulchre do. Iason. multa alleg. ad propo. in l. j. C. de bon. possess. secundum tabul. vero tamen quod attentet pendente app. ab executione nō possunt retractari. ita Ioan. an. in c. uenerabilibus in vj. col. de sent. excom. lib. vj.

sed ibi loquitur de nouo officio hic de veteri & eius exercitio.
15 ¶ †Opp. quia post lapsum termini ad appellationem prosequēdā appellatio sit deserta ergo iudex ad quē non debet vlterius procedere. C. de temp. ap. auth. ei qui. so. ibi terminus appositus est a lege hic ab homine. & scd̄m hoc durius agitur cū lege quā cū homine in auth. de iudiciis. §. oportet ꝫ l. Celsus. ff. de arbi. Sol. terminus legis assignatur ad prosequendum & prosecutum habendum .i. toti
16 instantiæ. ¶ †Sed terminus hominis datur ad prosequēdum id est inchoandum prosecutionem. Nam iudex a quo non potest præfigere terminum in causa appellationis ad litem finiendam. habemus simile. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. consequens. C. de temp. in inte. resti. l. fi. ff. de dolo. l. arbitrio. §. pen. vnde terminus hominis dicitur citatorius: terminus legis dicitur fatalis causę.

CAP. XLV.

1 *Arbitrium si sit datum prioribus & camerariis an camerarii possint transferre earum potestates in priores.*
2 *Legatus cardinalis procedit pendente appellatione interiecta ad papam nō tanquam cognitor tanquam informator.*
3 *Vocari debent in electionibus omnes qui commode possunt vocari.*
4 *Procurator debet mitti ad appellationem prosequendam non nuncius.*

Onstitutus. Licet appellātes in negocio electionis infra tempus legitimum appellationem non fuerint prosecuti nihilominus iudex de impedimēto electionis cognoscit. h. d. ¶ In prima ponitur facti narratio in secunda ibi intellecto papæ motiuū & iudicum datio. ¶ Casus. vacante decanatu Claramontensi quidam ex canonicis transtulerunt potestatem eligendi decanum in ep̄m. hoc acto ꝙ episcopus non procederet ad electionē sine aliis. Quidam autem voluerunt transferre sed retinuerunt voces apud se. vndecim canonici appellauerunt ne eligeretur in decanum aliquis præter consensum omniū: & requisitus quia omnes sunt vocādi. Episcopus præfatus cum vndecim canonis contulit decanatum Archidia. Ecclesia per hoc erat in magno scandalo. vnde cardinalis apostolicæ sedis legatus transiens partes illas non tanquam cognitor sed tanquam informator commisit duobus causam vt informarentur & scriberent papæ: tandem partes fuerūt corā papa cum informatione cardinalis qui scripsit papę sub qua forma fuit appellatum & ꝙ appellantes infra annum appellationē non fuerunt prosecuti nec inueniebant causam propter quā esset bienniū indulgen. licet miserint bis nuncium ad sedem apostolicam cū nō miserunt procuratorem appellātes dicebāt ꝙ electus renunciaret facto episcopi ꝙ episcopus processit ꝯ formā mandati seu translationis ptātis. papa mādat ꝙ si hoc est verū electo ab episcopo vt præfertur silentiū imponatur: alioquin imponatur silentiū aduersariis. ¶ No. primo ꝙ valet appellatio ne procedatur ad electionē scrutandorū vocibus prætermissis. ¶ Item no. de transla. vocū ista translatio non potest hodie fieri in electionibus in quibus est data forma per capitulum quia propter. nisi in casu sed in aliis actibus bene potest fieri translatio vocum vt hic quod est not. dignū.
1 ¶ †Pono datum est arbitriū prioribus & camerariis: nunquid camerarij possunt trāsferre earū potestates in priores: & videtur hoc casu ꝙ sic quod tene menti. ad idem. ff. quod cuiusque vniuer. l. itē corū. §. si decuriones. ¶ No. quod in translatione vocū potest apponi certa forma: qua non seruata non tenet quod agitur & etiā
2 istud notabiliter ponderandum. ¶ †Tertio no. quod legatus cardinalis procedit pendente ap. interiecta ad papam non tanquā cognitor sed tanquam informator. ¶ †Quarto not. ꝙ licet sit deserta app. tamen non proceditur ad confirmationem si electio non tenet. & sic cognoscitur de exceptionibus peremptoriis appellatione deserta non vi appellationis sed officio superioris. & est speciale in causa electionis & postulationis. ¶ Oppon. quod appellatio fuerit nulla: quia non requiruntur omnes sed sufficit maior pars. solut. omnes sunt vocandi tamen illud prævaleret quod fecit ma-
3 ior pars. ¶ †Opp. corpus vniuersitatis est apud intrinsecos & præsentes. ergo non oportet vocari absentes & extrinsecos. C. de decur. l. obseruare. Solu. illud fallit in electionibus in quibus oportet vocari omnes qui commode possunt vocari. vt not. Archidiaco. ij. q. vj. nominationes. vbi videas. ¶ Oppo. quod legatus non potuit se intromittere. Solu. verum est nisi de consensu partium. vt not. Bart. ꝫ de elec. in vj. c. cupientes. in prin. & tamen per hoc non renunciatur appellationi sicut nec compromissum. vt in c. quandiu de appell. in cle. non enim partes consentiunt in eum tanquam in iudicem causæ sed vt in bonum virum. ¶ Oppo. quod appellatione deserta non sit de illa cognoscendum sed exequendum. Solu. verum est vi appellationis sed papa hic processit ex offi-
4 cio. ¶ †Notat. quod ad appellationem prosequendam non debet mitti nuncius sed procurator. de hoc infrà eodem. c. sępe. in glos. istud no. ibi plene de hoc.

CAP. XLVI.

1 *Adiuratio quę fit in electione habet vim iuramenti.*
2 *Conscientię hominum cum sint diuersę etiam circa vnum & idem meliori & saniori conscientię statur.*
3 *Honestas facit aliquem idoneum & debet confirmari.*
4 *Votum examinari non debet.*
5 *Possessiones effectum debet quis habere postquam est confirmatus.*
6 *Exceptio contra electum potest opponi etiam post sententiam vel saltem officio iudicis ecclesiæ consuli.*
7 *Appellatio si fiat ante confirmationem an confirmatio sit inualida.*
8 *Appellationem ab interlocutoria non posse iustificari si causa non est expressa ab appellante quomodo debet intelligi.*
9 *Appellari a mera executione an liceat.*
10 *Exceptio an debeat admitti.*
11 *Episcopus antequam habeat possessionem pacificam episcopatus an teneatur petere confirmationem vel ordines.*
12 *Scrutinium an possit fieri de duobus tantum vt eligatur vnus ex illis & alius extra illos non possit eligi.*
13 *Adiuratio quę fit in electione an sit licita.*
14 *Eligi ad prelatruam an possit ille qui est nimis pauper vel nullū habet amicum per quem possit ecclesiam defendere.*
15 *Verba generalia & ambigua famam alterius non denigrant.*
16 *Executio non dicitur facta plena nisi sit data pacifica possessio.*
17 *Crimen cum infamia an possit opponi electo.*

Onstitutis. Appellatio frustratoria possessionem electi & confirmati non habet impedire. h. d. In prima processus & facti narratio. in secunda ibi. nos autem papę diffinitio. ¶ Casus vacante pręposititura sancti Saluatoris fuerunt duo electi in discordiā scilicet cantor metensis & cancellarius Niceñ. Cancellarius fuit electus a maiori & saniori parte capituli & nihil obiiciebatur nisi impotentia .i. ꝙ non erat potens defendere possessiones præposituræ a suis æmulis. Episcopus confirmauit electionem cancellarij tanquam factam a maiori & saniori parte capituli & cum vellet formam & inuestituram porrigere vt est moris decanus appellauit a dicta causa dictæ impotentię. insuper dixit ꝙ habebat aliam causam quam tunc pro meliori tacebat expressurus eam papæ. papa spretis istis ambagibus decernit dictum cancellarium in possessionem dictę præpositurę mittendum & inuestiendum: quia confirmationis effectus pro friuola appellatione impediri non debet. habita autem pacifica possessione si voluerint denunciare vel accusare dictum cancellarium de aliquo. est in eorum arbitrio.
1 ¶ †Nota. ꝙ adiuratio quæ fit in electione habet vim iuramenti. vt not. Archi. per istud. c. ij. q. iiij. si quis presbyter. In tex. ibi iuxta conscientiam. conscientia est habitus perfectionis in mente syncera. vel conscientia est motus pungens existens in mente humana. Itē not. quòd vbi conscientia est ibi deus est dicit Esa. vltimo. c. quòd vermis conscientię non extinguetur: quia cōscientia est passio men-
2 tis seu cordis quæ semper est in actu. ¶ †Et no. hic quod cōscientię hominum diuersæ sunt etiam circa vnum. & idem statur consciētiæ meliori. ¶ In text. ibi & subdiaconis quinque omnibus conuo-
3 catis. & sic fuerunt. xj. ¶ †Ibi honestate. Not. quod honestas facit aliquem idoneum & debet confirmari. Ibi aliam no. ꝙ coram iudice appellationi potest quis exprimere aliam causam quam illam quam in appellando expressit quod locum habet in huiusmodi appellationibus electionum. Berñ. in suffragio: quia etiam iudex supplet de facto. cum enim ecclesia est in controuersia electorum semper ecclesia videtur abesse. Et ideo ꝓ ea supplen. est C. de app.
4 l. ampliorem. ¶ †Ibi constaret. ar. votum examinandum non esse. de hoc. xlvij. distinctio. de petro. xxiij. distinctio. episcopus. dicit lex quod rei demonstratæ demonstrationem adiicere frustra est. ff. de do. præle. l. j. in fin. vnde quod patet expresse non est probare necesse. nisi examinatio esset de forma vt in examinandis pro licentia doctoratus quia quando per examinationem additur forma vel authoritas prætermitti non potest quia forma dat esse rei.
5 ¶ †In tex. ibi effectum not. ꝙ postquam quis est confirmatus debet habere possessionis effectum. vide quòd not. Ioan. in. ꝫ. de elec. c. auaritiæ. lib. vj. not. executionem non impediri quia liquida est tamen non tollitur ius accusandi vel denunciandi & hoc postquam quis est confirmatus sed si est confirmandus obiectus terminum impedit. vt in authen. quomodo oportet episcopos. §. si quis autem talis. col. j. dic quòd aut quis est consecutus plenum ius per cōfirmationem & non impeditur possessio per exceptionem. Nam cum confirmatio habeat vim diffinitiue cum sit in figura iudicij sequitur quod exceptio peremptoria non potest postea opponi vt C. sentē. rescin. non pos. l. peremptorias. ius autem agendi vel accusandi de quo nō est quęsitū ante sententiā bene pōt opponi post sententiam vt patet hic. & ff. de euic. l. vendicantem. & sic excluditur quis ab excipiendo & non excluditur ab agendo sic. ꝫ. de

iureiur.c.debitores simile in noui op.nun.quæ ante factum locum habet: sed post factum non.ff.de noui oper.nun.l.j.Est enim quædam defensio a futuro grauamine sed illato iam grauamine quia est ædificatum oportet transiri de defensione ad impugnationem & oportet agi interdicto quod vi aut clam vt opus demoliatur
6 vt in l.j.ff. de remis. ¶† Sed ꝯ hoc opp. quia exceptio contra electum potest opponi etiam post sententiam vel saltem officio iudicis ecclesiæ consuli.argument.ꝟ.de elec.c.cum dilecti,& c.cum nobilis. nam plerunque iudicis officium supplet id quod mero iure exceptionis quis consequi non potest,ff.de peti. hære.l.plane.& l. si.secundum Ber.to.hic nihil erat supplendum quia nihil omissum cum electus esset idoneus & omni exceptione maior. alias bene posset prosequi causam non expressam & maximè protestatam secundum Ber.hoc verum & si plene esset appellatum.secus si a gra
7 uamine articulo vel executione. ¶† Opponitur hic ante confirmationē erat appellatum ergo non tenuit confirmatio. so. imo episcopus statim confirmauit antequam appellaretur.& cum postea vellet domum tradere & inuestituram porrigere vt est moris tunc fuit appellatum ne domus traderetur & inuestitura fieret inserta causa minus iusta & ideo non ventilanda.¶ Sed contra hoc immediate opponitur ista appellatio videtur facta diffinitiua ergo potest iustificari causa non expressa licet secus esset in interlocutoria.vt ff.de appel.l.scio.& in c.appellanti.de ap.in cle.sol. hic appellatio fuit expressa temeraria & ideo nec de iure nec de facto erat ei deferendum vnde super ea non potest fundari prosecutio aliqua.argum.ff.de bo.auth. iud.pos.l.cum vnus.& istud est
8 bene notandum.¶†Quod autem dixi quod appellatio ab interlocutoria non potest iustificari si causa non est expresse ab appellante debet intelligi de causa facti,sed si causa consistit in iuris dispositione vt quia minor defendit vel agit sine curatore & sic per inspectionem actorum apparet quod non habet personam legitimam tunc non oportet quod appellans exprimat causam sufficis enim dicere domine iudex vos feceretis mihi iniustitiam & iniuriam & ideo appello : vt ff.de mino.l.ait prætor.§. permittitur. & nunc intelligis illum.§. quia per iura nouissima non est corre-
9 ctus.¶†Opp.hic non fuit appellatum a confirmatione sed a mera executione id est ne traderetur possessio corporalis & ne fieret inuestitura incorporea in dignitate. vnde alia ratione videtur quod appellatio non tenuerit quia a mera executione non appellatur.& si appellatur ab executione non a sententia appellatio non tenet vt hic per Innocen.So.dictum Innocen.debet intelligi postquam transiuit in rem iudicata. Sed dum sumus in potestate appellandi ille qui appellat ab executione intelligitur appellare a sententia & executione argumen.ff.de dona. inter vir.& vxor.l.iij. §. sciendum.ff.de acquirend.hæred.l.illud. Et hoc propter connexitatem actuum quia qui intendit remouere effectum intendit remouere causam per quam peruenitur ad ipsum.ar.ff.de serui.vrb. prædio.l.seruitutes.§.domo. Nam si istæ regulæ traduntur ad remotionem effectuum sequitur remotio effectus.& remoto fine principium remanet inane & vacuum. vel dic quod appellatio ab executione tantum non valet propter vitium formæ appella-
10 casus videtur hic. ¶†Oppo. quod exceptio debeat admitti.nam iure cauetur quod per exceptionem oppositam post confirmationem impeditur consecratio.xxiij.distinctio.illud infra. de accusa. super his dicit Inn.quod aut aliquid superest agendum vt consecratio vel ordinatio & illud potest impediri & impeditur per exceptionem. Aut non restat aliquid agendum quod ius tribuat secundum simplicem possessionem facti.& tunc non potest excipi quia nec intelligitur tunc agi sed actum esse quod virtus exceptionis non potest rescindere sed requiruntur remedia a motiua si-
11 cut est accusatio vel denunciatio secundum Inno. ¶†Quærit Innocen.vtrum antequam episcopus habeat pacificam possessionē episcopatus teneatur petere confirmationem vel ordines.& dicit quod non.licet quidam alij dicunt contrarium quia non tenetur omittere spiritualia propter defectum temporalium. ¶Item dicit Innocen.ꝙ confirmatus tantum si non habuit possessionem
12 prima beneficia retinet.& hoc tenet præcise. ¶†Modo venio ad quædam alia.& primo quæro nunquid scrutinium possit fieri de duobus tantum vt eligatur vnus ex illis & alius extra illos non possit eligi:quidam dicunt quod non per.c.quia propter.de elec. Nā ius eligendi non potest minui.vt ff.qui & a qui.l.si optio.Solu.dicit Innocen. quod per viam scrutinij & per viam compromissi posset hoc fieri : quia in hoc consentiunt omnes de capitulo. & est
13 quædam forma similis formæ compromissi. ¶† Secundo quæro an adiuratio de qua hic loquitur sit licita: rñdeo sic & tamen si adiurati facerent contra conscientiam valeret electio maioris partis ex quo est seruata forma iuris vnde papa hic non facit mentionem conscientiç quia sufficit quod electus sit vtilis ecclesiæ.
14 ¶†Tertio quæro nunquid ille qui est nimis pauper vel nullum habet amicum per quem possit ecclesiam defendere possit eligi ad prælaturā? respondeo si vtilis est ecclesiç in spiritualibus & per suam prudentiam potest ecclesiam competēter in temporalibus defendere satis est.vt ff.de confirmatio.tu.l.vtilitatem.Nam boni mores meliores sunt quàm arma vel diuitiæ.vt ff.de suspe.tu.l.suspectum tutorem. prælatus enim similis est tutori excepto quod non dat fideiussorem de ratione administrationis reddenda. dicit Hostien.attendeñ. qualitatem beneficij & situm. & si non posset defendere iura ecclesiæ de facto debet ꝓuideri de alio magis idoneo:qa vtilitas ecclesiæ præfertur moribus electi. ¶Not.quod qui allegat vnam causam duntaxat videtur tacite confiteri sed alias causas non habere.Item not.quod causæ non iactationibus sed re-
15 rum meritis approbantur.¶†Item not.ꝙ verba generalia & ambigua famam alterius non denigrant. Nam qui obscure loquitur nihil loquitur ff de leg.j.l. Titiæ textores.ff.de iure fisci.l.ita fi-
16 dei.& no.in l.turpia.ff.de leg j.¶†In text.ibi postquam pacificam. Notat. quod non dicitur facta plena executio nisi sit data pacifica possessio:sufficit tamen quod quãtolibet tẽpore fuerit pacifica licet postea turbetur per accusationem vel denunciationem vt hic vel etiam de facto licet sit argumen in contrarium.ff.de arbi.l.inter castellanum. sed ibi alia est ratio quia arbiter non videtur sensisse de possessione momenti sed de possessione continua. vt ff. si serui.vend.l. egi:& l.harum. vnde ibi pars non erat functa officio suo perpetuæ obligationis. sed hic iudex erat functus officio executionis tamen & hic si aduersarij eum de possessione eiicerent debent officio iudicis postea reformari: vt ff. ne vis fi. ei. l.si quis missum. ¶ Not. quod vbi non est possessio ibi non est effectus.
17 ¶†Nota. hic quod accusatio possessionum non impedit contra quia criminalis præfertur ciuili. C.de ordin. iu. l.fina. Solu.ibi erat cognoscendum:hic autem erat cognitum & pronunciatum & sic non ob.Oppo.quod possit opponi crimen cum infamia. Solu.fateor quia infamia inducit necessitatem se purgañ.intellige si incontinenti possit excipiens an qualificatam exceptionem sicut formaliter obiicit probare secus si reciperet longum tractatum cum non debeat impediri executio liquidi propter non liquidum. vt ff.de iureiu.l.nam & postea in prin.vbi bona glo.istud autem incontinenti si est probandum per testes qui sunt in eodem foro intelligitur infra duos menses.ff de iur.fisci.l.aufertur. §. qui compensatur.sed extra illud forum intelligitur iudicis arbitrio.ff.vt in possess. leg.l.si a quo. Item in fama intelligitur arbitrio iudicis.ff. de effracto.& expi.l.j.§.expilatores.

CAP. XLVII.

1 *Iudex si citat ad locum ad quem citatus non possit secure ire & mittere præmissa de loco non tuto citatus poterit appellare.*
2 *Locus si est tutus procuratori sed non citato an ipse citatus possit appellare.*
3 *Locus si non est tutus propter mortalitatem:an teneatur citatus ire.*

1 EX parte. †Si iudex citat ad locum ad quem citatus non possit secure ire & mittere præmissa de loco non tuto citatus poterit appellare Ber.in suffragio. Iudex ex officio tenetur assignare locum tutum etiam si non excipiatur.Innocen. dummodo iudici sit notū. Hostien.de re iudic c. pastoralis. in cle.ff.ad Trebel.de ætate.& ibi bona glos.& vulgaris.si locus est præcise impossibilis propter inimicitias alias contractas & iudex scit quia alias sunt ortæ ex facto ipsius iudicis. processus etiam sine appellatione est nullus ipso iure, vt dicto. c. pastoralis. alias oportet excipi & appellari.¶Sed nunquid debet excipere & cum hoc se offerre ad locum tutum & petere ipsum sibi assignari. dicit Hostien.quod sic Innocen. contra quia non tenetur iudicem instituere contra seipsum. hęc vera : quia iudicis officium est secundum Innocen. Et not.quod iste iudex qui citauit ad locum non tutum potest infringere appellationem assignando ei & eis responsalibus & sociis locum tutum. Berñ. scilicet antequam appellans sit fatigatus in probando appellationem suam non post argum.C.de aboliti.l.ij.de iureiuran.l.cũ
2 qui.in princip.¶†Quid si locus est tutus procuratori : sed non sibi respondeo appellare potest quia beneficium iuris quod habet vt per se vel per procuratorem compareat non potest sibi auferri.ff.
3 de procurat. l. j. §.vsus.¶† Quid si locus non est tutus propter
a mortalitatem respondeo non tenetur citatus ire : quia non debet tentare Deum : sed timere cum sit terribilis plusquam leo rugiens. & qui non timet Deum in feruore vitę. in morte plorans dicit timor & tremor venerunt super me & contexerunt me tenebrę.Bal.

ADDITIO.

a ¶ Vide omnino allegata per d. Felyn. in c.ex transmissa.in ij. col. extra de prescrip.in ver.ad illud.de peste.

1 Sigillum

CAP. XLVIII.

1 *Sigillum incongruum vitiat scripturam.*
2 *Notarius si facit signum non consuetum instrumentum suum non valet.*
3 *Rochas habentes in custodia si crederent literis generalibus domini non excusarentur sed punirentur.*
4 *Sufficit ad victoriam ex duabus exceptionibus vel rationibus copulatiue propositis alteram esse veram cum quodlibet per se sit sufficiens.*
5 *Capitulum sine authoritate proprij iudicis an possit facere sindicũ vel actorem.*
6 *Capitulum si habeat litigare cum suo episcopo quis dabit ei curatorem.*

SIgnificauit. Si procurator non habet proprium sigillum licite appellatur vel si aliquis conuenitur per secundas literas non facientes mentionem de pimis. hoc dicit secũda ibi quo circa. ¶Casus. procurator capituli Eboraceñ. agebat contra electũ I. magistratum hospitalis quem episcopus confirmauerat. Nam capitulum Eboraceñ dicebat electionem ad se tantum pertinere. & ideo petebat magistrum cassari: iste procurator producebat literas capituli sigillatas sigillo solito apponi in executoribus nõ tamen procuratoribus. Item magister erat in ius vocatus per alias literas gratiæ & non poterat conueniri per posteriores non facientes mentionem de primis. & quia hæ exceptiones non fuerunt admissę fuit appellatum. papa mandat quod etiam si vna istarum exceptionum si vera quod reuocetur in irritum quicquid factum est post apppellationem. ¶In text. ibi actorem i. procuratorem capituli Eboraceñ. quem leges actorem vocant. ¶†Not. ꝙ sigillum
1 incongruum vitiat scripturam. ¶†Item not. argumentum ꝙ si notarius
2 facit signum non consuetum non valeat suum instrumentũ C. de assess. l. fi. & insti. de publi. iudi. §. item vtendum est sigillis appropriatis & non sigillis simpliciter. ¶†Et not. pro his qui habent
3 rochas in custodia quia debent recipere signa eis deputata. & si crederent litis generalibus domini non excusarentur imo punirentur.
4 ¶†In tex. ibi conuentus. s. magister ibi vel aliqua earum not. ex duabus exceptionibus vel rationibus copulatiuę propositis sufficere ad victoriam alteram esse veram cum qualibet per se sit sufficiēs. alias secus. ff. de re iud. l. diuus. præterea ibi erat vna exceptio tantum qualificata. & ideo iterum debet probari. s. exceptio & eius qualitas. ꝙ dic vt ibi per Bar. & dixi de proba. c. licet causam. vbicũque qualitas est de forma substantiali excipiendi ibi oportet qualitatem probari. forma est etiam si quis astringit ad illam probandã.
5 ar. ff. de proba. l. circa. ¶†Quæro vtrum capitulum possit sine authoritate proprij iudicis facere sindicum vel actorem. Berñ. dicit quod non ad instar minoris qui indiget curatore & curator est decernendus authoritate iudicis. In contrarium videtur quia capitulum potest constituere vnum procuratorem & in constitutione procuratoris non requiritur iudicis authoritas quia constituitur a domino. vt ff. de procu. l. filius. §. milites & leges quæ dicunt ꝙ in constitutione actoris requiritur decretum iudicis loquuntur quando actor cõstituitur per decuriones vel consiliarios reipublicę nõ quando ipsimet domini constituunt procuratorem ad hoc. s. de rescri. c. edoceri. & hoc qñ capitulũ habet litigare cũ alio quã cũ suo prælato. dicit Ber. ꝙ cum authoritate iudicis debet ei dari curator.
6 † Quid ergo si habeat litigare cum suo episcopo quis dabit illum curatorem. dicunt doc. quod non est necessarium aliud decretum, vnde si capitulum alicuius ecclesiæ collegiatę habeat litigare cum suo præposito nõ indiget authoritate episcopi. multominus si habeat litigare cum suo episcopo: quia authoritas non est exquirenda ab aduersario licet interdum sit agendum venia petita. vt instit. de ac. §. pęnales. & ar ff ad Trebel. l. imperator. ¶Et nõ. quod Berñ. dicit hic quod capitulum dicitur ecclesia ergo læsum habet rest. in integrum. adde quod not. v. q. iij. c. vlti.

CAP. XLIX.

1 *Ecclesia si dicit fundum ad se reuersum propter canonem non solutum debet declarari quis fundus sit ille.*

SIgnificantibus. Licite appellat reus petēs declarari rem in libello petitam si non auditur. ¶Not. quod ab ineptitudine libelli potest appellari. ¶†Not. ꝙ si ecclesia dicit fundũ
1 ad se reuersum propter canonem non solutum debet declarari ꝗs fundus sit ille. vt ff. de rei ven. l. si in rem agat aliquis. & in l. idē Pōpo. scribit si frumentum. §. vlti. ff. de censi. l. forma. & ibi no. Interrogabitur etiam emphyteuta in aliquis fundus sit emphyteuticus & quis quia vt dicit tex. in feudis nõ est bonum vt veritas negetur. Si autem dicit nihil esse libellarium seu feudale. actoris est declarare nisi petitio sit vniuersalis vt quia petit iurisdictionem vel districtum quia fines iurisdi. illius districtus sunt declarandi in libello de restitu. spo. c. cum ad sedem.

CAP. L.

1 *Dilatio assignata ad plura si non potest operari in omnibus operetur quantum potest operari.*

EX insinuatione. Iudex a quo appellatũ est non potest statuere terminum ad finiendam causam appellationis quod si fecerit intelligitur statuisse terminum ad prosequendũ. aut ergo terminus statuitur ad appellationem finiēdam vt hic. aut ad appellationem prosequendam: vt no. j. eo. c. abbate. & tunc psequi dicitur licet non producat ad effectum si tamen semel tantum compareat & protestetur ꝙ per se non stat & ponat aduersarium in contumaciam. nam donec illa sit purgata per aduersariũ semper intelligitur prosequi. ff. de vsur. l. mora. per Bart. quod est no. dignum secunda ibi quia vero. ¶Casus. inter priorem & monachos sanctę Barbaræ ex vna parte. & B. camerariũ ex altera erat qstio super quodam prædio coram iudice ordinario cuius cõmensalis fuerat aduocatus camerarij in eadem causa vnde ne procederetur fuit appellatum. iste iudex præfixit terminum ad festum purificationis infra quem vtraque pars deberet esse reuersa ab appellatione. papa dicit ꝙ non potuit iudex a quo imponere legem superiori & maxime papę: cũ is qui est in consistorio principis &c. Itē quia iste camerarius impetrauit nõ expectato termino non valet impetratio. Et mãdauit papa ꝙ si est ita partibus ꝯuocatis &c. ¶No. episcopũ reddi suspectum propter suũ commensale. ¶Modo quæro quis terminus erat iste qui fuit præuentus. rñdeo terminus ad festum purificationis. sed ꝯ hoc. quia assignatio termini huiusmodi non tenuit. rñdeo verum est ꝙ non tenuit formaliter s'm intentionem assignantis tñ ex interpretatione istius capituli tenuit ad se præsentañ. in termino coram papa vel alio iudice ad quem quod est no dignum. Ex hoc enim sequitur ꝙ si non valet dilatio
1 vt ago valet vt valere potest. †Et ꝙ dilatio assignata ad plura si nõ potest operari in omnibus operetur quatenus potest operari. teneo menti. ibi patrocinari. ff. de pig. ac. l. si quasi.

CAP. LI.

1 *Verbum pertinere est generale.*
2 *Appellatio generalis admittitur extra iudicium.*
3 *Appellationis geminatio non nocet.*
4 *Monachus non dicitur esse hæres dicitur tamen adire hæreditatem.*
5 *Custodia ecclesiarum vacantium non spectat ad laicum: sed ad patronũ clericum.*
6 *Possidens per alium intelligitur possidere.*
7 *Custodia causa in possessione existens non possidet.*
8 *Petenti restitui in pristinum statum an sufficiat si appellauerit contra spoliatorem.*
9 *Spoliasse videtur qui non spoliauit: sed spoliatum detinet in spoliatione.*

BOnæ memoriæ. Qui extra iudicium ex verisimilibus causis appellat ad papam ne in possessione sua molestetur & postea spoliatur restituitur in statum in quo erat tempore quo appellauit. hoc dicit. ¶Et prima pars ponit allegationem appellantis. secunda ibi procurator. vbi ponit allegationem appellati. In tertia pronunciatio. ibi præmissis igitur. ¶Casus quidam. o. qui fuerat persona ecclesiæ de Fañ. decessit: quo mortuo quidam Abbas possessionem dictę ecclesiæ ad se asserens pertinere ingressus est possessionem. Primo per monachos. Secundo per se pacifice timens tamen ne expelleretur de possessione appellauit generaliter hoc modo nē aliquis super ipsa possessione eum præsumeret molestare. tamen quidam laici per vim expulerunt dictum abbatem & monachos de dicta ecclesia quæ tandem peruenit ad Archidiaconum quendam: petebat abbas sibi ecclesiam restitui ea ratione quia spoliatus & quia post appellationem spoliatus Archidiaconus dicebat custodiam illius ecclesiæ ad se pertinere de iure communi & de vsu & consuetudine semper obseruatis. Item dicebat quod dictus o. erat censuarius dicti Archidiaconi pro dicta ecclesia cum dicta Archidiacono nomine ipsius ecclesię prestaret vnam procurationem annuam & quinque solidos. papa auditis hinc inde allegatis prædictos monachos & abbatem qui ex probabilibus & verisimilibus appellarunt iussit restituendos in eum statum &c. ad ecclesiam ante-
1 dictam cum fructibus salua quæstione proprietatis. ¶†In textum, ibi asserit pertinere verbum pertinere generale est & verificatur si pertinet ad eum iure patronatus. argumentum illius nota. l. talem. §. finali. ff. de hæredibus instituendis. vel quia prædecessores eius simili iure vsi sunt. ff. de vsuca. l. Celsus. quorum

quasi possessio continuatiuè tempore vacationum descendit ad
ipsum abbatem & monachos.ff.ex qui.cau.ma.l,cum similes.titu
lum tamen suæ possessionis non tenetur dicere Abbas' Archidia-
cono.c.j.de regula.lib.vj.ff.de rei vendi.l.in speciali. quia nemo te-
netur ius suum exponere aduersario seu iudici si natura causæ hoc
desiderat iuxta illam regulam agat quod causa desiderat.ff.de po-
stu.l.quisquis.qui text. deberet scribi de literis auri in omni mate-
2 ria judiciorum. ¶†In textu ibi , ne quis nota.generalem appella-
tionem extra iudicium admitti:quia perfectum subsecutum dedu
citur ad speciem.ff.de condi.institu.vter ex fratribus nec est neces
se quod expulsoribus intimetur.¶In tex.ibi &,monachos,no.qđ
abbas acquirit possessionem per monachos sicut dominus per
seruum suum.¶In tex. ibi, secundo per seipsum no.possessionē
per alium habeo & nihilominus ingrediendo per meipsum possi
deo.& sic bis possideo. dicas quòd vna tantum est vera possessio.
3 vt l.iii.§ per seruum.ff.de acqui.pos.ibi pluries ¶†Not.hic expres
sum,ꝙ geminatio appellationis nō nocet.Et de hoc no. j.e.ti. c.di
lecto.quia qui appellat, semper improbat factum iudicis , & sem
per perseuerat improbando sicut ille qui sæpe & sæpius petit apo
stolos ¶Ibi,super possessione.not. super possessorio appellari.In-
nocen.dicit quod istud non erat possessorium .Sed contra Innoc.
facit fructuum restitutio, ad quam condemnatur Archidiaconus.
vt ff.de vi & vi ar,l.rectissimè. ¶Præterea patronus ecclesiæ.vacan
tis.s.clericus, habet interim naturalem possessionem ipsius eccle-
siæ,licet habeat eam custodiæ causa ¶Ibi,eiecerint.& ideo proba-
tur sibi possessionem restitui cum fructibus.Ibi, Archidiaconi.ad
quem deuenit dicta ecclesia postquam Abbas fuit spoliatus per
dictos monachos.Et no. monachus non dicitur possidere. & tamē
4 dicitur contrahere , puta emere & vendere. ¶†Item non dicitur
hæres esse sic momento & tamen dicitur adire hæreditatem : vt
ff.de leg.j.l,cum filio,ista verba ego sunt tibi scripta ff.de vsucap.l,
sequitur.§.seruus.vnde monachus qui non possidet, non præscri-
bit:sed monasterium præscribit & eius conscientia attenditur.
¶Nota. ꝙ monachi dicuntur expelli de pos.C.si per vim vel alio
5 modo l.j,Ibi custodiæ ecclesiarum vacantium custodia non†spe-
ctat ad laicum.sed ad patronum clericum sic.vt no.hic per Innoc,
& Host.& per Archid.xciiij,dis.c.dictum.& j.vt eccle. benefi.c.j.
per Inn.& de officio Arch.c.vnico per Host.¶In tex.ibi pro tem
pore nota.ꝙ oportet specificari eorum nomina quæ fuerunt pro
tempore.¶Ibi hoc iure.s.custodiæ.ibi semper.id est tempore cu-
ius memoria non existit. ¶Ibi annis singulis per hoc non proba-
tur possessio ecclesiæ.sed quasi possessio ipsius census.Ibi appella-
tionis.super hoc fundat se papa.¶Ibi vtrilibet disiunctiua est non
copulatiua secundum Hostien.ibi assignandos.& sic portandos in
horreum expulsi expensis expulsoris. ¶Opponitur ꝙ iste abbas
non potuerit ingredi sua authoritate so forte erat patronus vel ha
6 bat hoc ex consuetudine.¶†Ber.colligit hic notabile ꝙ qui per a-
lium possidet ipse intelligitur possidere.dicas ꝙ hoc verbum intel
ligitur:sonat veritatem in his quæ iuris sunt.sed in his quæ sunt fa
cti refert aut est tale quid quod per alium plene acquiritur & idem
vt l.certe.§,si procurator.ff.de preca.aut non plene acquiritur. &
tunc importat fictionem ¶Opponitur quod iste Archidiaconus
non debuit condemnari:quia de iure communi est magis fundata
intentio Archidiaconi quam intentio abbatis. Item quia ille qui
7 est in possessione †causa custodię non possidet vt ff.de acqui.pos.
l.iij.§.genera.ff.vti possi l.si duo.§.creditores.ff ex qui.cau.in pos.
ea.l.cum legati. & ideo si expellitur nō habet interdictum vnde vi
sed officium iudicis ff.de dona.l.Aquilius.ff. ne vis fi. ei. l.si quis
missum.& no,in l.ideo.§.Neratius. ff. de condi.fur. so.& hic offi-
cium iudicis intentatur vt reuocentur attentata post appellationē
non autem est hic propositum interdictum vnde vi secundum In
no. qui dicit quod dum quis petit induci in statu in quo erat tem-
pore appellationis istud non est simplex possessorium vt non in-
quiratur nisi de possessione facti.quin imo inquiritur de possessio
ne iuris & de proprietate.& cum liceat de proprietate & de posses
sione quæri,præfertur probatio super proprietate dicit Innocen.
quod per hunc modum agendi peto me restitui in pristinum sta-
tum, aut de iure possessio pertinet ad conuentum & non fit resti-
tutio,aut est quidam tertius ad quem nihil de iure pertinet & tunc
8 fit restitutio. ¶† Sed opponitur quod sufficit appellatum esse nec
est aliud inquirendum nisi an sit innouatū,respondeo in appella-
tione extraiudiciali non reuocantur post agitata nisi probetur ve-
ritas causarum vt in c.j.de his qui fi.a ma.par.ca.& de ma. & obe.
dilecti.de ele.cum inter canonicos.Solu.dicit Inno.aliquādo quis
appellat extra iudicium ex causa rationabili tantum & tunc pro-
cedunt dicta capitula. aliquando est causa probabili & verisimili
ex iuris coniectura.& tunc satis est probare:quia causa allegata nō
potest esse vera:sed verisimilis sicut verisimilis est ꝙ si clericus ha
bet custodiam ecclesiæ quod sit patronus & econtra. & sic verisi-
mile iuuat verum quod est no.dignum secundum Inn.ff.de in int.
resti.l. omnes.vocat ergo Inn. causam probabilem quæ potiit pro
bari.& verisimilem præsumptam a iure. ¶Opponitur secundum
Ber.appellatio fuit interposita contra spoliatorem:sed Archidia-
conus non spoliauit:sed spoliatum inuenit.respondeo non est vis
9 qui Archi.successit in vitiis:vt s.de iudi.c.quia.V.¶†Nota, quod
qui non spoliauit sed spoliatum detinet in spoliatione spoliasse vi
detur. præterea isti laici gesserunt negocium Archidiaconi con-
templatiuè & realiter ipso facto. & archidiaconus habuit ratum
ipso facto:quia peruenit ad eum possessio ipso facto argu. ff. de vi
& vi ar.l.j.§.deiecisse.& §.quoties nec ob.s de resti.spo.c. cum ad
sedem.quia ibi episcopus non habuit ratum: nec fuit vsus admini-
culo expulsoris ꝙ saltem erat articulan. per partem aduersam &
non fuit articulatum vt ibi patet vel ibi ideo: quia agens se astrin-
xerat ad directam & immediatam spoliationem probandā.& hæc
est ipsa veritas.Bal.

CAP. LII.

1 *Voluntas datur intelligi facto.*
2 *Arreptio itineris an habeatur pro appellatione.*
3 *Subditus si litigatur cum episcopo tanquam causa aduersario suspicans se grauari ab ipso & de facto arripuit iter ad archiepiscopum an videatur legitime appellare.*
4 *Papā adiens pro appellatione & alia causa an habeatur pro appellante.*
5 *Episcopus & patriarcha si sunt Venetijs & subditus contendit cum episcopo qui dum vadit ad curiam patriarchæ excommunicatur an iste dicatur iter arripuisse.*
6 *Episcopus si carceret volentem ire nondum tamen euntem an habeatur pro appellante.*
7 *Causa si sit inter duos subditos episcopi coram eo episcopus autem est negligens vnde altera pars adit archiepiscopum conquerendo de ista tarditate quapropter archiepiscopus mandat episcopo quod expediat causam infra certum tempus an hoc mandatum valeat.*
8 *Querela simplex an suspendat iudicatum.*
9 *Superior an possit adiri per querelam restituti in integrum petitam contra sententiam inferioris iudicis.*

DIlecti. Si contra superiorem suum quis vadit ad
papam habetur pro appellante. Ita ꝙ ex-
communicatio postea in eum lata non teneat ipso iu-
re.hoc dicit. Prima pars ponit querelam : secunda dat
iudicem.secunda ibi cum autem ¶Casus. inter episcopū & quos-
dam monachos eidem subiectos vertebatur quæstio super qua-
dam capella; duo ex monachis accesserunt ad papam pro ista cau-
sa:archiepiscopus hoc sentiens eos excommunicauit. papa dicit
quòd cum plus sit ad sedem apostolicam facto appellare quàm
simplici verbo & ipsis ad Romanam ecclesiam venientibus intel
ligitur ad sedem apostolicam prouocatum: denunciari debet di-
1 ctos monachos excommunicationis vinculo nō ligatos. ¶†No.
a quod facto datur voluntas [a] intelligi.C.de insti.& substitu.l.repre-
hendenda.¶Nota. quod vbi facta loquuntur , nil opus est verbis:
quia quod apparet expressè,non est probare necesse:facta loquun
tur,nota quod plus est facto facere quàm verbo dicere. C. de te-
sta.l.nostram.ff.de testam.mili.codicil.§. Veteranus. vbi per can-
cellationem testamenti tollitur testamentum & non per simpli-
cem pęnitentiam verbalem aliæ pulchræ concordantiæ sunt ibi.
2 ¶†Opponitur quod itineris arreptio non habeatur pro appella-
tione.primò per tex.c.vt debitus.j. eod. tit. secundo per rationē:
quia duplex est tantum forma appell. scilicet viua voce, quando
incontinenti,& à diffinitiua, & in scriptis quando ex interuallo &
ab interlocutoria. sed arreptio itineris non habet in se aliquam ex
istis formis:quia non est in scriptis:nec per nuncupationem vt ita
dixerim ergo non est appellatio.¶Solu. duplex est appellatio sci-
licet expressa voce vel scriptura & ita loquitur tua oppositio.&
tacita siue interpretatiua ipso facto:& ita loquatur. c. nostrum.
¶Et per hoc respondetur ad rationem.Sed ad text.in contrarium
respondetur , quod hoc est speciale quando iter arripitur versus
sedem apostolicam;quia esset absurdum quod excommunicatio
valeret.nam per hoc nuncij excommunicati non possent compa
rere in auditorio papæ. quia non licet excommunicatis vrbem
ingredi. & vrbs est vbicunque est auditorium papæ. Porro absur-
dum est quod aliquis possit impedire ne eatur ad papam. vel dic
quod est speciale quādo causa est inter prælatū & subditū. & est ra
tio, quia nō debet esse in potestate prælati ne subditus litiget cū eo.
arg.ff.

ADDITIONES.

a ¶ Adde quod fortiora sunt facta ad declarandum voluntatem quàm verba quæ sępe proferuntur contra intentionem proferentis vt in c.dilecti de app.& in c.ęstimant.xi.q.iij.secundum Abb.Panor.in consi.ccxxiij. inci. illud de iure quæritur utrum ista remiss.in pen. col.

arg. ff. de arbit. l. in potestate. dicit lex quod non debet esse in potestate aduersarij quid habeam secum facere. vt ff. de iurisdom. iu. l.
3 si idem cum eodem. §. j. ¶ † Quæro, subditus litigat cum episcopo tanquam cum aduersario suspicans se grauari ab ipso. de facto iter arripuit ad archiepiscopum, vtrum videatur legitimè appellare? & videtur quòd non: quia ista est quædam fictio & de papa lex loquitur. arg. ff. so. ma. l. si vero. §. de viro. & hoc tenuit Io. tali ratione, quia ista dicitur simplex querela per quam non potest iuris ordine prætermisso adiri nisi solus papa, sed ista ratio non est vera secundum Ber. nam etiam inferior potest adiri per simplicem quærimoniam. Ber. aduerte aut querela ponitur pro supplicatione & tunc principi, & non aliis prælatis est supplican. C. de preci. impera. offe. auth. quæ supplicatio. aut ponitur pro alio recursu vel remedio ordinato a iure vt producendo sententiam nullam & tunc adiri potest. C. de accu. l. absentem. item ordinarius contra interlocutoriam delegati potest adiri contrario imperio implorato. ff. qui satisda. cogan. l. arbitro. secundum vnam lec. audistis opi. Io. & eius mortua. ¶ In contrarium videtur quia licitum est arguere a simili etiam in officiis. ff. de offic. præsid. l. j. ff. de neg. gest. l. ex facto. ff. ad Tertul. l. ij. in fi. & hæc vera. primo quia hæc appellatio est extraiudicialis cum prelatus in hac causa non sit iudex quia propria vnde ista non est appellatio: sed prouocatio secundo quia eadem æquitas, tertio quia qui iter arripuit incepisse videtur. vt ff. de posllici. l. j. §. cepisse. ff. de inoffic. testam. l. quemadmodum. ff. de cond. ob causam. l. si pecuniam. ar. ff. de ap. l. præses. & C. qui petant tut. l.
4 cū a matribus. ¶ † Sed quid si quis vadit ad papam pro appellatione & alia causa respondeo principalius motiuum inspicitur & si sunt æque principalia non habetur pro appellante. quia non videtur causa appellationis abesse qui alias erat facturus. ff. qui. ex caus. maio. l. non vere. debet ergo constare quod ibat tanquam prosecuturus tacitam appellationem alias non iturus. Sane dicta itineris arreptio debet fieri infra tempus appellandi & cum protestatione quod in hoc intendit recurrere ad sedem apostolicam vel ad alium iudicem. ¶ Sed in hoc est differentia quia alius iudex debet esse immediatus sed sedes apostolica potest adiri non seruatis gradibus. & est ratio quia papa est pater patrum & concurrit immediate cum omni prælato etiam in eadem iurisdictione etiam maiori & propria papali per se stat quæ non imminuitur per concursum alterius iurisdictionis. argument. ff. de condi. & demonst. l. fal. §. j. & in c. j. de concess. præbend. lib. vj. sicut mare non minuitur nec augetur per concursum fluminum vnde papa habet iurisdictionem non per viam accumulationis: quia sic esset collega vel haberet parem: nec per viam gradualitatis: quia haberet priorem præsidentem & potiorem se. sed per viam: quia papa est totum continens, idest, omnia iuxta illud omnia cæsar erat. ¶ Sed tamen imperator magnificus & gloriosus sicut Aquila distribuit prædam suam nec curat in omnibus epulis opponere musum suum tanquam insatiabilis & famelicus secundum Ioan. mo. sed secus fit in imperatorem ad quem non debet appellare nisi gradualiter. non quia imperator non possit procedere de plenitudine potestatis: sed quia non vult propter commodum subditorum. vt
5 in authen. de questo. §. super hoc. † Sed ecce episcopus & patriarcha sunt in Venetiis. subditus contendit cum episcopo & dum vadit ad curiam patriarchæ excommunicatur nunquid iste dicitur iter arripuisse & videtur quod non: quia non exit ciuitatem sicut non dicitur nauigare illa qui non exiuit portum. argum. de ędil. edict. l. quid sit fugitiuus. In contrarium videtur quia non exit in potestate episcopi ne eatur ad archiepiscopum. arg. ff. de eo per
6 quem fac. erit l. j. ¶ † Sed quid si episcopus carceret volentem ire nondum tamen euntem nunquid habetur pro appellante. respondeo sic quia vim patitur in itinere inchoando. sicut si pateretur in prosequendo. ar. illius nota. gloss. quæ est in l. j. C. vbi de pos. agi oportet & optimæ facit. ff. de condict. & demonst. l. qui-
7 bus diebus. in princip. ¶ † Extra quæro causa est inter duos subditos episcopi coram eo. Episcopus est negligens vnde altera pars adit archiepiscopum conquerendo de ista tarditate quapropter archiepiscopus mandat episcopo quòd expediat causam infra certum tempus nunquid hoc mandatum valet respondeo non, quia archiepiscopus non debet se intromittere de aliena iurisdictione per simplicem querelam vnde tex. dicit quòd adeundus est ille qui potest omnem defectum supplere vt est princeps. vt in auth. de questo §. super hoc. C. de tempo. appel. l. fina. §. illud. vide Ar-
8 chidiaco. j. quæstio j. de persona. ¶ † Sed nunquid simplex querela suspendit iudicatum. respondeo non vt dicta authen. quæ sti-
9 pulatio. ¶ † Sed vtrum superior potest adiri per querelam restitut. in integrum petitam contra sententiam inferioris iudicis. respondeo sic si est lata per delegatum suū. secus si per ordinarium. ff. de minoribus. l. præses quia est de appenditiis primæ causæ vt nota. ff. de procuratoribus. l. qui proprio. §. item quæritur. vbi glo. singularis.

CAP. LIII.

1 *Expressio eius quod tacitè inest, habet augere.*
2 *Verba rescripti debent aliquid operari.*
3 *Statutum si dicit quod instrumenta publica debeant executioni mandari omni exceptione remota, non potest aliqua exceptio opponi nisi inueniatur a statuto permissa.*
4 *Exceptiones a statuto permissæ quæ sint.*
5 *Instrumentum si habet solennitatem instrumenti, sed non habet solennitatem contractus, an mereatur executionem ex forma statuti.*
6 *Exceptio solutionis vel nouationis an poterit opponi.*
7 *Papa si mandauit collectori quòd faceret omnes executiones sententiarum infra mensem: de quibus sententijs intelligatur.*
8 *Clausula, appellatione remota, si apponitur expressè in appellatione a diffinitiua an possit appellari a sententia lata in rei vendi.*
9 *Sententia absolutoria an trahat secum executionem.*
10 *Sententia vltimi supplicij an trahat secum executionem.*
11 *Sententia excommunicationis quare non est reuocabilis per appel.*
12 *Infamia proprie non est executio sententiæ, & quare.*
13 *Appellari potest ex interlocutoria super legitimatione personarum licet nō oriatur actio iudicati.*
14 *Excommunicatus an sit post probabilem appellationem ille qui est excommunicatus.*
15 *Excommunicatus admittitur ad actus legitimos quando dubium est de nullitate sententię.*
16 *Excommunicatus ob eandem sententiam iterum excommunicari non posset.*
17 *Excommunicatus appellatione pendente non potest aggrauari.*
18 *Excommunicatio an iudex possit reseruare fructus.*
19 *Excommunicatus cui merito fructus subtrahuntur per iudicem an si iudex non subtraxit ei possit fructus percipere.*
20 *Excommunicatio postea absoluto an pendente appellatione fructus subtracti restituantur.*
21 *Excommunicatus per prelatum ecclesiæ an possit acquirere et ex suis fructibus agere.*
22 *Excommunicatus in vna ecclesia an sit excommunicatus in alia & vbicunque locorum.*
23 *Depositus ab officio an debeat habere alimenta.*
24 *Suspenso an subtrahantur prouentus ecclesiastici.*
25 *Mitius cum deposito agitur quam cum excommunicato.*
26 *Fructus an debeant subtrahi excommunicato appel. penden.*
27 *Appellationis quot sunt species.*
28 *Iudex si vult absoluere excommunicatum an is qui fecit excommunicari pendente appellatione possit in contrarium appellare vel quid si velit mādare eum denunciandum.*
29 *Suspensus ab officio dicitur a beneficio suspensus.*
30 *Restitutus ad officium an intelligatur etiam restitutus ad beneficium.*

PAstoralis. Per capitulum appellatione remota omnis appellatio prohibetur, quæ, à iure non est expressè permissa. hoc dicit primò. Secundo ibi. verum. dicit ꝙ si excommunicatus appellat, nihilominus denunciatur, & beneficiorum prouentibus spoliatur. ¶ Casus. Papa mandat alicui vt procedat in causa appellatione remota. Querebatur vtrum per istam clausulam intelligatur inhibita sola appellatio frustratoria. papa considerans ꝙ propter hoc non est necessaria clausula. dicit ꝙ per ista verba est remota omnis prouocatio qua apposita ista clausula à iure non est expressè concessa: tamen grauamen per superiorem poterit emandari. Secunda quæstio talis est, pone aliquis est excommunicatus & post appellationem antequam esset denunciatus excommunicatus, & anteꝗ subtraherentur ei fructus beneficij sui appellat. quæritur vtrum post appellationem possit denunciari excommunicatus & ei fructus subtrahi? & videtur quòd non: quia appellatione pendente nihil debet innouari. papa determinat contrarium & circa denunciationem reddit duas rationes. prima est, quia excommunicatio trahit secum totalem executionem. secunda est, quia per denūciationem non innouatur aliquid ꝙ sit iuris, cum per denunciationem amplius, iterum vel fortius nō ligatur. sed quo ad subtractionem fructuum reddit vnicam rationem: quia prouētus ecclesiastici merito subtrahūtur excommunicato: quia ecclesiæ communio denegatur: sed in qua ratione fundatur hæc distinctio. s. aut appellatio est specialiter permissa à iure aut non reperitur specialiter permissa. rñdeo clausula appellatione remota est clausula generalis. & ideo tollit generalem regulam: sed cum sit generalis, non potest tollere casus specificatos. ff. de pœnis. l. sanctio legum. secundum Ber. qui ita not. j. e. c. vt debitus. ista ratio non videtur probabilis: quia species quæ sumitur ex generali regula, nō est species, sed exēplum generis. & ideo ei cōtradictorio genere derogatur: quia fundatur in generali ratione tantum. dic vt dicam in d. c. vt debitus. nec per istam clausulam potest prohiberi appellatio naturalis vt
1 in c. pastoralis. de re. iud in cle. ¶ † Nota. primo ꝙ clausula debet aliquid

a aliquid operari.& sic no.quod expressio eius quod tacite inest ha
2 bet augere.concor.l.iii.C.si pen.ap.mors interue.¶†Item not.qd verba rescripti debent aliquid operari.ff.ad muni.l.j.de le.j.l.si quādo.id est quatenus possunt operari sane intellecta vt dicit illa.l.no ta.ff.de vul.& pu.l.ex facto in princ.& C.de inof.test.l.si quando.in prin.Item verba contractus debent aliquid operari. vt ff. de vsur. l.si stipulatus. ¶Item vt aliquid operentur quandoque trahuntur ad imperium significatum.Casum habes singularem.ff.ad Treb.l. hæredibus.§.si item geminatio verborum aliquando habet auge
3 re.ff.ad Treb.l.Balista.¶†Et prædicta faciunt ad quæstionem si statutum dicit q instrumenta publica debēt executioni mandari oī exceptione remota.q non possit aliqua exceptio opponi nisi inue
4 niatur a statuto permissa.¶†Sed quæro quæ sit a statuto permissa. respondeo omnes quæ colliguntur à contrario sensu statuti vnde statutum dicit instrumentum.ergo secus si non est instrumentum vt quia falsum vel simulatum quando per partes nihil est actū q executionem mereatur.vt ff.de ver.sig.l. Paulus.C. plus valere qd agitur.l.emptione.Item dicit publicum ergo a contrario sensu secus si non sit publicum vt quia non est ibi signum tabel. vt s. c. significauerūt. ¶Item statutum vtrumque coniungit dum dicit instrumentum publicum.ergo secus si non habet solennitates instrumenti quia non dicitur instrumentum illud quod nō instruit nos.
5 vt ff.de ver.sig l.notionem.§.instrumentorum.¶†Sed quid si habet solennitatem instrumenti:quia habet diem consulē & reliqua sed non habet solennitatem contractus: vt quia contraxit pupillus sine authoritate tutoris vel quia instrumentum dicit talis promisit nudo pacto nunquid merebitur executionem ex forma statuti.respondeo non quia hoc instrumentum instruit ad opponendum nō ad propositum.& quia continet vitium manifestum. vnde tale instrumentum non est aptum exequi cum non habeat esse ad petendum nec figuram esse sed sit quoddā abusiuū vt l. ij.in prin. ff.quē
6 ad.test.ap.ff.de fal.l.si quis legatum.¶†Sed an poterit opponi exceptio solutionis vel nouationis.rādeo sic si pbetur per aliud instrumentū:quia instrumentorum incompatibilium vni per reliquum derogatur. vt not.C.de non nu.pe.l.generaliter. Idem operatur iuris præsumptio efficax.nam satis apparet per instrumentum quod patet per tex.legis.vt ff.de le.j.l.licet imperator.C.de pericu.tu.l.si tutor.C.de apo.pub.l.quicunque.lib.x. per simplices autem testes nō admitteretur probatio per dictam.l. generaliter.puto etiam, q per dicta verba statuti intelligantur remotæ omnes receptiones q̄ sunt de apicibus iuris, videlicet de quibus bona fide non congruit disputare.ff.man.l.si fideiussor §.quidam.& hoc intendit illa.l.vulgaris C.de adul.ita pudor. Item intelliguntur reiectæ omnes exceptiones ineptæ adeo certe vt non oporteat pronunciari eas ineptas.ff.de flumi.l.j.§.Labeo.¶†Et no.ar.ad quæstionem papa man
7 dauit collectori quod faceret omnes executiones sententiarū infra mensem.quæro de quibus sententiis intelligatur?respondeo de his quæ sunt aptæ ad exequen.sicut sententiæ cōdemnatoriæ quę requirunt actum secundum facti executionem.secus in his quę nō sunt aptæ ad exequen.quibus impressa est executio vt in sententiis censuræ.¶Item istud mandatum papę debet intelligi in sententiis quę transierunt in rem iudicatam.vt ff.de pig. l. si fundus.§ si pluris. Sed pone quòd aliquis fuit non condemnatus: sed absolutus & grauatus sub modo.respondeo modus petens est ad obligan.vt C.de senten.l.cum eorum.secus in conditione quæ non est obligare valens.vt not.ff.de iureiur.l.si quis cum debitore. nam antequā conditio existat,non est obligatio nata. Et postquam extitit non nascitur actio ex ipsa existentia licet nascitur cum ipsa:vt subtiliter no.C.de rerum permu.l.ex placito.ff.de pac.l.si intra. hæc eadem locum habent apud illustres iniustas si forte statutum dicat,q potestas debeat facere executionem sententiarum sub certa pena, q in omnibus esset intelligēdum si petatur fieri in criminalibus no. quatenus inspiciunt rem publicam iudex tenetur ex officio publico:nec est necesse:quòd aliquis petat executionem fieri.de of.præ
8 si.l.congruit.Bart.not.in l.j.ff.quod vi aut clam. ¶†Nunc reuertamur ad propositam clausulam,appellatione remota:& quæro de tali quæstione:si ista clausula apponitur expressè in appellatione à diffinitiua an possit appellari à sententia lata in rei ven. & videtur quòd non:quia glo.not.dicit in l.qui restituere.ff.de rei ven.q à tali appellatione non appelletur non quia sit expresse permissum, sed quia non inuenitur prohibitum:sed in proposito inuenitur pɫhibitum per dictam clausulam, ergo non potest appellari. ¶Quia illa glo.est quædam truffa,quia non est dubium,q à quolibet petitorio appellatur: quia lex non prohibet appellari nisi in possessorio vt C.si de mo.pos.fue.app.l.j.tñ illa glo.est in valde no.s. quod
b omnis appellatio est permissa quæ non inuenitur à iure b prohibita.& hoc est verum de iure canonico in diffinitiua & interlocutoria:sed de iure ciuili debet in interlocutoria dari regula per contrarium.s.quod omnis appellatio est prohibita ab interlocutoria,nisi inueniatur expressè permissa.vt ff.de ap.reci.l.ante sententiā.ff.qui satis.cog.l.arbitrio.ff.qn ap.sit.l.j.§ quod in sententiis. ff. de mino.

l.intra vtile tempus.¶Considera,tria sunt.s.principium iudicii lite li.conte.& potest appellari, puta à sententia lata super petitorio,vel super iurisdictione.vel super satisdatione: quia non posset separari per appellationem à diffinitiua.C.de procu.l.ita demum. vt d.l.arbitrio.secundum tempus consistit in medio iudicii vt dicit glo.in l.ii.C.de epi.au.q in medio non est locus remedio.quod est verum nisi vulneretur ipsa causa principalis.vt d.l.intra vtile. vel nisi non posset reparari vt tortura vt C.de ap.l.si quis prouocatione.tertium tempus est in fine in diffinitiua. & regula est vt s. dixi q appellari potest.¶Venio ad §.verum.& no.hic q excommunicatio trahit secum executionem. & ideo iam excommunicatus
9 non releuatur appellañ ¶†Sed contra istam rationem opponitur de sententia absolutoria quæ trahit secum executionem:quia nō est opus alio facto hominis cum intus habet quod quærit vt l.j.§.si debitori ff. vt le no cauea.ergo non appellabitur. quod falsum est. Quidam dicunt q ista ratio non est sufficiens vñ dicunt q ratio est fauor tonsuræ,potestas clauium,& vtilitas obedientiæ.¶Ego dico quod non est verum q sententia absolutoria trahat secum executionem.quia executio absolutoriè est exceptio rei iu.quæ non oritur
10 antequam sententia transeat in rem iudicatam.¶†Item contra rationem literæ opponitur quod sententia vltimi supplicii trahat secum executionem:quia efficitur damnatus seruus pœnæ. ff. de pe.l.qui vltimo.& tamen potest appellari.ff.de accu.l.ex iudiciorum.C.de app. l.addictos.immo iure publico cuilibet permittitur appellare.ff.de ap.l.non tantum.Accur.hoc concedit, q ista ratio non sit bona.C.si a non compe.iud.l.fi.sed malè intellexit rationē literæ.nam duplex est executio.s.plena.& ista non rescinditur per appellationem vt hic:& non plena,sed reuocabilis,& ista rescindi
11 tur per ap.¶†Sed tu quæres quare sententia excommunicationis non est reuocabilis.per ap.dicunt quidam quia fertur ab eo qui nō habet superiorem.Ista ratio est falsa quando sententia est iniusta, de re iud.c.cum æterni.in vj.¶Alii dicunt q omnis sententia quę requirit actum secūdum potest appellari one suspendi: secus si nō requirit actū secundū.Sed ista est falsa:quia sentētia declaratoriā nō requirit actum secundū & tamen ab ea potest appellari vt si reus declaratur non deberi. dicit gl. & in executione nihil est quod in futuro pendeat.nam de præsenti est vel non est.ar.ff.de euic.l.si ita quis. sed in aliis sententiis aliquid pendet de futuro vt possit post condemnationē soluere.Ista non est bona ratio:quia infamia contracta ex sententia non pendet de futuro,sed statim est. & tamē re
12 scinditur per ap.vt ff.de infa.l furti.§.j.¶†Aduerte,infamia nō est proprie executio sententiæ:quia in sententia non fit mentio de infamia:sed est quoddam accessorium quod extinguitur extincto principali.¶Tu aliter considera,nam ab illa sententia demum appellatur ex qua oritur actio iudicati vel exceptio rei iudicatæ.Ista regula singulariter traditur per glossatorem.in l.j.C.de arbi.sed per sententias censuræ non oritur exceptio rei iudicatæ nec actio iudicati,ideo non appellatur:istud est falsum:quia licet non appelletur vt suspendatur sententia,tamen appellabitur vt causa deuoluatur ad
13 superiorem.¶†Item ex interlocutoria super legitimatione personarum non oritur actio iudicati & tamen potest appellari.vnde illa gl.est falsa.Item ex sententia arbitri cum pena appellatur de iure canonico & tamen non oritur actio,nec exceptio: vt ff.de arbi. l.ij. de iure etiam ciuili posset appellari si in compromisso est actū q appellari possit.vt C.de arbi.l.nec in arbitris & ff.de ap.l.ex consensu. & tamen vt dixi non oritur exceptio rei iudicatæ nec actio in factum.concludendo tene id quod dicit Ioan. an. in gloss. hæc ratio verisimilis,à sententia excommunicationis non potest verè appellari quin transeat in excommunicationem: nisi appelletur antequam transeat in rem iudi. sed nunquam transit:ideo semper potest appellari non vt reuocetur, sed vt absoluatur:seruata forma ecclesiæ secundum Archi qui ita not.ij.q. vj.biduum.& ibi omnino vide.¶Porro res iudicata non dicitur quando est in suo esse ita confirmata,q nulla contraria via retractari possit.vt not. Arch. ij. q. vj.c.diffinitiua.adeo q per compromissum retractari possit.Ar
14 chid.¶† Modo quærit glos. an ille qui est excommunicatus post appellationem probabilem sit excommunicatus.respōdeo aut est dubium an excōicatio teneat ipso iure, & tunc est expectāda sententia iudicis appellationis aut est certum,q valet sententia licet iniusta,& tūc est excōicatus.Sñia excōicationis qualitercunque lata ante appellationē tenet,nisi contineat intolerabilē errorē.xj. q. iij. episcopus

ADDITIONES.

a ¶ Adde gl.in c.solite de maio.& ob.Bal.in rub.de cōtrahen.emp.in sx.q. Areti.in l.huiusmodi.ff.de verb.obli.

b ¶ Nota.quòd regula appellationis admittendæ est permissiua nisi reperiatur esse prohibita. de quo uide plene. d.Phil. de Perusi.in rub.de appel.& ibi etiam per Felin.& facit ratio quia in dubio semper debet eligi illa opinio per quam consuluitur vtrique perti.vt declarat in terminis Paul. de Castr.& d. Alex.in l.j.ff.si quis cautionibus.

15 episcopus per Archi.¶†Ex hoc infertur qđ qñ est dubium de nul-
litate interim admittitur ad actus legitimos.& si quidem pronun-
cietur excommunicationem non tenuisse.confirmatur.Si aũt ali
ter pronuncietur,infirmatur. ar.C.de pet hære. l. si putas. & ff. de
16 execu. tu. l. diximus.¶ †In tex.ibi non ligetur.ergo a contrario sen
su non posset iterum ob eãdem cãm excommunicari:quia inter
medias excommunicationes appellatio iuterpositã non suspẽdit
primam excommunicationem quia non inuenitur suspendendũ
si suspendit substantiam quia causa pręcedit,& sic suspendendum.
17 ¶†Item est hic ar.à contrario sensu,ꝙ appellatione pendente nõ
potest excommunicatus aggrauari. Non ob.qđ hic dicitur de sub
tractione fructuum:quia istud non est aggrauare sed originalis effe
18 ctus excommunicationis est mera executio ¶†Sed an iudex pos
sit reseruare fructus excommunicato.& videtur ꝙ sic sicut depor
tato.de quo habes glo.notabilẽ in l.si qua militi.§.j.ff. ex qui. cau.
maio.In contrarium videtur quia quæstio facti pertinet ad iudicẽ
non iuris dispositio.vt ff.ad turp.l. j. §. calumniatoribus nec debet
let quo ad iustificandum appellationem vt pronuncietur bene ap-
pellatum a processu sed non vt probetur quod exceptio sit vera.
3 vt not. Ioan. And. supra de testib. ex parte. ¶ † Adde sequitur ver-
sicu. eidem quoq;. vbi est talis casus. Quędam appellauit solenniter
ad Papam tamē nec iudex vel aduersarius detulit appellationi. iste
intra tempus appellationis misit procuratorem ad curiam cum
mandato ad impetrañ. & contradicendum & non ad totam cau-
sam qui impetrauit iudices appellationis appellatus petijt quod
causa ventiletur in curia. respondetur quod valet impetratio nec
potest cogi ad prosequeñ. in curia licet a tera pars sit in curia & ve-
lit ibi procedere. secus esset si iudex a quo vel appellatus detulisset.
4 appellationi. vt supra eo. c. oblate. ¶ † Sequitur versic. ille deniq;.
Casus. appellans ab interlocutoria vult recedere ab appellatione
& iudex primus procedit in causa principali. appellans contradi-
cit quęritur quid iuris. respondetur quod si nondum est alia cogni
tio delegata debet fieri remissio refusis expensis Not. quod appel-
lans non potest recedere ab appellatione in damnum aduersarij
nisi refusis impensis & re integra & appellatione non commissa.
de hoc no. Archi. ij. q. vj. si quis libellos. Not. hic quod in impęni-
tente semper pręsumitur temeritas. & ideo condemnatur in expē-
sis. Et per hoc glossatur. l. postquam liti. C. de pac. & ff. de iu. l. desti-
5 tisse. & l. eum quem temere. ¶ † Sequitur verb. sane. Casus. aliquis
appellauit a grauamine sententię interlocutorię pars aduersa ci-
tata non vult comparere quęritur vtrum lite non contestata iu-
dex possit procedere ad sententiam. respon. quod sic & ratio est
quia appellatio super processibus magis tangit factum iudicis quā
factum aduersarij. item si contrarium diceremus esset perplexitas
quia nec primus iudex posset procedere nec secundus & est text.
6 huius. c. valde notabilis. ¶ † Not. primo consilium quod ille qui
proponit exceptionem dilatoriam offert se paratum probare ca-
ueat tamen sibi quia per hoc astringit se ad breuem terminum in-
7 tra quem si nō probaret perpetuo repellitur. vt d. l. si is a quo. ¶ † Se
cundo not. quòd appellans qui contradicit appellationi: & dicit
eam recipi non debere non potest cogere aduersarium ad litigan-
dum in curia. quia hoc petendo est contrarius sibiipsi. & ideo suf-
ficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum & contra
8 dicendū. ¶ † Quęro quid si post istud mandatū apponitur clausu-
la gratū & ratū habiturū quicquid fuerit per istū procuratorem fa-
ctū. rñdeo per hāc clausulā non habet mandatū in premissis. vt no.
Bar. ff. de ver. obl. l. qui Romæ §. calimach⁹. Ista enim clausula ap-
ponitur ad cōfirmādū mandatū nō ad ampliādū. vt not. Archi. ij.
9 q. iiij. ca. qua de causa. ¶ † No. ꝙ si appellās renunciat appellatio-
ni appellās nō potest ei inhęrere si res est integra: sed hic loquitur
in appellatione ab interlocutoria vbi nō interest appellāti procedi
in causa appellationis: etiā si allegaret iudicē a quo suspectū: qa nō
potest dici suspectus cū pronunciauerit pro ipso ſm Ber. Itē no ꝙ
quilibet potest renūciare fauori suo principaliter licet per quędā
cōsequētiam prosit aduersario. vt ff. de mino. l. si iudex circūuento.
a In contrariū [a] facit C. de temp. in integ. resti. l. petēdę. dic vt ibi per
Cy. Porro in c. nostro vtriq; parti expedit litē abbreuiari omissis
ambagibus appellationis dilatorię: & id intelligitur esse iudiciū ꝙ
10 vtriq; parti expedit vt dicit illa. l. no. cū stichus. ff. de solu. ¶ † Not.
quod in iudicijs perplexitas est vitanda. Item not. quòd in causa ap
pellationis ab interlocutoria non est lis contestata si abest appella-
tus per contumaciam. ergo secus si est pręsens secundum Ber. Ea-
dem quęstio fit quando appellatur a diffinitiua. vt no. Ber. infra qui
fi. sint legi. c. per venerabilem. ¶ Not. quòd grauamen in proces-
sibus potius concernit iniquitatem iudicis quàm aduersarij quia
11 ex officio iudicis pendet. ¶ † Quęro iudex in vno capitulo graua-
uit in alio fecit iustitiam vtrum omnia reuocentur. respondeo nō.
C. de re. credi. l. generaliter. §. j. Archi. dicit vnum mirabile verbum
quod vbi lęsio est enormis totum rescinditur non autem modifi.
sed loquitur in sententia sed in priuilegio. & est no. dignum vt ip-
12 se not. xj. q. iij. priuilegium. vbi vide. ¶ † Ex hoc sume argumen-
tum quòd propter enormitatem laudum arbitratoris potest in to-
tum cassari & non modificari reducendo tamen vtranq; partem
in pristinum statum. ¶ Sed glos. quę est ff. de vsuris in l. placuit di-
cit quod quando non peccat in totum sed in tanto factum vltra
modum reducitur ad modum. Credo quòd hoc sit arbitrarium
vel reducere ad modum vel reducere partes in pristinum statū. ar-
gu. ff. de contrahē. emp. l. demū. qa arbitramentū magis accedit cō
tractui q̄ sententię. nam sententia deberet modificari nō in totum
aboleri. qa sentētia non potest reseruari corrigēda ī posterū vt C.
quādo prouo. nō est neces. l. penul. vnde non possunt partes reponi
in pristinū statum vt C de trāsac. l. diuersa. hinc est qđ de re iudi. nō
potest cōpromitti vt no. Archi. ij. q. vj. diffinitiua. nisi cōpromittę-
retur appellatione pendente vt in c. quamdiu. de ap. in clemen.

ADDITIO.

a ¶ Vide imo consil. viij. col. fina.

CAP. LXXI.

1 *Clausula in medio posita non refertur nisi ad pręcedentia.*
2 *Clausula quę apponitur ad essentiam actus potest referri ad pręcedentia & ad sequentia.*
3 *Determinationes respiciunt determinabilia pracedentia non sequentia.*
4 *Clausula ponitur aut absolute aut respectiue aut dubitatiue.*
5 *Regula vel doctrina refertur ad omnia. & quid de proemio.*
6 *Clausula est quędam pars posita inter orationes.*
7 *Coniunctio copulatiua plenam inducit repitionem licet concernat plura disposita.*
8 *Verba indefinita non referuntur ad futura nondum disposita.*
9 *Obligans se ad pacem seruandam pro se & filijs non intelligitur de posthumis.*

INquisitioni. Clausula appellatione remo-
ta in literis apostolicis inter
plura capitula inserta respicit capitula pręcedentia nō
sequentia nisi reiteretur in fi. hoc dicit. Casus. Papa cō-
misit diuersa capitula & post primum apposuit clausulam appel-
latione remota post secundum capitulum non apposuit clausu-
lam quęritur vtrum ista clausula referatur ad omnia respondetur
1 quod non sed ad pręcedentia tantum. ¶ † Not. quod clausula in
medio posita non refertur nisi ad pręcedentia. & hoc verum quan
do est pręcedentibus annexa immo etiam quando dubitatur
de mente rescribentes. Et est ratio quia ista clausula apponitur con
tra ius & ideo restringenda. Sed opponitur supra e. c. ij. requiris so-
lu. ibi capitula erant connexa & ideo refertur ad omnia. hic autem
2 erant omnino separata ¶ † Opponitur lex dicit quod exheręda-
tio facta inter gradus licet sit odiosa & contra debitū naturale na-
turę descēdentis vt quando exheręedatur filius refertur ad omnem
gradum tam pręcedētem quā sequentem vt ff. de libę. & posthu. l.
sed si pepercerit. §. filius inter medias. ¶ Solu. illa clausula ibi ap-
ponitur ad essentiam actus qa gradus a quo filius esset perpetuo
pręteritus esset nullus ipso iure vnde ne testamentū vitietur refer-
tur ad omnia qa non est ratio quare magis referatur ad vnum gra-
dum q̄ ad reliquum. vnde no. dicit tex. C. de libe. pręte. vel ex hęre.
l. j. hęc autē clausula appellatione remota non apponitur ad essen-
tiam actus. sed per modum cuiusdā determinationis vel designa-
3 tionis. ¶ † Ex hoc not. qđ determinationes respiciunt determina-
bilia pręcedētia non sequētia. nō ob. ff. de leg. j. si seruus pluriū. §. fi.
a qa ibi clausula veniebat [a] ad declarationē non ad determinationē.
4 ¶ † Opp. ff. de leg. j. l. talis scriptura. solu. illa l. declarat in aliquo
passu istam materiam. nam aut clausula ponitur absolute aut res-
pectiuè aut dubitatiuę. primo casu refertur ad omnia secundo ca-
su generalis determinatio non refertur ad ea quę propriam deter-
minationem habent. tertio casu si capitula sunt connexa refertur
ad omnia. si autem sunt separata. aut repetitio facit actum valere
& intelligitur facta repetitio. aut tendit ad alium effectum & tunc
aut profertur contra iuris ciuilis regulas & restringitur ad pręce-
dentia: quia est irregularis ideo restringenda. Si autem talis clausu-
la compatitur se cum iure communi tunc ad omnia debet referri:
quia dicta in pręcedentibus videntur in sequentibus repetita si iu-
5 ris ratio non impedit. vt ff. de leg. j. l. licet imperator. ¶ † Et not.
quòd quandoq; loquimur de regula vel doctrina & illa refertur
ad omnia. vt ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. fi. quandoq; loquimur
de proemio vel euidentiali. & idem dummodo ratio proemij vni-
formiter adaptetur alias secus. ff. de hęre. instit. l. si. quandoq; loqui
mur de c. vel. §. & tunc nō refertur ad omnia quia. §. idē est qđ sepa
ratio. vt no. ff. de procu. l. non cogendū. §. Sabinus. quandoq; loqui-
mur de clausula quod est idē quod interpositio: & tunc aut pręedica
tur & refertur ad omnia aut in fine subijcitur: & idem nisi sit apposi
ta determinato modo. aut interponitur inter plura capitula & tūc
6 distinguè. vt s̄. dixi. ¶ † Clausula autē est quędā pars posita inter-
nrationes. sed quādoq; nō est clausula. sed quidā actus continuus
vt stipulatio. vel compositus. & tunc talia sunt subiecta qualia prę-
dicata demonstrant. vt ff. de verb. obli. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de
interro. actio. l. si defensor. ¶ Quandoq; est principale & accessoriū
& dicta in principali videntur reperita in accessorio. vt ff. si cer. pe.
l. lecta. quādoq, sunt plura quorū quodlibet habet pro se separatā
iuris vel hominis dispositionem: & tunc dicta in vno non vidētre-
petita in alio. ff. de ver. ob. l si ita stipulatus. §. grisogo. versi. sequens
stipulatio. quandoq; loquimur de conditione. & tunc quando cōdi
tio respicit determinabilia difformiter nō fit repetitio. ff. de leg. ij. l.
fina. §. Seio. ff. de condi. & demō. l. mulieri & Titio. Sed si ꝯcernit ea
vniformiter fit repetitio. probatur ibi vtrunq; membrū. ff. de vulg.
7 & pupilla. substi. l. iam hoc. ¶ † Et scias quod coniunctio copula-
tiua

ADDITIO.

a ¶ Vide per do. Fely. in c. in nomine. el primo de testibus. col. j.

tina plenam inducit repetitionem licet cócernat plura disposita.ff. de fide instru.l.Seio.§ gaio vbi tex.no & tamen quæ in eodem tempore non conueniunt non intelliguntur copulari:sed quodlibet distribui & adaptari suo tempore vt dicit illa l.no. C.de senten.& interlo.om.iudi.l.cum solitum. quandoq; loquimur de demonstratione vel declaratione:vt d.l.si seruus p urium. Quandoque loquimur de causa pone duę stipulationes factę sunt simul & in vna est expressa causa mutui & in alia non vtrum causa mutui intelligatur repetita.an vero intelligatur ex causa donationis.vt ff.de verb.obl. l.si diuortio. Ista materia non potest de facili terminari quia longa & subtilis est & facit quod nota.ff.de verbo.obli. l.tricitum.& ff.de iurisf om.iudi.l.si idem cum eodem.§.fina.Spec.de instru.edi.§.nunc autem restat.vel.item excipe quod talis clausula.& hic per Host.ē. & j.de do.c.cum dilectus & per Ber.s.de rescri.c. causam quæ.& c. olim.& per Bar.ff.de leg.iij l.in repetendis vbi vide. & facit. ff. de eden l.si quis ex arg §.initium tabularum.& ff.sol. matri.l.penul. §.
8 vxor.ff.de pac.l.item quia. ¶†Item not. hic quod verba indiffinita non referuntur ad futura nondum disposita. C.de vsu.l. per reterionem.Pone aliquis fecit pacem pro se & adherentibus suis pro quibus se obligauit.certe intelligitur de adherentibus præsentibus nō de illis qui postea fecerunt adherentiam.facit optime quod nota. Archi.xj.q.iij.excellentissimus.& ff.de verbo. obli.l. si a colono. &
9 s.de iureiuran.c clericus.¶†Item si quis obligauit se ad pacem seruandam pro se & filijs intelligitur de posthumis. vt ff.de testa. tut. l.si quis ita.secus si esset in actu fauorabili vt si recepi emphiteosim pro me & filijs intelligitur tam de natis quàm de nascituris: sed illud propter illius rei.i.emphyteosis naturam. vt ff. de mino. l.etiā in gl.valde notabili simile.ff.de verb.obliga.l.ita stipulatus & forte. Et idem est in indulgentia concessa alicui pro se & filijs: & quia videtur esse de omnibus cogitatum.vt ff.de libe. & posth.l.placuit. & l.cum quidam. quia quatenus personę patiuntur præsumitur concessio esse realis. C.de fide.com.l.volūtas deseruit.l.pater & qđ no: in l. forma.ff.de censi.& s.de institu.c.cum venisset.

CAP. LXXII.

1 *Beneficium restitutionis in integrum est singulare & ideo habet consortē & si vterque consors esset minor an restitutio vnius prodesset alteri.*
2 *Appellatio vnius an prosit alteri.*
3 *Appellatio an sicut prodest ita noceat desertio.*
4 *Corrumpi non debet ius alterius corruptione vel alterius inertia.*
5 *Supplicatio vnius ut alteri prosit an oporteat q̄ ipsi iuuentur iure communi & quid si iuuentur iure municipali.*
6 *Appellatio vnius an prosit alteri.*
7 *Condemnati si sint duo qui erant vere contumaces & vnus appellauit & errore iudicis obtinuit an prosit alteri.*
8 *Excommunicatus si quis sit à duobus iudicibus delegatis an iste dicatur innodatus duabus sententijs excommunicationis.*
9 *Consortes duo eiusdem litis si sint excommunicati si uuus eorum appellat an prosit alteri.*
10 *Procurator an possit interuenire quando appellatur ab excommunicatione.*

VNa sententia. Si sunt plures consortes cu iusdā litis, appellatio vnius prodest alijs si est eadem cā defension s. secus in resti.in integrum:vnde si minor & maior sunt condemnati, vel ecclesia & maior.Nam ecclesię non incumbit probare minorem ętatem:quia semper est minor:sed solum lęsionem:& si ecclesia restituit ad appellandum, vel ad totam causam non prodest hoc consortibus,nisi res sit indiuidua,vt est seruitus quæ dicitur indiuidua: quia pars seruitutis non est seruitus:vnde medietas vię non est via: quia nulla pars vię significat separata:ideo nō diuiditur. vt ff.de ser ui.rust.pd.l.vna est via.iō pars seruitutis nō est in cōmercio.vt ff.ad l.fal l.j.§.si vsufruc. & hoc est statutum authoritate veteri propter vtilitatem cōhentium & prediorum:& ꝓpter ipsam aptitudinē naturalem quæ indiuisibilis est.
1 ¶†Et not.q̄ beneficium restitutionis in integrum est singulare.& ideo habet cōsortem:sed quid sit vterque consors esset minor, nunquid restitutio vnius ꝓdesset alteri respondeo non:quia nō potest peti sine speciali mandato. vt ff.de mi
2 no.l.illud.§.fi.& l.se.& l.patri pro filio. ¶†Opponitur, & videtur q̄ appellatio vnius non prosit alteri.nam ex hoc sequeretur q̄ sententia lata cum vno,noceret alteri & processus. Item iudicium pendēs cum vno diceretur pendere cum alio: sed vtrunque[a] est falsum.vt ff.de iudi l.non ideirco. ff. de exceptio. rei iudi.l.si quis cum totum. §.& generaliter.ff.de inoffi.testa.l.circa. ¶Solu. ibi in causa principali,hic in causa appellationis.Nam hoc operatur coniunctio primi processus cum processu appellatorio. ¶Appellatio enim cum causa principali vno articulo comprobatur.vnde determinat:& de terminatum retinet qualitatem primitiui,quia inde habet originē. ff.de app si quis separatim.§.j.& ff.de exce.rei iudi.l. si mater.§.eandem causam facit origo petitionis.quod dixi in cā principa i est verum,nisi cā sit indiuidua.qa tunc cuilibet insolidum competit.vt ff. de neg.gest l.quia tiena s vno defendente.& ar.ff.de verb.obl. l.eadem.§.caro.& quod not.cod.ti.l.stipulationum. §.si fortem.Itē qđ dixi in causa appellationis prodesse,intelligitur pluribus concurrentibus,quorum si quod deficit,non proderit primo q̄ sint omnes ꝯdemnati vna sentētia & vno processu.hoc est quod dicit tex si p ures una sententia.in rubro & nigro. Secundo q̄ omniū sit eadem cā & ratio defensionis.ut d l si quis separatim §.q̄ est rescriptū. ¶Sed quid si sunt tres est eadem causa defensionis in duobus non in tertio.respondeo illis duobus propter causę coniunctionem sed ter-
3 tio non prodest propter causæ desiunctionem. ¶†Sed an sicut ꝓdest appellatio,ita noceat desertio.& si quidem renunciet appellationi ille cui prodest appellatio ex coniuncta non præiudicat appellandi: quia nemo pōt iuri alterius renunciare.vt ff.de contra tab.l. si post mortem.§.fi.& ff.de bo aut.iudi.pos l.cum vnus & ar.in l.fi. ff.de pac.Si vero renunciat ille qui expresse appellauit, potest dubitari,quia videtur non appellasse: ergo alteri non prodest.probatur per l.furti.§ fi.ff.de infa. ¶In cōtrarium videtur q̄ si colluderet ius
4 alterius corrumperetur. ¶† Porro non debet alterius corruptione vel inertia alterius ius corrodi.vt ff.lib.cau l.si pariter.& argu. C. de temp.in integ.resti.l.petendę. Nam nec uenditor posset renunciare appellationi in præiudicium emptoris arg.ff.de pig. l.si superatus. & si duo sunt rei debendi vel duo fideiussores.& vnus renunciat legis beneficio non nocet alteri.facit quod no.ff.de fideiu. l. si stip. §. si ex duobus.& ff.de consti.pec.l.vnde falsam & C. de nō nu.pe.l.tā mandatori & C loca l.si cum hermes. & C. ad velleia. l.iubemus. Requirit & tertium vt appellatio vnius prosit alteri.l.q̄ omnes iu-
5 uentur iure cōmuni. ¶†Quid ergo si iuuantur iure municipali? respondeo idem:quia omne quod est ius omnium ciuium reputat esse ius cōmune.Sed ius municipale est ius commune omnium ciuium illius ciuitatis & territorij sine differentia & acceptione personarā. ergo ius cōmune.vt ff. de iust.& iure.l.omnes populi. ¶Item constitutio episcopi generalis dicitur ius commune quia quod omnibus loquitur est ipsi statuenti & eius successori quia ius commune hoc operatur quia confirmat eam.Secundo ratione statuti non sub differentia statuētis vt eleganter no. Archi xj.q. iij.si is fecit Ioan.Andr. dicit quod in præcepto vel prohibitione nunquam contineretur persona loquentis vel eius successoris.vt ff.de arbi.l.penult.licet in contractibus & obligationibus sit secus.ut ff. de uerbor. obli. l.stipulatio ista habere licere. ¶Item si statutum est traditiuum alicuius formę bene includeretur persona loquentis ex natura regulę generalis de hoc no.in c.ij.de constitu.lib.vj.in noue la tamen ego sum
6 loqutus subtilius. ¶†Sed quæro in supplicatione utrum idem sit q̄ in appellatione an vero idem quod est in restitutione in integrum & uidetur q̄ idem quod est in appellatione.vt C.de preci.impe. offe.l.si libellum.quod est uerum si cōmuniter fuit supplicatum.licet ad unum tantum sit responsum secus si per unum per se tātum sit supplicatum,quia tunc alteri non prodest per eandem not.legem.
7 ¶†Quæro duo sunt condemnati & erāt vere contumaces vnus appellauit & errore iudicis obtinuit,quia verus contumax non appellauit nunquid prodest alteri, & uidetur q̄ non qa ei non erat aptū
8 ius appellan.ar.ff.ad trebel.l.si debitor.§.fi. ¶† Quæro aliquis est excommunicatus à duobus iudicibus delegatis nunquid iste dicitur innodatus duabus sententijs excommunicationis. & uidetur q̄ sic quia apud excommunicantes quilibet habet iurisdictionem insolidum.Dic cōtra:quia sequeretur q̄ non esset excommunicatus ab aliquo si esset bis excommunicatus:quia in executione quilibet iudex esset singularis.& certum est quod unius solius sententia nō ua
9 le et. ¶†Quæro duo consortes eiusdem litis sunt excommunicati unus eorum appellat an prosit alteri. Et uidetur q̄ non.quia à sentētia excommunicationis non appellatur.sed est quædam supplicatio. ¶Tu dic prodesse quia talis supplicatio accedit ad naturam appellationis & uocatur appellatio.ut s. eod.c. præterea requisisti.Itē sequeretur si socius meus remaneret excommunicatus q̄ ego qui uici remanerem interdictus: quia socius meus est excommunicatus statim debeo eum uitare.ut no. Arch.xj.q.iij. quoniā. unde quodammodo negociū est indiuiduum: quia non potest mihi consuli si non consulitur meo socio. argu. ff. de lib. le. l. si is qui duos quæ
10 l. est no. ad hoc. ¶†Sed nunquid quando appellatur ab excommunicatione interuenire potest procurator.& uidetur q̄ non quia absens non potest absolui.dic quód non potest reconciliari per manus impositionem,sed per sententiam potest pronunciare eum iniuste excommunicatum,ut not. Archi.xj.q.iij.cum aliquis.ergo eodem modo & per socium.l.ij.C.de consor.eius. litis.

CAP.

ADDITIO.

a ¶ Vide per.d.Fel.in c.cum inter col.vj.de re iudica.

CAP. LXXIII.

1 *Protestatio pro appellatione habetur vbi propter iustum metum non appellatur.*
2 *Protestatio requirit causam.*
3 *Iudex si non est in palatio causarū:sed in villa an teneatur potestas accedere ad villam.*
4 *Protestatio an possit fieri de nocte.*
5 *Protestari si quis timet quid iuris.*
6 *Causa non sufficit nisi in protestatione deducatur.*
7 *Apostolos an iste qui protestatur debeat petere.*
8 *Protestatio an deuoluat ad superiorem causam nullitatis sicut appellatio.*
9 *Protestari ratione metus est licitum.*
10 *Vim populi quem aduersarius concitauit si quis timet & ob id ad tribunal. accedere timet an sit iustus metus.*
11 *Iustitiam si habebam in quadam causa testes autem dicebant mihi non deponemus veritatem nisi decem hoc timore perterritus dedi eis decem tandem deposuerunt pro me an testimonium sit validum.*
12 *Recedere ab appellatione an uideatur ille qui appellauit & metuit ne iudex amputari sibi manum faceret ad quam erat condemnatus si mille non solueret & soluit illa mille.*
13 *Confessum dicens se metu tormentorum qualiter hoc probabit.*

1 SI iustus. † Protestatio pro appellatione habetur vbi propter iustum metum non appella-
2 tur.¶†Not. tñ ꝙ ista protestatio requirit causam. nam informis protestatio non valet.& simile dicimus in nūciatione noui operis ꝙ ille qui initiat debet exprimere causam. vt not.ff.de no.oper.nun.l.non solum. §. si cum iure. sed contrarium no.eo.ti.l.j.in prin.ꝙ non requiritur causa nunciatione noui operis sed in prosequendo ipsam nūciationem in iudicio. ¶ Ego dico ꝙ requiritur causę expressio quando causa est de substantia protestationis sicut est hic metus. ¶Item sicut est causa in appellatione ab interlocutoria:quia est præsumptio iuris contra eum qui nō exprimit causam pro iudice præsumatur inquātum ad officium suū spectat.Not.tamē ꝙ ista protestatio requirit tempus.s.ꝙ fiat intra tempus appellandi:& est ratio quia subrogatur loco appellationis: & ideo intra tempus appellañ.debet fieri alioquin deserto tempore appellandi nulla posset esse subrogatio.vt l.bonorum.ff. rem ra. ha.l.fi.eo.tit. item requiritur ꝙ ista protestatio fiat coram iudice à
3 quo si eius copia potest haberi.¶†Sed nunquid si iudex non est in palatio causarum:sed in villa nunquid tenetur potestas accedere ad villam:dic ꝙ nō:sed debet accedere ad locum causarum & ibi iudicis præsentiam requirere.tex.est not.ff.quādo ap.sit l.j.§.appellādi.
4 ¶†Sed nunquid ista protestatio possit fieri de nocte.respondeo sic si habetur præsentia iudicis: alias secus quia non intelligitur iudex suam præsentiam non facere sed facere non debere. vt d. l.j. §.dies. ver.quid igitur si conditio ore.vbi est tex.singularis. Item si nō potest haberi præsentia iudicis debet fieri in præsentia bonorum virorum clericorum vel laicorum non curo.ff. de iure do.l promittendo.in princ.Item sufficiunt duo boni viri. vt ff.de testi l.vbi numerus.Item requirit ꝙ ista protestatio fiat in scriptis nisi forte fiat illico sicut appellatio.vt C.de appel.l.litigatoribus.¶ Quæro quid est dictum iustus.respondeo.i. probabilis vt non consideretur qualitas grauati:sed æquitas iudicantis vt s̄ de exce.cum inter. & sic nō sit vera opi.dicemus per istud. c. quod si iste aliquid commisit propter qđ oporteat eum timere nō habeat hoc remedium secundum Io.An.arg.ff.de mino.l.Papinianus exuli. & de re iudi. c.pastoralis.
5 in cle.¶†Quæro quid si quis timet protestari sicut appellare.respōdeo non oportet quod protestetur in facie iudicis: sed sufficit qđ coram amicis & publice protestetur.vt ff.de no.ope.nū.l.de pupil-
6 lo.§.si quis.in fin.& l.iij.C.de his qui per me.iudi.nō appel.¶†No. hic quod non sufficit causa nisi in protestatione deducatur. sic. C.
7 de an.exceptio.l.vt perfectus.¶†Quæro nunquid iste qui protestatur debeat petere apostolos:& videt quod sic:quia protestatio succedit loco appellationis.& eodem modo currunt fatalia vt hic in verbo intra tempus.& d.l.ij. C. de his qui per me. iudic.Non puto quod sit necesse petere apostolos:quia illud non est iure cautum ni-
8 si in appellatione proprie sumpta.¶†Sed nunquid ista protestatio deuoluit ad superiorem causam nullitatis sicut appellatio. puto ꝙ sic.& eodē modo coram superiore formabitur libellus.arg. l. j.§.j.
9 ff.si quis te.li.es.iu.s.fue.quia eadē æquitas est.¶†Not.ꝙ ratione metus licitum est protestari.ff.de acqui.hæred.l.qui in aliena.§.celsus. & ꝙ qui non protestatur ius suum negligere videtur si tamen non audet protestari habetur pro protestante.vt no.in l j.§. quæ honorandę.ff.qua.re.ac.non datur.¶ Porro scias quod metus est mentis concussio siue trepidatio proueniens ex aliquo accidenti terribili siue in proprio corpore:siue in coniunctis personis vsque ad septimum gradum pro quibus potest quis sentire defensionem armorum.vt no.ff.de iusti.& iur.l.vt vim. Nam naturalis affectio hoc facit:quia q vnū de agnatione tangit totam agnationem tangere videtur:vt dicit illa.l.no.C.si qua pı ędi.potestate.l.j. Sane quandoq; quis timet de homine & tormentis eius:vt hic.& C.de transac.l.interpositas & C.de app.l.cum quidam.& quandoque timet vim fortunę vel vim diuinam. vt ff. de dam.infect.l.fluminum.§ seruus.&
10 de ista non loquitur hic.¶†Sed quid si quis timet vim populi quē aduersarius concitauit & non iuste tribunal accedere timet respondeo iustus est metus maxime in Roma vbi de facili populus concitatur ad rumorem.nam Roma dicit esse caput auaritię & fluctuationum:quia hodie Romani pessimam conscientiam possident.vt no.ff.de vsucap.l.sequitur.& in ipsa ciuitate pueri efficiuntur citius doli capaces secundum gl.quæ ita diffamat vrbanos in d.l.sequitur.
11 §.pupillus.sed illa fuit gloss.Io.ful.cremonensis. ¶†Iuxta prædicta quæro:ego habebam iustitiam in quadam causa:testes dicebāt mihi non deponemus veritatem nisi des decem hoc timere perterritus dedi eis decem. tandem deposuerunt pro me. quæritur vtrū valeat testimonium. & eadem quæstio fit si dedi iudici vtrum valeat sententia:& u idetur ꝙ non.vt l. venales C.quando prouoc.nō est neces.Dicit Archi.ꝙ licitum est dare pecunium iudici & testi p vera sentētia.& pro vero testimonio dummodo detur publice nō secreto : nec ista dicitur corruptela sed cautela & redimere vexationem suam secūdum Archi.qui ita no.xj.q.iij.qui recte. Et ideo si iudex non uult facere tibi iustitiam sine symonia ex parte tua sis cautus si potes ꝙ ei des pecuniam coram duobus testibus & tabellione.alioquin omnino abstineas. Et multo fortius est licitum informare testes non in secreto nec in camera:sed palā qualiter reddant verum testimonium:vt eligant er no.Rofre.in ti.de senatuscō
12 sulto liboniano.¶†Quid de eo qui appellauit & metuit ne iudex amputari sibi faceret manum ad quam erat condemnatus si mille non solueret so'uit illa mille vtrum ab appellatione recedere. videatur.respondeo non.imo potest eam prosequi & si vincit pecunia debet ei restitui.ff. de appella. l.cum ex causa. qui casus non est alibi.Et ibi est expressum quod qui non propria voluntate facit cō-
13 tra ap.sed compulsus non videtur appellationi renunciare.¶† Vltimo quæro quidam dicit se confessum metu tormentorum qualiter hoc probabit cum metus sit intrinseca mentis qualitas.respondeo per approximationem armorum vel curli siue ber.ing.vt l.j.C. vnde vi.Item per cōsuetudinem illius prætoris.vt no.Bar. in d.§.si quis ipsi prætori.Item per præcedentem tormentationem uel terribilem comminationem.ut C.de appel.si quis prouocatus.& l.nouissime.§ j.ff.de fa l.tuto.aut.vbi est tex.no.ꝙ paria sunt;timere torturam futuram & præsentem metus ēt carceris nisi carcer adhibeatur s̄m ordinem iuris metus torturę est.ut s̄.eo.c.dilectis.& ff.quod metus causa.l.qui in carcere. si quis tamen verisimiliter non erat alias facturus. vt ff.de testa.l.qui a latronibus.Bal.

¶ De clericis peregrinantibus. Rubrica.

1 *Peregrinatio multiplex est.*
2 *Clericis non est licitum peregrinari absque licentia superioris sui nisi ex causa appellationis.*

1 ¶†Peregrinatio alia mala vt exilij uel causa pirraticę & ista non p-dest.Nam contra istos possunt fieri processus.vt no.in l. ad cognitionem.ff.qui.ex cau.in pos.ea.vbi optima glo. Alia bona cum pro lucro captan. vt causa mercantiæ vt faciunt Ianuenses & ista est: amica populis:quia mundus non potest sine mercatoribus viuere: tamen non est priuilegiata aliquo priuilegio redacto in corpore iuris licet gratiose à principibus sępe multas habeant immunitatę & exemptiōes que eis benigne & sine cauillatione custodien. sunt. Municipia autem non possunt has immunitates concedere:vt singulariter not.C.de decurio.l.vacuatis.lib.x. Alia melior pro virtute quęrenda causa studiorum & ista est in aliquibus priuilegiata.C ne fil.pro.pa.aut.habita. Alia optima pro salute animę:vt quando visitantur limina apostolorum.xxiiij.quæstio.iij.si quis romipetas. alia impetuosa ex vi diuina.ff.de publ.l.cesar.ff. de dam. infec.l fluminum.§.seruus. Alia necessaria sed non præcisa in causa appellationis. Alia necessaria & præcisa:vt si Papa uocat prælatos ad conci-
2 lium.s̄. de appella.cum parati, ¶†Et not.quod clericis non est licitum peregrinari absq; licentia superioris sui nisi ex causa appellationis secūdum Inno.recepti sub protectione Papę sunt fauoribus prosequendi:sed non propterea liberati ab ordinarijs suis de priui. si Papa.l.ib vj.& hoc no.per Archi.xxv q.ij.c.de ecclesiasticis.

CAP. I.

1 *Peregrinantes ad Papam cum rebus suis sub apostolica protectione consistunt.*
2 *Peregrini an retineant possessionem naturalem.*
3 *Recepti sub protectione ecclesiæ habent priuilegium clericorū & ecclesiasticarum personarum.*

Con-

1 Onquerente. † Peregrinantes ad. Papam cum rebus suis sub apostolica protectione consistunt. Idem in peregrinantibus ad Sanctum Iacobum vel beatum Antonium. vt C. de sacrosanct. eccle. auth. omnes peregrini & aduen. ¶ Casus. ponit Quidam presbyter dum vellet ad curiam accedere nomine proprio expresse res ecclesie & suas sub protectione sedis apostolice; vnde immediate aduersarij sui occupauerunt possessionē Papa mādat quod omnia occupata & substracta restituantur, q. i. so. itinerant sub protectione ecclesie. Quero quis eorum nomine possit agere. respon. omnes persone q̄ con
2 tinentur in l. ij. C. si per vim vel alio modo. que est lex not. ¶ † Quero vtrum isti peregrini retineant interim possessionem naturalem. de ciuili enim non est dubium quia eam retinent animo. & videtur quod non. ... possessionem ... qui ad nundinas. ¶ In contrarium videtur quia ... & protectione retineāt veram possessionem, scilicet naturalem & ciuilem. vt protectio aliquid operetur. Sed certe dicendum hic quod iudices etiam ex officio tenentur istos restituere ... pendente appellatione restituuntur ... & puto quod sic vnde sufficit quecunq; ... liceat non in modum libelli & hoc per illam ... quia prelulatus. Sed quero nunquid isti poterunt capi per represalias. respondeo non quia sunt sub protectione ecclesie casus est hic. ¶ In text. ibi: intelleximus. de hac forma ... Ioan. And. infra de rebus eccle. non alie. c. episcopi. in glo. ... ¶ Et nota quod ecclesia Romana habet ex cōsuetudine vt ter in anno excommunicet eos
3 qui tales offendunt in eundo stando & redeundo. ¶ † Et sume hic argumentum quod recepti sub protectione ecclesie habent priuilegiū clericorum & ecclesiasticarum personarum; & ideo iudicem ecclesiasticum habent protectorem: quod nota. Baldus.

¶ De confirmatione vtili vel inutili. Rubrica.

C A P. I.

1 *Vitium litigiosi impedit principis confirmationem.*
2 *Confirmatio facta in forma communi quid operatur.*
3 *Papa si confirmauit alicui beneficium ecclesiasticum an inferior poterit cognoscere de intentione principis.*
4 *Inferior an possit cognoscere de validitate concessi.*
5 *Confirmatio quando est facta sine causæ cognitione, an vera vel falsa sit confirmatio, solus Papa cognoscit.*
6 *Princeps si confirmat contractum an ista confirmatio aliquid operetur.*
7 *Confirmator sententie an habeat cognoscere de processibus.*
8 *Successor an teneatur confirmare factum predecessoris.*
9 *Confirmatio & priuilegium an inter se differant.*
10 *Confirmatio non mutat naturam eius quod confirmatur.*
11 *Clausula ex certa scientia, que idem operatur quod derogatoria specialis, non apponitur in forma communi.*
12 *Pater an possit petere confirmationem status filiorum.*
13 *Imperator si confirmauit testamentum, in quo erat clausula irreuocabilitatis quid operatur illa clausula.*
14 *Decretum an possit confirmare contractum ex interuallo.*
15 *Papa si ex certa scientia confirmauit testamentum vsurarij manifesti non prestita cautione, an testamentum sit nullum.*
16 *Donatio causa mortis an sit inualida nisi sit prestita cautio.*

SI quis. Casus huius capituli & sequentis de re scienter confirmata per Papam iudex inferior non cognoscit nisi tempore confirmationis res esset litigiosa, vel confirmatio aliàs surreptitia. ¶ Casus. Aliquis mouit questionem contra aliquem super re aliqua. re sub lite pendente impetrauit à sede apostolica confirmationem rei litigiose; quesitum fuit an per hoc iudex supersedere debeat cognitioni cause. respon. non secus si confirmatio fuit facta antequam res esset litigiosa: quia tunc nulli licet cognoscere sine mandato Pape. ¶ † Not. quòd vitium litigiosi im-
1 pedit principis confirmationem. sed contrà ff. si quis cau. l. qui autem. sol. ibi loquitur quando princeps concessit solenniter & ex certa scientia. Preterea ibi concessit priuilegium fori, nō priuilegium rei litigiose. & facit. C. vnde vi. l. autoritate. ¶ † Quero quid opera-
2 tur confirmatio facta in forma communi? respōdeo nihil operatur quo ad rei concesse validitatem nisi fiat ex certa scientia vel cū cau
3 se cognitione. infra. c. proximo. & s. de offic. delegati. c. studuisti. † Pone Papa confirmauit alicui beneficium ecclesiasticum: nunquid inferior poterit cognoscere de intentione principis. certū est quod nō cognoscit de ea nisi princeps; vt C. de leg. l. finali. de reg. iuris. l. necessariis. nisi intentio principis sit nota per rationem naturalem: quia ius naturale commune est omnibus magistratibus. ff. de vulgari
4 subst. l. ex facto. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. & si maxime. ¶ † Sed nunquid potest cognoscere de validitate concessi; dicit Io. And. supra eo. ti. cum venisset. quod inferior non potest cognoscere de beneficiato. i. an sit dignus vel capax necne. C. de cri. sacril. l. infrat. sed bene potest cognoscere de beneficio: puta an valeat necne & idem in priuilegio vt si. princeps priuilegiauit me de aliquo castro posset ordinarius cognoscere an esset vacans necne. Item an per obreptionem impetrauerit necne. ¶ Sed de persona mea an sit incapax vel ne cognoscere non potest. In confirmatione autem dicas aut confirmatio est facta sine cause cognitione & non valet. & inferior potest cognoscere de beneficio aut cum cause cognitione & ex certa scientia. & tunc diocesanus non potest cognoscere: quia omnia merito nostra facimus; quibus nostra autoritas impartitur. vt l. ij. C. de veteri iur. enucle. & predicta habent locum in cōfirmatione speciali. Sed confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis vt notatur in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.
5 & in c. j. de lege cora. col. x. ¶ † Adde dicit Innocentius quòd quādo est facta confirmatio sine cause cognitione an vera vel falsa sit confirmatio solus Papa cognoscit. sed in rebus cognoscit iudex qui inceperat cognoscere de causa: puta beneficio electione vel dominio Innoc. si autem fit cum cause cognitione confirmatio electionis vel beneficij facit ius apud omnes Innoc. ff. de adoptio. l. adoptio non iure facta dummtamen sit facta citatio generalis per
6 edictum. ¶ † Pone quòd princeps confirmat contractum vtrum ista confirmatio aliquid operetur: & videtur quòd vestiat pactum nudum. vt l. legitima. ff. de pactis & suppleat defectum si quis est de iure ciuili propter aliquam solennitatem intrinsecam vel extrinsecam. vt l. j. ff. de testa. mino. in contrarium videtur. C. de inofficio. testamen. l. si quando in principio. C. de decurio. l. si quos libro.
7 x. ¶ † Quero an confirmator sententie habeat cognoscere de processibus. respon. sic. id est de ordine iudiciario sed executor sententie non habet cognoscere de ordine processuum vel iustitie ita eleganter dicit hic Inno. & ego dixi supra de re iudi. c. decetero. Item not. quòd in confirmatione sententie sunt duæ sententie validæ: tamen secunda dependet a prima in materia & forma. ff. de li.
8 le. l. aurelius. §. testamento facit. ff. de vsufruc. l. fin. ¶ † Quero nunquid successor teneatur confirmare factum, predecessoris. respon. aut est factum bene & tenetur ratificare aut male & tunc secus. vt in c. j. qui succe. tene. col. x. & ibi dixi & not. per Archidiaco. xxv. questione. ij. decessor. tamen antecessor non potest mittere falcem in tempus successoris vt si vellit locare redditus in tempus successoris & fructus recipere pro futuris annis quia ei non plus acquiritur quam ratio administrationis permittat. nam quoties tempora distributa non cadunt in eodem subiecto: sed in diuersis personis tot sunt contractus quot pensiones. ff. de sti. ser. l. si seruus communis vicini. §. fina. vbi est melior textus qui sit in iure. Si autem est vna obligatio perpetua continua & nō discreta & rationabiliter celebrata successor tenetur confirmare factum predecessoris & ipsū
9 reuocare vt extra de solu. c. j. ¶ † Modo quero an sit differētia inter confirmationem & priuilegium respō. sic: & diuersus est stylus: vt no. Archidia. xxv. questione. ij. § j. Ibidem ait quod confirmatio ad titulum possidendi nihil addit nisi habeat vim col ationis
10 de nouo. ff. de mili testa. l. tribunus. §. vlti. ¶ † Idem ait quod confirmatio non mutat naturam eius quod confirmatur: nam codicilli confirmati in testamento retinent naturam codicillorum: & nō assumunt naturam testamenti: vnde in ipsis non potest directo substitui. vel etiā tutor dari. cuius autoritate hæreditas adeatur. vt ff. ad trebel. l. Sceuola. ¶ Idem ait quod Papa confirmando iuri nullius vult derogare. ad hoc. ff. de vulga. substi. l. ex facto. Idem ait quod inferior potest cognoscere de cōfirmatione Pape vt si obijciatur falsi suggestio. i. surreptio. vt j. eodem. c. nam non licet beneficium principis per fraudē interpretari. vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac § patronum. ¶ Idem ait quod quando Papa cum cause cognitione ex certa scientia confirmat talis confirmatio eneruat cognitionem iudicis. vt s. de transac. c. j. Sed si confirmatio fiat sim-
a pliciter nihil operatur nisi dubium super impetratis de nouo oriatur: qa illud est decidendū per Papam secundum Archi. qui ita no.
11 eleganter vbi. s. ¶ † Adde & dic quod in forma communi nō apponitur clausula ex certa scientia que idem operatur quod derogatoria specialis nec clausula non obstante que non debet generaliter proferri: sed verbis specialibus quibus etiam verba generalia possunt subiungi secundum Archid. ibidem. ¶ Ego puto quod sicut sufficit dicere ex certa scientia in genere: ita sufficiat dicere nō obstante aliqua lege qa princeps omnium legum habet scientiam. de hoc

ADDITIO.

a ¶ Adde ad materiam confirmationis pulchram questio. quam ponit. d. Ias. in aut. si quis in aliquo. in penul. col. C. de eden.

hoc dixi in materia feudorum in c.naturales.ff de feu. fuc. contro.
12 vbi videas in lect.mea.¶ † Quero an pater possit petere confirma
tionem status filiorum.textus est in suppletione.ff. de ritu nuptia-
rum.l.qui in prouincia,§.j.nec est opus citari agnatos etiam si filij
sint incestuosi textus est ibi solitarius. An quis possit petere con-
firmationem sententię,que transiuit in rem iudica. videtur quod
non quia frustra imploratur quod est ipso iure concessum,l.si quis
sub condi.§.finali.ff.de conditio.insti.l.j.Ç.de thesau. lib. x.& ideo
non procedit petitio quę nihil potest operari. Solu. dic quòd
imo potest & multa operatur secundum Innoc.vt ff. de noui oper.
13 nun.l,de pupillo,§.sin autem.¶ † Sed ecce imperator confirmauit
testamentum in quo erat clausula irreuocabilitatis.respon.illa clau
sula non plus operatur quàm si princeps non confirmasset. C.de
testa.l.omnium pone testator ad confirmationem illius clausulę
constituit se possidere pro hęredibus vel legatarijs.respon.non va
let vt precarium:quia nemo rem suam precario rogare potest: ta-
men hęres & legatarius possunt mortuo testatore ingredi posses-
sionem;quia testator potest;pręuenire mortem tradendo ff. de lę-
14 ga.ij.l.Lucius,& not.hoc dictum quia nouum.¶ † Quęro vtrum
decretum possit confirmare contractum ex interuallo. & videtur
quod non, quia decretum est solennitas necessaria & solennitas
debet cohęrere actui cui alias debet inesse.rñ. ꝙ confirmat vt nũc
ex repetito consensu nõ retro.ff.de offi procon.l.obseruare,§ fi.ta
men non est necessarius in ecclesiasticis alienationibus nouus tra-
ctatus.arg.in l.j.in fi.ff de do.prelcg.item etiam requiritur consen
sus vtriusq; partis.vt C de nupt.l.si vt proponis l. fi. C, cõmu.prę-
di.vnus tamen tractatus est,& ideo non est necesse quod iterũ con-
trahatur.ff,de secun.tabu.l.qui ex liberis.§.testamento.ff. de proba.
l.cum tacitũ.& not.quod vbi est decretum ibi pręsumitur ꝙ nulla
15 deceptio interuenit.tex.est nota.in l.j.C.de prę i.curi. li.x.¶ † Sed
quid si Papa ex certa scientia confirmauit testamẽtum vsurarij ma
nifesti non prę̃stita cautione;nã istud testamẽtum est,aliquod de iu
re gen.& etiã de iure ciuili.vt ff.si cer.pet.l.eius qui in prouincia.in
prin.Secus de iure canonico quod in hoc corrigit ius ciuile & om
nia statuta municipalia quę in contrarium loquuntur; nam statu-
ta talia sunt in pręiudiciũ animę & ecclesiasticę iurisdictionis;quia
causa vsurarum & pęna est de iurisdictione ecclesię & iõ sũt nulla
ipso iure:vt in c.quãq.de vsur.lib.vj.Itẽ quod valeat confirmatio.
facit,C.de test.l.omniũ.nam pręstare cautionẽ est quędã solẽnitas
extrinseca quod apparet;qa est cõtractus & nõ vltima volũtas;vn
de non est quid intrinsecũ vltimę volũtatis; sed quoddã extraneũ
quod sufficit etiam ex interuallo interuenire.vt not.in d.c quanq̃.
16 ¶ † Porro in donatione causa mortis non reperitur l. cautum qd
nõ valeat nisi sit prę̃stita cautio dicas ꝙ si ex tali donatione cõsue-
uit oriri actio ex testamẽto & nõ valet,aut ꝯdictio ex lege vel actio
ex stipulatu:& tunc valet:qa vsurarijs manifestis non est interdictũ
cõtrahere sed testari inter quę est discrepantia.vt ff.de verb.sign.l.
verba gesserũt.¶ Quãdo autẽ oritur condictio ex lege no.ff.de le.
ij.l cũ pater.§.nemo.quę dicit ꝙ cõdictio ex lege si quis argentum.
habet locũ in donatione causa mortis.que glo.non est alibi.sol.pu
to quod confirmatio dicti testamenti facta per papã & nõ per alii
etiam imperatorem det dicto testamento validitatem qa Papa po
test tollere suum statutum.vt ff.de legi.l.non est nouum Bal.

Lectura aurea D Baldi de Perusio super Secundo Decretalium ad laudem omnipotentis Dei fœliciter explicit.

BALDI PERVSINI
Commentaria ad lib. Tertium Decretalium.

¶ De vita & honestate clericorum. Rubrica.

Vita est triplex.
Vita disciplinę est duplex.
Vita particularis quę sit, & qui in ea viuant.
Vita dicitur quędam disciplina secundum quam decet viuere omnes qui in ciuitate sunt.
Vitę tertia species principalis est vita gratię.
Vita diuiditur in actiuam & contemplatiuam.
Homo ex corpore & anima & mente consistit.
Honesta dicitur quasi honoris seruans statū & sororizat cum verecundia.
Pertinet ad honestatem clericorum non solum honestè & parcè viuere sed à vestibus sordidis abstinere.
10 *Ignis inferni quomodo non consumit in inferno detentos.*
11 *Loca pœnarum & inferni sedes incognita fuerūt ante resurrectionē lazari.*

¶ † Triplex est vita scilicet naturę disciplinę & gratiæ, & cum loquimur de vita intelligimur loqui secundum naturam non secundum fictionem: quia omnis rerum proprietas in natura consistit. ff. de verbo. obli. l. ex parte. §. fi. de iure fis. l. status. §. cornelio. nisi iure de qua agitetur repręsentetur idem effectus per iuris dispositionem secundum quam dicimus quòd deportatus habetur pro mortuo. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. & quid si tantum. ¶ † Vita autem disciplinæ est duplex: scilicet religiosorum: vt in aut. de mona. §. cogitan. & aliorum clericorum collegialiter viuentium exemplo apostolorum. vt. ĵ. e. c. quoniam. xxxij. distin. pręter hoc. de consecratio. distin. v. c. in omnibus. secundum Gof. ¶ † Vita autem particularis est quando clerici seculares viuunt quilibet in domo propria non sub eodem tecto. viuentes enim sub eodem tecto dicuntur viuere in communi: sed viuentes seorsum vnus ab altero ducunt uitā particularē. & est simile. ff. ad sil. l. j. §. occisorū ponitur autem vita vno modo pro coniunctione animę corporis. Nam quandiu anima est in corpore etiam si homo sit ita proximus morti quod nullum habeat officium vitæ: tamen adhuc viuere dicitur, et occidens eū punitur tanq̄ homicida. vt l. in hac. ff. de triti. & ff. ad l. aquil. l. huic scripturæ. & hoc patet qa viuus moritur: mortuus autē nō moritur nec vulneratur. vt no. in l. j C. qui accu. nō pos. & ff. de ma. te. l. qui duos. & secundū hunc modū intelligēdo sumitur id quod dicit philosophus, quod viuere viuētibus est esse. ¶ Alio modo intelligitur vita pro his quæ sunt ad vitam. l. pro cibo & potu & alijs necessarijs quę cedūt in via nutrimēti: sed de medicinis est dubium vtrū ɔtineantur verbo victus. & dicendū est quod sic, si sufficit modica impensa licet nō ɔtineatur nomine alimēti: qa nō est alimētū nisi qđ ɔuertitur in nutrimētum non id quod vadit ī secessum. i. qđ nullo modo côuerti potest ī nutrimētū: vnde si testator legat uxori vitā in domo intelligitur ēt de medicinis secundū quosdā: sed alij dicunt qđ istud legatū est benigne et plenè intelligēdū vt ff. solu. matri. l. si cū dotē. §. sinautem in seuissimo. et ar. ff. cômo. l. in rebus. §. possūnt. vt debeant alimēta nō solū sibi sed etiam familiæ sibi necessariæ. arg. ff. de iud. l. non alias. ¶ † Secūdo modo principaliter dicitur vita. i. quędam disciplina: secūdū quā decet viuere omnes qui in ciuitate sunt si respicit vniuersum nō ī vniuerso. vt l. ij. & ȝ. ff. de le. sed si respicit vniuersū nō in vniuerso sed in aliqua parte: puta de disciplina militari vel scholastica vel simili: tunc non sumo intellectū vniuersi pro integro vniuersali: sed put adaptat illi parti: qa modus intelligen. & mod° ppriè significādi sunt vnū & idē: & sumitur a ppprietate materiæ. vt ff. loca. l. si vno. & ff. de vsu. l. si stipulatus. Est aūt diciplina idem ꝙ sapientia rectè & moderatæ viuēdi: iuxta illud psal. apprehēdite disciplinā domini. ¶ † Tertia species principalis vitæ est vita gratiæ quā mortales non possunt perfecte consequi nisi prius moriat caro cum suis vitijs: vnde dicit Augu. non habemus hic manētem ciuitatem sed futuram inquirimus. nam in ista valle lachrymarū nō est aliquod perfectum bonum vbi diabolus habet potestatem tentandi licet non plecēdi. ¶ Porro homo est subiectus diuersis pressuris: vnde animalia quęcunque minuta possunt interficere hominē vel saltem molestijs afficere. Sane certū est aliquā esse vitā beatā: sed non est hic. ergo ad eā habendā oportet hominē mori & dissolui: vnde Aposto. in felix tu quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur. ¶ † Vlterius dico quòd duplex est vita. s. actiua, & contēplatiua: vt in c. nisi de renuntia. & de regula. c. licet. vita contemplatiua seipsa contenta est determinatur ab extra. Sane hoc naturaliter patet ꝙ vita naturalis in corpore isto non p̄sumitur durare vltra centum annos illi qui celebrarunt ea præsumuntur non viuere. vt no. l. ij. §. si dubitetur. ff. quem ad. testa. ape. et C. sol. matri. l. si quidem. ff. de iud. l. proponebatur. C. de sac. san. eccle. l. fi. & no. Inno de verbo. signi. veniens. Illud etiam est bene notandum quod si quis fecit aliquam promissionem cuius executio tendit ad mortem vel amissionem alicuius membri, ꝙ non tenetur eam obseruare. vt no. Innoc. ſ. quod me. cau. c. cum dilecti. qa nemo est dominus membrorum suorum. vnde qui promisit reuerti ad inimicum, & si reuertatur iugulabit eum: non obligatur ex fide promissit quod dat materiam delinquendi. ff. de fideius. l. si à reo. §. si reo. facit. ff. de neg. gest. l. nam & seruius. in prin. & quod no. xxiij. q. v. c. cū homo. Bal.
7 ¶ † Dicit Remigius quòd homo ex corpore & anima & mente consistit quę & rationabilitas animę dicitur, & cum vnum sit anima & mens diuidamus hic animam quę viuificat corpus & mētem que regit animā. vnde Aposto. dicit vitam significari per animam & virtutē p mētem. hęc ille super epistola pauli ad Romanos. Porro anima naturalis perficit naturam suam intelligen. semper virtute celesti ministrāte & no.
8 ¶ † Sequitur in rubrica de honestate clericorum & dicendum est ꝙ honestas & verecundia sororizant & vtraque castis moribus p seuerat. dicitur autem honestas quasi honoris seruans statum: vt no. ĵ. eo tit. in rubri. lib. vj. per Io. an. & ideo si testator legat mulieri donec honestè vixerit intelligitur donec honorem suum seruauerit. Sane honor non potest precio nummario ęstimari. vt ff. si qs omis. cau. test. l. iulia. nec potest honor cum malis moribus commisceri: vt C. de secun. nup. l. j. & ff. ad trebel. l. facta. §. sub conditione. & ff. de cōd. institutio. l. filius. ff. de verborū significationib°. l. nepos Proculo. Augetur enim honor per dignitatem. vt ff. de condi. et demonst. l. falsa. §. j. & sacerdotium facit quasi nouū hominem. ff. de arbitr. l. nō distinguemus. §. sacerdotio. & q acquirit
9 honorem acquirit vtilitatem. vt ff. de iudi. l. si long us. §. fi. ¶ † Ad honestatem autem clericorum pertinet non solum honestè & parcè viuere: sed à vestibus sordidis abstinere: qa vestes sordidę inducunt pudorem. vt ff. de iniur. l. vestem sordidam. & econtra debent abstinere à vestib. nimis preciosis Nam licet ipsi sint milites dei non tamen sunt milites seculi. debent ergo indui vestibus mediocribus, & pōpas vestitū dimittere ēt si prius fuissent, milites seculi. qa non debet amodo se ɔformare militib. seculi sed militibus dei. vt in c. j. de mili. vasal. qui ar. bel. depo. col. x. Et not qđ quidā
10 sunt in vita naturę & tamen sunt in morte gratię. ut inferi qui nō sunt in gratia gratum faciente nec in gratia gratis data. ¶ † Et si queris quomodo ignis inferni non consumit eos. dicunt quidam quòd ille ignis non est materialis. Sed in uita beati Nicholai legitur quòd est materialis materię sensibilis & non visibilis. & est quædam species ignis de p se & hoc refert magister historię scholasticę super genesi in c. de electione hominis de paradiso. Item de tribus sectis iudeorum à communi uita & opinione distantibus tractat idem magister in historijs euangelicis. in c. de tribus sectis iudeorum. & est pulchrum videre & scire quomodo se habet ad sectam catholicam christianorum nam multa plusq̄ mora
11 lia ibi inuenies. ¶ † Dicit magister historię super euangelio in c. de alabastro vnguenti, quod loca pęnarum & sedes inferni fuerūt incognita ante resurrectionē Lazari. idem ait in c. de lunatico sanato & c. lunatici plerunq̄ nō ex uitio lunę patiunt: sed demones eos uexant illis temporibus ut per lunam infamēt creatorē lunę. idē ait ꝙ quare deus facit hominem quē damnādum preuiderat non est inquerēda ratio: qa deus est maior omni ratione. & ista dicitur pręuidentia non prudentia. illi autem qui sunt salui pro prouidētia
12 dei sunt à quo dependet omnis salus & omne bonum. ¶ † Ex mala conuersatione oritur suspici infamiæ. & ideo clerici ab ea debent totaliter abstinere. Itē debent cauere ne uideant res impudicas q̄ infestāt oculos. ut l. cū supra uiuentes. C. de re milit. lib. x.

C A P. I.

1 *Dictio secus localiter exponitur. i. iuxta.*
2 *Laici quando diuina celebrantur si sedeāt uel stent inter clericos sunt eijciendi non puniendi.*

VT laici. Statuit concilium vt laici quãdo diuina misteria celebrantur stare vel sedere non audeant inter clericos: sed in parte ecclesię quæ ab eis distinguitur p cancellos. Orare autẽ possunt in sancta sanctorum. et dr̃ sancta sanctorũ latior pars ecclesię. No. quod loca debẽt
1 distingui ne diuina turbentur officia. ¶† In tex. ibi secus. i. iuxta vel immediate. ff de ser. vrb. prę. l. quidã yberus. sicut exponitur dictio ſm prout ponitur localiter. ff. de acqui. re. do. l. maritus. Sed ut plurimũ dictio secus ponitur aduersatiue. vt no. eo. ti. l. per seruũ. §. pe. et hoc est generale qđ dictiões respectiue significant ſm suos effectus. & plerũq; vna pars orationis ponitur pro alia. vt no. de condi.
2 et demon. l. has causas. ¶† Quæro nunquid sint puniendi laici qui contra faciunt ex consuetudine dic quod sunt eijciendi nõ puniendi sicut fecit Christus qui eiecit mercatores de templo non tamẽ puniuit eos. vide quod no. C. de sacro sanc. eccle. l. nemo martyres.

CAP. II.

1 *Gladij a pane an dicantur arma.*
2 *Clericis an sit licitum portare loricas de ferro.*
3 *Prelatis et clericis licitum est laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis.*
4 *Clerici si post trinam commonitionem episcopi ne portent arma sunt inobedientes & capti fuerint cum armis non sunt ab ecclesia defendendi.*
5 *Sociorum iniuriam potest quis armis repellere siue loquamur de socio societatis rerum siue itineris.*
6 *Clericis vel prelatis an liceat noua castra vel munitiones facere.*
7 *Clericis si pressuram patiantur licitum est se defendere duntamen seruetur modus & moderatio.*
8 *Contendentes de aliqua possessione si sunt duo & parant se ad bellum an iudex possit possess. sequestrare.*
9 *Offenso an sit licitum facere aduersarium suum assassinari.*
10 *Vxorem alterius si quis adulterauit & offensus econtra postea adulterauit vxorem illius an hoc genus vindictæ sit licitum.*
11 *Transiens per loca periculosa dicitur transire per fortuitos casus.*
12 *Vsurarius si est excommunicatus propter vsuras licet sit absolutus a vinculo excommunicationis per diœcesanum suum tamen non est absolutus a restitutione vsurarum.*
13 *Indebiti condictio non augetur per excommunicationem.*
14 *Fenerari quod quis sit solitus an probetur per codices rationum quas vsurarius conscripsit secrete in camera nemine mandante nec sciente.*
15 *Vsura promissa sub titulo donationis non valet.*
16 *Iudices seculares an possint se intromittere de restitutione vsurarum certarum.*

CLerici. Clerici non debent portare arma & si portant debent excommunicari. Item vsurarij sunt excommunicandi. Not. quod vsurarij non sunt ipso facto excommunicati sed excommunicandi. Item not. q clerici publice portantes arma non sunt excommunicati sed excommunicandi: quia portare arma non est eis honestum.
1 ¶† Sed nunquid gladij a pane dicantur arma dic q non; quia non sunt apti ad nocendum. vt no. in auth. de armis coll. vj. & in qualibet re denominanda inspicitur aptitudo & consuetudo. vt not. in simili in l. ij. ff. si cer. pet. ergo non dicitur inuentus cum armis qui
2 portat istos cultellinos paruos. ¶† Sed nunquid est licitum clericis portare loricas de ferro dic q non: quia hoc indistincte loquitur. Itẽ arma sunt quęcunque reddunt hominem audaciorem & aduersariorum timidiorem. hoc intellige nisi in casu necessitatis vt si vadit ad loca periculosa. Nam ob defensam etiam presumptam licitum est portare arma sicut si periculum immineret ad oculũ ego loquor de ineuitabili necessitate: nam sponte nemo debet istos casus appetere. ff. lo. l. si merces. §. culpę. & l. item quæritur. §. exercitu. pro necessitate autem salutis patrię possunt clerici arma sumere ad defensam. vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. & ar. de capti. & postli. reuer.
3 l. postliminiũ. §. filius. ¶† Item no. quod prelatis & clericis licitum est laicos ad arma prouocare contra inimicos humani generis puta piratas & depopulatores agrorum & terrarum. xxiij. q. viij. igitur nam isti similes sunt bestijs feris & obstinatione peccandi conuertuntur in beluas. C. quando li. vni. sine iudi. se vin. l. opprimendorũ, & vbi non sufficiunt iura recurritur ad armatum subsidium: vt no. C. de iudi. l. nullus. nam arma tuentur leges. Et econtra: vt in secunda consti. C. & in princi. insti. ¶† Si clerici post trinam commoni-
4 tionem episcopi ne portent arma sunt inobedientes & si capti fuerint cum armis non sunt ab ecclesia defendendi. de sen. excom. in audientia, & contingit. & sunt extra protectionem & priuilegia clericorum extra protectionem enim sunt quicunq; statutis & priuilegijs non iuuant facit qđ not. in l. j. C. de natura. li. Dicit Innocen. q vnicuiq; existẽti ĩ possessione licet defendere possessionẽ suã & fructus colligere non obstante contradictione eius qui non possidet
5 vt ipse no. ĩ. de censi. c. venerabili. ĩ fi. ¶† Quis potest iniuriã sociorum armis repellere siue loquamur de socio societatis rerum siue itineris. ij. questio. vij. negligere. xxiij. q. iij. summa magis tũ moderatę debet quis defendere socium quàm seipsum, periculum tamẽ personę nõ tenetur quis pro socio subire. vnde dicit sapiens Cato: Dilige sic alios vt sis tibi charus amicus. Sic bonus esto bonis ne te mala damna sequantur. Adde quod dixi ĩ l vt vim. ff. de iust. & iur.
6 in lec. ¶† An liceat clericis vel prelatis noua castra vel munitiones facere dic q sic nisi sint, suspecti de emulatione vel guerra ab eis mouenda de resti. spo. c. pisanis. per Innocen. Similiter dicimus de refectione castrorum inhabitatorum secundum Innocen. quod est notãdum facit. l. opus. de ope. publicis. si clericus potest fugere potius debet fugam arripere quàm fugientem cum armis percutere. iuxta illud si persecuti fuerint vos in vna ciuitate fugite in aliam nisi fuga esset eis periculosa: sed laici nõ tenenẽ fugere. ff. ad. l. aqui. l.
7 scientiã. §. cũ aliter. quia fuga est refugiũ miserorum. † Porro etiã clericis si pressuram patiantur licitum est se defendere duntamen seruetur modus & moderatio. ¶ Ecce exemplum de modo. si non armatus percutit cum pugno non debet repercuti cum gladio. Ecce exemplum de moderatione. s. possibili pone q vterq; est armatus vnus cum leui instrumento alter cum graui & periculoso & etiam cum leui. non enim debet percutere cum graui quandoque tamẽ impetus moderationẽ tollit: quia vbi furor est ibi intellectus abest. vt no. in l. j C. vnde vi. dic q moderamen seruatur si illud tãtum fiat quo omisso violentia repelli non potest. vt in c. vt famę. de sen. excom. nec est vis vtrũ sit eadẽ qualitas armorũ necne: quia ad modum refereñ. est nõ ad qualitatem. arg. ff. de vsuf. l. si fundi. §. fi. & in istis iudex arbitrabitur. ff. de rei vendi. l. in fundo & ex qualitate armorum presumitur animus occidendi vel non occidendi: vt in l. j. §. sed in claua. ff. ad. l. cor. de sic. vtrum autem qui excedit modum puniatur de tanto an de toto an nullo modo uidetur distinguen. aut in rixa & nõ punitur: vt ff. ad l. aqui. l. si ex plagijs. § tabernarius. aut ex proposito. & tunc punitur de tanto non de toto quod arbi-
8 trio iudicis relinquitur: vt sup. de restitu. spo olim. ¶† Si duo contendunt de aliqua possessione & parant se ad bellum vtrum iudex possit pos. sequestrare. dic q non si vnus possidet alter nõ: sed si est dubium de pos. tunc debet sequestrari. vt no. Inno. s̃. de proba c. in presentia. Item scias q incontinenti & ex interuallo dicitur prout materia requirit. nam si quidem tale est quid quod possit reparari vt recuperare possessionem inuasam. tunc dicitur incontinenti fieri cum primũ est aptitudo recuperandi q etiã licitũ est facere conuocando amicos. & licet quidam dicant infra triduũ tamen si res magnam apparatum exigit puta recuperatio vnius castri tempus opportunũ ad hoc inspiciendũ est. ar. ff. de verbo. oblig. l. cõtinuus. §. cum ita. & §. item qui insulam. si autẽ est tale quid quod post factum non possit in pristinum statũ reparari vt vulnera tunc incontinenti dicitur fieri quod continuate fit instante metu. vt not. inf. de homi. c. signi. Pone statuto ciuitatis cauetur q offenso liceat fa-
9 cere competentem vindictam. ¶† Vtrum sit licitũ offenso facere aduersarium suum assassinari. dic q non quia in hoc maior est qualitas delicti quàm delictum vt in c. pro humani. de homi. li. vj. Preterea hoc est capitale. & ideo non interuenit procurator. socius tñ bene posset ipsi assistere vel dic quod non punitur mandans sed faciens nomine alieno: quia istud mandatum naturali ratione est turpe: vt not. ff de vi & vi ar. l. cum fundum. & ff. de re iudi. l. culpa est. ¶ Item quia statutum loquitur de offenso & sic loquitur in persona non in ipsum actum seu realiter: vt ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. fin. & idem dico in marito qui potest occidere adulterũ nam intimus dolor excusat eum sed non excusaret eius nuncium: vt C. de adul. l. gracus. illud constat q vindicta habet oculos retro & facta respicit. Sed defensio futura concernit. vnde qui dicit se fe-
10 cisse ad vindictam debet probare q fecit post offensam. ¶† Sed quid si aliquis adulterauit vxorem alterius: & offensus econtra postea adulterauit vxorem illius nunquid hoc genus vindictę est licitum. respondeo non quia tangit alium quàm offensum & iniquius fieret statutum si hoc permitteret & duplex iniquitas non est tolleranda. arg. in l. ex facto. ff. de vul. substi. idem dicendum est in raptu virginum etiam si carnaliter cognitę non sint. C. de rap. virgi. l. j.
11 ¶† Deinde no. gloss. q transiens per loca periculosa dicitur transire per fortuitos casus. & licet bene succedat tamen culpanda est
12 temeritas. ¶† Venio ad gloss. quę dicit quod si vsurarius est excõmunicatus propter usuras licet sit absolutus a uinculo excommunicationis per diœcesanũ suum tamẽ non est absolutus a restitutione usurarum. & est ratio quia duę sunt obligationes. & licet tollatur sententia non tollitur tamen debitum. ff. de dona. l. sed si in stipulatum. ff. de ser. vr. pręd. l. si domus. Non enim ueniunt ex vno radicali fonte quia excommunicatio uenit ex contumacia. sed obligatio usurarum uenit & recontrahitur sicut inde-
13 bitum. ¶† Porro per excommunicationem indebiti conditio non augetur sed uenit officio iudicis. ut l. j. ff. de in litem iuran.

nec

nec dicitur satisfactū licet sit sentētia lata.ff. de fun.instru.l.nepoti.
¶Et no.qđ vsurę in veteri & nouo testamēto sunt ꝓhibitę & ma
xime clericis qui struūt auaricia & dissoluūt vincula societatis hu-
manę. Et hoc verū quādo quis facit hāc artē vel quādo ad procu-
rationē creditoris quocunq; colore quęsito vel ꝓpter indultā tē
poris dilationē qđ vocaꝉ ex pacto ꝓpter pactū.ff. si cer.pe.l.lecta
in fi.¶Sed si ad procurationē debitoris ducētis creditorē ꝑ am-
bages verborū inuito creditore tēpus donabiꝉ. vnde creditor in-
commodū sentit veniunt vsurę.l. vsus eis tanq̄ īteresse.ff.de ī litē
iurā.l.nūmus.C.de sum.tri.l.j.ī glo.ga ꝓprie loquēdo nō sunt vsu
rę.s̄.de foro cōpe.c.dilecti. & ideo nō taxaꝉ ꝑ dispositionē legis
eos.C.de vsur. sed ꝑ iudicē probato vero interesse sic dēt intelli
gi.ff.pro so.l.sociū qui in eo.hoc est no. qđ etiā si legeꝉ ꝑ anima
nō potest testator vsuras apponere.vt no.in l.ij.ff. de an.leg. Nō
ob.l.j.ff. de penu.leg.ga aliud est vsura quę multiplicatur ꝑ tēpo-
ra & aliud pena q̄ succedit loco sortis:& nō cōmittiꝉ dietim sed
semel ꝑ semel.ff.de act & ob.l.obligationū fere.§.fi.& ff.de trāsac.
14 l.pacto conuēto. ¶†Sed nunquid per codices rationū quas vsu
rarius ꝯscripsit secretę in camera nemine mādante nec sciente ꝓ-
betur ꝙ quis sit solitus fęnerari.dicit Archi. ꝙ sic.xlv. dist.qui sin-
cera.tamen dicit ꝙ non tenetur eos edere quia cōscripsit priuatū
ad suam memoriam & gratia sui tantum nec cum mandato ita ꝙ
possit dici gestor negociorū & verū dicit si cū nemine si ꝯtrouer-
sia vsurarum. Sed si vsurę repetūtur in iudicio tunc bene cogitur
edere. vt in c.j. de vsu.in cle. ¶Sane nullum iudicium incipit ab
edēdo sed citatione & libello vt insti.de pe.te.liti.§.fi. quia non di
citur vsurus aliquis instrumento antequam lis sit mota. vt l.j. §.
edenda.ff.de edē. vtens dicitur ille qui producit vsurarius dicitur
ille qui verbo intētat instrumentum. vt no.Inno supra. de proba.
c.j.& dic vt ibi dixi & dic ꝙ pęna quātitatis interdum accedit quā-
titati interdum speciei interdum facto primo casu aut per tempo
ris dinumerationem.& est vsura aut nō per dinumerationē tēpo
ris sed habito respectu ad interesse totale & non est vsura qđ dic
vt C.de vsu.l.cū allegas. si pena adijcitur loco contemptus tūc nō
est vsura vt si sperat arbiter vel iudex. vt ff. de arbi. l. celsus. ff. de
ver.obl.l.stipulationū alię.§.si sortem.ga non accedit sorti sed ve-
15 nit extrinsecus. ¶†Adde quod dixi.ff.si cer.pe.l.rogasti.§.si tibi.
¶Vsura ꝓmissa sub titulo donationis nō valet: ga est color quę
situs vel in fraudē canonum. Idē si fęneratori promitto dare pi-
gnora sub pena ga vt dixi vbi est color quęsitus ibi fraus secundū
Cy.C.de vsur.aut.ad hęc. licet Ia.Bu. dicaꝉ contrarium & male:ga
16 contra consciētiam.¶†An iudices seculares possint se intromit-
tere de restitutione vsurarū certarū dic quod sic.vt ī.de vsu.post
miserabilē.Sed de restitutiōe vsurarū incertarū ad eos non spectat
cognitio ga causa est ecclesiastica. vt no.xj.q.j.ī summa. & ī cle.di
spēdiosam de iudi.& dixi.ī l.titia.ff.so.matri. vbi enim vsurę sunt
certe non est cognoscere sed cognitū esse.arg.C.de compen.l.fi.

CAP. III.

1 *Sacerdos an possint sine clerico conficere corpus Christi.*
2 *Sacerdos debet esse instructus in fide.*

VT quisq;. Qui populū regit debet habere cle-
ricum qui secum cantet & pueros in-
struat in fide. hoc dicit.¶In tex.in plebem large sumi-
tur pro qualibet capella. Berñ. Ibi clericum.gl. sumit
argumentum quod ecclesia non debeat dedicari nisi dos assigneꝉ
1 pro sacerdote & clerico.¶†Quęro an sine clerico sacerdos possit
cōficere corpus Christi.dic ꝙ sic:ga substātia missę cōsistit in illis
verbis:hoc est corpus meū:& hic est sanguis meus &c.quē sermo
2 nem profert solus sacerdos. ¶†Ibi mittant.not. ꝙ patres debent
mittere filios ad scholas ad addiscendum diuinum officium & ca
tholicam fidem.& sacerdos debet esse instructus in fide:quia q de
bet alios instruere debet esse īstructus.vt ff.de eden.l. si quis ex ar-
gentarijs.§.prohibere.

CAP. IIII.

SI quis ex clericis. Clericus non debet
nutrire comam vel bar
bam:sed debet incedere in habitu & tonsura: vt hic.
& inf.eo.c. proxi. & no.hic argu. ex vi signorum seu
exterioris habitus.Bal.

CAP. VI.

CLericus. Clericus constitutus in minoribus qui
appellatur sine gradu potest vxorem
ducere nisi esset monasterio traditus.No. quē cogi ad
portandum habitū quē iam assumpsit & sic cogiꝉ qs
ad bonū inchoatū ꝯtinuandum: sed ad nō nouū inchoandum s̄m
Ber.Bal.

CAP. VIII.

1 *Frequentare quis dicatur.*

MOnasterium. Clericus frequentās mona-
steria monialium ab ep̄o pu-
niꝉ:laicus excōmunicatur si monit⁹ nō destiterit.h.d.
1 ¶†Quero qs dicaꝉ frequētare.gl. dicit ꝙ ꝑ duas vices.
Et not.quod frequentatio inducit pręsumptionē maleficij.& sic
frequentatio facit iudicium ad torturā. & not. quod id quod est
prohibitum sine causa videꝉ esse permissum cum causa. Adde ꝙ
illa dicitur causa cui ratio inest. nam.si ratio non inest non dicitꝉ
causa proprie sed abusiue.ff. de verbo. obliga.l. si ita stipulatus. §.
possum.in fi.& est arg.quod si per superiorē est prohibitus acces-
sus ad certū locum vel ingressus palatij quod ex causa ineuitabi-
li contrafaciens non punitur. argumentum ad idem.ff. de publi.l.
cęsar.& est ratio: quia persona agēs est illa quę dēt puniri sed ista
non est persona agens sed patiens: quia ꝑ vim patitur: vt ait Se-
neca ī epistola.c.vij.ad Lucillū: ducunt volētē fata nolētē trahunt.

CAP. IX.

1 *Episcopi de ecclesia parochiali possunt facere collegiatam seu conuentua-*
lem.
2 *Alienus a communione fit quis propter violentam manuum iniectionem*
in clericum.
3 *Conuentuales debent simul viuere & sub eodem tecto dormire.*

a QVoniam vt. ᵃTria dicit.primo ꝙ episcopus
potest statuere certum nu merū
ministrorum iuxta prouentus & facultates ecclesiarū.
secundo quod potest statuere ꝙ bona eorum veniant
in cōi.tertio ꝙ simul comedant & dormiant pęna triplex officij
& grauiori: & hoc patet. Casus decretalis scribit hic Gregorius
1 omnibus episcopis:vt patet in registro secundum Inno.¶†In tex.
ibi in cōi. per hoc dicunt doc. ꝙ episcopi de ecclesia parochiali
possunt facere collegiatā seu cōuentualem. Ibi si opus fuit. No.pe
nam ordinariam aggrauari iudicis arbitrio suadente & ab hac ag-
2 grauatione si constat de facto nō potest appellari.¶†Ibi, alienus.
no.quem fieri alienum cōione propter violentam manuum inie
ctionem in clericum . tñ inter ꝯuentuales episcopus habet potesta
tem absoluen̄.plenariā.i. liberā. sic enim exponit.ff. manda.l.cre-
3 ditor.§.lucius.Bal.¶†No. ꝙ conuentuales debent simul viuere &
sub eodem tecto dormire. & satis patet etiam ex vi gramaticę: ga
cum i.simul.& argumentum ex vi grammaticę validum est ī iure.
ff.de aur. & argē.lega. plautius.& ꝑ Innoc. de rescrip.sedes ī prin.

ADDITIO.

a Vide de materia per Lapum allegatione sua lxxvj.

CAP. X.

1 *Officium tutoris an debeat esse gratuitum.*
2 *Sententias venales & processus quando verum sit non tenere.*
3 *Indemnitatem iudici promittens an presumatur committere barataria.*
4 *Constitutio episcopi scilicet quod episcopo debeatur nomine sportularum*
aliqua quota litis an sit valida.
5 *Episcopus si haberet temporalem iurisdictionem ab imperatore posset in*
causis pertinentibus ad istam temporalitatem eligere sportulas.

CVm ab omni. Ecclesiastici iudices gratis
iudicare debent nec exigere
possunt decimam etiam si hoc habeat consuetudo nō
obstante ꝙ dicant se noīe assessorū suorū exigere: ga
hoc dicunt in fraudē.dic de hoc vt no.in c. statutū. circa.fi.de re-
scri.lib.vj. Not.ꝙ officium iudicū debet esse gratuitum.quia satis
1 sufficit eis pro salario qđ habeant ecclesiasticos redditus.¶†Quę
ro quid de officio tutoris vtrum debeat esse gratuitum.glo. not.
dicit ꝙ sic.ff.de tuto.l. meos.ad hoc.ff.neg.ges.l. qui sine vsuris.ibi
dū dicit gratuitam. certe & ab omni lucro abstinentes fidem prę-
stare dicunt.dicit tex. quod satis consequitur pręmium qui bene
gerit officium:quia consequitur laudem in aut. de hęre.& fal.§.si
2 vero.¶†No. deinde hic venales sententias & ꝓcessus nō tenere
quod verum est in processu iudicum. sed processus arbitri vel ar
bitratoris tenet:sed daꝉ exceptio s̄m Inno. ꝙ est verū in arbitro q
spōte eligiꝉ:sed si eligit de necessitate q vocaꝉ arbiter iuris.idē est ī
eo qđ ī quocūq; iudice delegato vt ꝓcess⁹ venalis & s̄nia venalis
sit nulla ipso iure.Et hoc est bene notādū:ga arbitri sępe commit
tūt has baratarias cū plerūq; sint viles ꝑsonę.Si quis tamē nō po-

tens suam iustitiam obtinere redimit hanc iustitiam iste non dicit
3 cōmittere simoniā. ¶†Et adde:nunquid ille qui promittit iudici
indemnitatem prēsumatur cōmittere baratariam.Bar.dicit ꝙ nō.
ff.de fur.l.si quis vxor.§.si fugitiuū. quod est verū si iste promissor
foueat ius. alioquin deberet puniri de barataria. Adde vtrū de iure
ciuili sportule debeant iudicibus.videtur ꝙ non debeant ex ꝓmis-
sione sed ex legali dispositione & sint taxatę nō arbitrari§:vt leg,
4 & not. insti.de act.§. tripli.¶†Sed an valeat constitutio epī.super
hoc videlicet quod episcopo debeatur nomine sportularū aliqua
quota litis: puta vigesima vel quecunq; alia minor vel minima : vt
vnus denarius pro lib. eius quod petitur videtur ꝙ episcopus non
possit hoc statuere:qa faceret statutum in causa propria. & qđ ra-
tione sportularum dicatur causa propria tenet gl.ordi. ff.ad muni-
cip.l.de iure quæ dicit ꝙ iudex ꝑtendit se habere iurisdictionem cū
sportulis & pars hoc negat ꝙ si non pōt pronunciare se iudicē.&
ideo iudex debet esse cautus vt nō prętendat interesse sportularū.
sed tractet de ipso interesse.nam expressa nocent non expressa nō
nocent.¶Si autem prętenderet sportulas ex promissione tunc nō
valeret promissio : vt hic nec iuuat color quæsitus puta occasionē
tabellionum: quia quod non potest fieri simpliciter non potest fi-
eri fraudulenter.ff.de transactio.l.cum hi.§.sicut lis.ff.de conditio.
& demonstr.l.hæres meus.§.quod in fraudem. Adde quod not.in
5 authen. scriptum exemplar.¶†Item adde ꝙ episcopus si haberet
temporalem iurisdictionem ab imperatore posset in causis perti-
nentibus ad istam temporalitatem eligere sportulas. Item dicit gl.
quod comitissa Matilda in suis regalibus computabat sportulas
vt exigebat. Baldus.

C A P. XI.

1 *Religiosi missi ad prædicandum de nouo conuersis ad fidem debent se in vnū superioris habitum conformare.*
2 *Strictior vita regularium de mandato Papę reducitur ad vitam latiorem & magis communem.*
3 *Autoritas Papę in quibus est veru in quodab omni voto & professione & omni iuramento intelligitur excepta.*
4 *Scandalum generatur ex diuersitate habitus.*
5 *Conformitas quomodo veniat attendenda.*
6 *Canonicus regularis an possit esse canonicus in ecclesia seculari.*

1 DEus qui. † Religiosi missi ad prædicandum de
nouo conuersis ad fidē debēt se in vnū
superioris habitū conformare.facit.s. de elec.cū cām
h.d.¶Casus. limonenses de nouo conuersi erāt ad fidē
tus fuit eis epš.: & quidā alij fratres ad prædicandum euangelium:
quia illi prædicatores dissimilem habitum habebant murmurabāt
& scandalum inter Limonenses suscitabāt:ex tali diuersitate scri-
bit Papa episcopo Limoñ.& alijs fratribus dicens ne propter dissi-
milem habitum scandalum suscitetur inter illos quibus vnum euā-
gelium prædicabant mandat eis quod omnes debeant se confor-
mare in vnum regulare propositum & honestum habitum quan-
tum spectat ad hoc officium non obstante eo quod quidam illo-
rum sint monachi : quidam vero canonici regulares : quidam alij
strictiorem vitam professi. ¶ Et ex hac decretali not.ꝙ propter
scandalum receditur a iure & habitu regulari : sed illud fit ad tem-
pus ex causa. Item in his quæ spectant ad professionem Papæ au-
2 toritas intelligitur excepta sicur dicitur de iuramento. ¶† Not.ꝙ
strictior vita regularium de mandato Papæ reducitur ad vitam la-
tiorem & magis communem nam hoc non spectat ad substantia
lia regulæ:sed ad accidentalia quæ Papa potest permutare & indul-
gere cōtra constitutionem ergo Cartusiensium bene potest Papa
dispensare. Sed non contra substantiam professionis.¶Item con-
tra regulam minorum non dispensat : sed contra constitutionem
prædicatorum potest dispensare verbigratia quod frater prædica-
tor possit succedere in hæreditate paterna & de ea facere testamē-
tum:quia mendicatio prędicatorum non est ex regula:sed ex con-
3 stitutionibus. vt dicit Fede.de senis. ¶†Deinde gloss. sumit ar.qđ
ab omni voto & professione ab omni iuramento autoritas Papæ
intelligitur excepta quod est verum in his super quibus est possi-
bilis dispensatio vt ff.ad munici.l. fin.sed si quis iurat aliquid face-
re & Papa illud fieri prohibet alio dispensatio non est necessaria.ff.
qui satis.cogan.l.pe.quia prohibitio Papæ dicitur vis maior cui re-
sisti non potest.& sic cōnumeratur inter casus fortuitos non leues:
sed maiores & præciosos qui in qualibet re excusant & quandoq;
casus præponderāt culpę:vt ff.ad l.rod.de ia.l.si vehenda.§ idem iu
ris.& ff.quod met.cau. l.si cum exceptione. §.quod si homo. vt si
res erat alias peritura : vt ibi not. Est autem casus fortuitus proprie
loquendo vt fortuna dominatur prouidentiæ humanę.vt ff.de act.
4 emp.l.si hæres.vnde leuiores culpas exhaurit a prædominio.¶†De
inde dicit gloss.ꝙ ex diuersitate habitus scandalum generatur.di-
cit enim philosophus ꝙ diuersitas morū nequaquam est amabi-
lis. ¶Dicit lex ꝙ ex disparitate nascitur inuidia & seminatur di-
5 scordia inter fratres. ff.de leg. 2.l.cum pater.§.euictis. ¶†Deinde
gl. dicit ꝙ conformitas hic attenditur apparet in oculis vulgi sicut
hoc anno fuit in simili ꝙ omnes homines de anno. Mcccc. in tota
Lombardia Tuscia & vsque in Romā ex deuotione assumpserunt
quædam vestimenta alba:tamen desubtus ibant induti prout prius
licet ista dissimilitudo sit talis qualis:sed non perfecta de hoc tamē
facio mentionem ad eternam rei memoriam : quia fuit quoddam
6 miraculum.¶†Deinde gl. sumit arg. ꝙ canonicus regularis pōt esse
canonicus in ecclesia seculari verbigratia : canonici Perusini sunt
regulares canonici triderti sunt seculares: poterit canonicus Peru-
sinus ad canonicatum tridertinum accedere.& est similitudo:quia
monachus potest fieri episcopus in ecclesia seculari secūdum Ber.
¶ Sed collectarius recitat opinionem hic in suo operę.Nā Arch.
dicit qđ regularis omissa ecclesia regulari nō pōt transire ad eccle-
siam secularem.quod videtur verius: quia res non recipit restitutio
nem dum statum mutat : vt ff.de minori.l. si ex causa.§. Papa.&
dic vt j.de regu.c.super eo.& de sta.mona.in summa. & in c.quod
Dei timorem.ad hanc materiam facit quod not.Ioan. Andr.in c.j.
de elect.in clemen. Baldus.

C A P. XII.

1 *Ludi alearum vel taxillorum an possint fieri extra ecclesiam & an perditum in tali ludo debeat in foro legis vel foro conscientię restitui perdenti.*
2 *Prodigo similis est qui bona sua ludendo dilapidat vt possit ei interdici bonis.*
3 *Testari an quis possit de turpibus quæstibus vt turpi lucro.*
4 *Clericum si quis fingit se cum non sit an possit puniri non solum a iudice seculari:sed etiam ab episcopo.*
5 *Quæstores sancti Antonij qui dicunt missam cum non sint sacerdotes tenentur crimine falsi.*
6 *Hastiludijs qui præsunt an sint infames.*
7 *Ioculatores discurrentes per mundum sunt infames nec eorum testimoniū est validum.*

a CVm decorem. [a] In ecclesijs non debēt fie-
ri ludi teatrales ne honestas
inquinetur ecclesię.h.d.Repræsentationes tamen fieri
quędam possunt per quas homines simplices erudiun-
1 tur.h.d.¶†Quæro vtrum ludi alearum vel taxillorum possint fie-
ri extra ecclesiam,& nunquid perditum in tali ludo qui vocatur lu-
dus perditionis debeat in foro legis vel foro conscientię restitui ꝑ-
denti.& videtur quod non:quia lege cauetur ꝙ minor iuuatur be-
neficio restitutionis in integrum.Et sic de iure speciali iuuatur be-
neficio ętatis ergo secus in his qui sunt ætatis legitime: vt ff.de mi-
not.l. si in emptione. §.j. Item ex vi sermonis iste appellatur ludus
perditionis. Item iste est ludus fortunę quæ in omni re dominatur.
Item par potentia damni. item quia sic se habet consuetudo ge-
neralis. ¶In contrarium videtur text. in l. alearum vsus nisi sit lu-
dus modice rei & ad recreationem animi. Quidam distinguunt aut
quis est tractus ad ludum aut traxit alium. primo casu repetit: se-
cundo non:similis distinctio. C. de ser. fug.l. quicunque.§.fin. Si
aliqua promissio. siue per instrumentum vel sine facta esset ob lu-
dum nō posset agi ex ea : quia ob causam minus probabilem facta
foret:vt ff.de aleato.l.j.§.quod autē.Et adde quod no. j c.clerici.&
2 ff.de vsuc.pro emp. l.si quis cum sciret. ¶†Qui bona sua ludendo
dilapidat similis est prodigo vt possit ei interdici bonis : vt patet:
quia interest reipublicę ne quis male vtatur substantia sua. facit.ff.
sol.ma.l.si cum dotem.§.si autem dissipet.C.de sen.pa.l.l.in quæstio
ne testi.ff.ad Treb.l. imperator. Adde ꝙ si in specie de qua agitur
apparet prodigalitas non est necessaria alia interdictio iudicis.& iō
quia magna donatio est species prodigalitatis requiritur insinua-
tio: & etiam cum insinuatione non valet si fit ob turpem causam.
arg.ff.de act.& ob.l.fin. & ff.de aur.& argento.le.l.quintus mutius.
3 ¶ † Sed nunquid de turpibus quæstibus vt turpi lucro potest quis
testari.iste casus est in meretrice & videtur quod meretrix nō pos-
sit testari quia infamis.ff.de testa.cum lege.sed ibi loquitur de infa-
me per sententiā:alias bene potest facere testm̄.C. de inoffi.testa.l.
in arenam.C.de secun.nup.l.j.secundo quia turpia lucra sunt ab hę
redibus extorquenda. Sed certe antequā extorqueātur bene habet
quis hæredem in turpibus lucris. ff. fa. herc.l.his consequenter.§.j.
tertio quia meretrici est iuterdictum bonis.ff.de cura.furi.& tene-
ri.sed illud per sententiam: quia in priuando quem de iure cōi req-
titur sententia.quarto quia notorium.|sed certe notorium requirit
senten.

ADDITIO.

a ¶ Solet allegari hic text. ꝙ consuetudo ꝯ honestatem non valet vide panor.
arguentem in contrarium in c. dilecti. de arbi. & in c. nouit. de his quæ fi.a
præla.sine consen.capituli.

snīam:sed nō fert snīam. vnde si consanguinei meretricis volūt ꝙ
ipsa nō possit cōtrahere nec testari faciant sibi interdici bonis ꝑ iu
dicē suū. Nā licet ista ꝓdigalitas nō tendat ad subuersionē p̄rimonij
4 tñ lex male p̄sumit de ea. ¶ † Pone ꝙ qs fingit se clericū cū nō sit
an possit puniri nō solum à iudice seculari: sed ēt ab epō. dic ꝙ sic.
nam re vera laicus. & sic punitur à potestate inspecta veritate si qđ
delictum commisit. Item adulterando habitum facit iniuriā epis-
copo. & sic vterque punit iuxta suam iurisdictionem: quia vbi non
sufficit vna pęna imponuntur plures. C. de spor. l. ij. & l. fi. C. de ar-
5 bi tu. l. fi. ¶ † Et hoc facit contra quæstores sancti Antonij qui por-
tant crucem vt videantur de fratribus: & qđ peius est dicunt mis-
6 sam & non sunt sacerdotes. † & isti vltimi tenentur crimine falsi.
vt ff. de fal. l. eos § qui se. ¶ Quęro nunquid illi qui presunt hastilu
dijs sint infames. respondeo non: quia hoc ei præstatur per superio
rem pro discretione virtutis vt ff. de infami. l. athletas §. j. post prin.
7 † Ioculatores aūt discurrentes per mundū infames sunt & eorū nō
valet testimonium, quia posse testificari est honor qui non compe
tit infamibus quoniam debēt esse in horrore: non in honore: ut l. j.
C. vbi sena. vel clari. & si impetrarent aliquod beneficium ecclesia
sticum posset eis opponi exceptio histrionatus.

CAP XIII.

1 *Nati ex concubina clerici in minoribus constituti sunt spurij nec legitimari valent per subsequens matrimonium.*
2 *Clericatu deposito si quis contrahit matrimonium cum concubina an filij inde nati efficiantur legitimi.*
3 *Damnati vitio diffidentię non possunt testari nec testificari.*
4 *Venia dat materiam delinquendi.*
5 *Coniugati grauius peccant in crimine carnis quàm soluti.*

VT clericorum. Prima pars Indicit clericis
castitatem. secunda pęnam
imponit. tertia aggrauat. quarta punit prælatos negligē
tes & corruptibiles. quinta punit clericos incontinen-
tes. secunda ibi: ne vero. tertia ibi. si quis. quarta ibi: prælati quinta
ibi: autem. Casus. quia clerici dissolute viuebant à carnali vitio nō
abstinentes statuit concilium prout sequitur. ¶ In textu ibi mores
1 & actus. i. interiores & exteriores. ¶ † Ibi vniuersi etiam inferioris
ordinis. vt j. titu. j. & per hoc collige quod nati ex concubina cle-
ci in minoribus cōstituti sunt spurij nec legitimari valent per sub-
sequens matrimonium: quia matrimonium non legitimat prohi-
bitos argu. ff. de sta. ho. l. Paulus. & ita disputando tenuit Ricar. ma
iumbrę. tamē. Io. An. in mercurialibus videtur tenere contrarium.
nam tantus est fauor & vigor matrimonij quod legitimat spurios
2 qui non sunt incestuosi. ¶ † Isti autem non sunt incestuosi quorum
pater non est in sacris. ergo si deposito clericatu contrahit matri-
moniū cū dicta concubina filij efficiuntur legitimi interueniente
tamen instrumentali fide & dote: quia istud matrimonium debet
esse solenne ꝙ operat̄ præter naturā: vt insti. de nup. §. fi. Sed de iu-
re canonico ista solennitas instrī & dotis nō est necessaria: q̄a in istis
non consistit substantia matrimonij: sed in consensu: vt j. q fi. sint
3 leg. c. tanta. ¶ † In tex. ibi in filios diffidētię. i. de quorum salute dif-
fidit vt j. de excess. præla. c clerici. Dicit Ia. de Bel. qđ dānati isto vi-
tio quacunque pęna nō possunt testari nec testificari ad similitudi
nē damnatorum de famoso crimine de quibus dic vt no. ff. de test.
4 l. cū lege. ¶ † In tex. ibi incentiuū. i. prouocatiuum & no. qđ venia
dat materia delinquendi. Item interest reipublicæ maleficia puniri.
ff. de public. l. licitatio. §. qđ illicite. & ff. ad l. aquil. l. ita vulneratus.
ff. depo. l. bona. fides de offi. præci. l. congruit vt pęna vnius sit me-
tus multorū vt l. j. C. ad l. iul. repetū. vbi scelerati puniuntur multo
rū salus & incolumitas ꝓcuratur: vt C. de ser. l. prouinciarū. In tex.
ibi comprehensi. s. per legitimas probationes vel per torturā si est
casus in quo debet torqueri. arg. ff. de quęsti. l. maritus. ¶ In tex. ibi
magis aut minus. no. qđ s̄m quantitatem aut qualitatem delicti pę
na augetur vel minuitur. Item nota. hic quod pęna cognoscitur ex
qualitate criminis & econtra qualitas criminis cognoscitur ex ge
nere pęnę: vt ff. de publi. iudi. l. ij. ¶ In text. ibi suspensus ab homine
vel à iure vt quia notorium. vt not. xj. q. iij c. si quis. Not. quod sus-
pensi celebrantes fiunt irregulares. ¶ In tex. ibi duplici culpa not.
quod vbi est duplex culpa ibi est maior pęna sic. C. de ser. fug. l. qui
cunq; & duplex culpa dr̄ vna fornicationis: alia contumacię ff. de
in litem iuran. l. j. ¶ Illud constat quod hic per contumaciam poe
na agrauatur. ¶ Ibi pecunię nota, quod simonia committitur quan
do iudex accipit pecuniam ne procedat contra delinquentes. & pu
nitur iudex simili pęna cum delinquente, & sic facit litem suam.
5 ¶ † Ib. grauius puniantur not. quod coniugati grauius peccant in
crimine carnis quam soluti. vnde clerici grecorum qui possunt ha
bere vxores grauius peccant tenendo concubinas quam clerici ro
mani: quia illi possunt prouidere sibi de vxoribus isti non.

CAP XIIII.

1 *Ebrietas mentis inducit exilium & libidinis incentiuū prouocat & nisi clericus ab istis vitijs se abstineat deponitur.*
2 *Clericus remotus ab officio & beneficio an possit repetere expensas quas fecit pro vtilitate ecclesiæ.*
3 *Delinquentes per ebrietatem mitius puniuntur,*
4 *Crapula dicitur excessus cibi.*
5 *Aromata & confectiones non licet sumere extra modum.*
6 *Arbitrium datur iudici per alternatiuam inter pœnas quam pœnam eligat.*

A Crapula. Clericus crapulosus vel ebriosus
monitus non desistens ab officio &
beneficio suspendit. h. d. No. hic quod crapula & ebrie
1 tas pudicitię frena dissoluit. ¶ † No. verbum quod ebrie
tas mentis inducit exilium & libidinis incentiuum prouocat: & ni
si clericus ab istis vitijs se abstineat deponitur. & est argumentū qđ
non valeat testamentum ebrii. Et no. differentiam inter ebrium &
ebriosum. nam ebrius dicitur actu: ebriosus consuetudine inebria
di. & est probatio aliquantulum difficilis. vt no. Inn. in c. quod cau
sam de testi. & plerique ebrietatem fingunt vt maleficia declinet.
ff. de offic. preci. l. diuus. alij fingunt se fatuos vt contrahentes se-
2 cum eludantur: vt ff. de cur. fur. l. obseruare. ¶ † Extra quæro vtrū
clericus remotus ab officio & beneficio possit repetere, expensas
quas fecit pro vtilitate ecclesiæ. & dic qđ sic per. l. no. ff. de contra-
3 ria act. tutele. l. à tutela remotus. ¶ † Dicit text. quod delinquentes
per ebrietatem non dicuntur delinquere studiose sed impetuose:
& ideo mitius puniuntur vt. ff. de pe. l. respiciendum. §. delinquunt.
vbi tex. singularis. & facit ad statuta quæ dicunt si quis studiose per
cusserit amputetur ei manus nam verbum studiose significat deli-
berato animo & cum præmedicatione mentis: studium enim di-
citur vehemens applicatio animi. ut no. in l. prima. §. huius studij.
4 ff. de iusti. & iure. ¶ † No. hic quod crapula dicitur excessus cibi: &
ebrietas dicitur excessus vini uel ceruisij qui fit nimio potu aque
pure. Dic quod ista potest dici crapula: sed non ebrietas: quia cor-
rumpit stomachum & generat vomitum & augustiam. & ideo in
5 omnibus rebus debet esse temperamētum. ¶ † Aromata etiam &
confectiones non licet sumere extra modum quia luxuriam pro-
uocant. tamen quia pauci sunt qui vtuntur istis confectionibus nō
fuit necesse quod specialis mentio fieret de ipsis sicut nec per con
6 trarium de cepibus & alijs. ¶ † In text. ibi ab officio uel beneficio.
no. ibi alternatiuam inter pęnas dicit gl. quod per alternatiuam in-
ter pęnas datur arbitrium iudici quam pęnam eligat quod est no.
dignum. de hoc no. vt dixi. C. de ser. fugi. l. si seruus fugitiuus. & est
ratio quia alternatiua generat obscuritatem & in obscuris declara
tio pertinet ad iudicem. ff. de uerbo. obli. l. continuus. §. cum ita. ibi
dum dicit incertis non in certis est coniecture locus. & calamus iu-
dicis supplet pro calamo legis: ut ff. de effra & expila. l. expilatores.
& ff. de testi. l. scio.

CAP XV.

1 *Taxillorum ludus quare est prohibitus.*
2 *Canonici si sunt diuisi in duas partes equales nec possunt in eundem concordare vel preualere an possint hoc committere iudicio consortum.*
3 *Ludentes si ponunt pecuniam super disco ludi an vincens statim faciat pecuniam suam. & quid si pecuniam habet in sinu.*
4 *Dominium an queratur ex ludo taxillorum.*
5 *Vincens ad taxillos an teneatur restituere.*
6 *Vestes non debent esse nimis breues nec nimis longe.*
7 *Monachus factus episcopus non liberatur ex toto ab ordine monachali.*

CLerici. Dicitur hic ꝙ clerici nō debeant ludere ad
1 taxillos nec ludentes aspicere. ¶ † Sed hic
quęro ludus taxillorum est prohibitus. respondeo quę
dam sunt prohibita: quia illicita sunt sicut sunt illa quę
iure diuino vel iure gentium prohibita sunt: vt furtum sacrilegiū
vsurę rapinę & similia. Quędam autem sunt illicita ex humana cō
stitutione. & si non esset humana constitutio non essent prohibita
vt matrimonium inter consobrinos & plura alia similia quæ legi-
bus uel statutis vulgaribus continentur inter que potest numerari
ludus taxillorum & alearum non enim principaliter propter se ꝓ
hibetur sed propter accidens. nam si quis tota die luderet & non ꝑ
deret nec vinceret detestabile aliquod committeret illud nō esset
magnum peccatum: sed quia ludentes ad taxillos consueuerunt in
sanire: deum blasphemare: patrimonium suum dissipare & post re
rum amissionem vsque ad furta & deteriora peruenire ideo ludus
taxillorum prohibetur: nam non sunt ludi ex quibus crimina oriū-
tur vt in prima constitutione digestorum circa fi. ¶ Non ob l. vlti.

in prin.C.cõia de leg.quia ibi est casus in quo fortuna habet iudicare.¶Est autem fortuna ſ'm Arist.natura sine ratione quia nec pro nec contra potest ratio assignari ab humano intellectu:plerunque enim non cadit in mẽte hominis. & ideo casus aduersę fortunę in his in qbus requiritur consensus non cõprehenditur :vt ff.de con-
2 trahen.emp.l.fistulas.§ frumenta. ¶† Secũdo quæro canonici sunt diuisi in duas partes ęquales nec possunt in eundem cõcordare vel præualere vtrum possint hoc cõmittere iudicis consortiũ. & dicendum est ꝙ non:quia hoc est contra formam capituli qa pp.de elec. in inferioribus p̄latis & in electione Papę multofortius:quia licet ibi non requiratur forma communis requiritur tamẽ forma singula.
3 c.licet deuitanda.de elec.s̄.¶†Tertio quæro ludentes ponunt pecuniam super disco ludi.vtrum vincẽs statim faciat pecuniam suã & quid si pecuniam habet insinu,so.aspectu acquiritur possessio si tenens consentit.vt ff. de solu.l.pecunia.§.si instrumentum.Item dominij.& vsucapien. cõditio qa dominium venit in commitiuam possessionis & potest dici qđ possessio est mater & dominium est filius ipsius.vt ff.de acqui.posses.l.j.in prin.C.per quas perso.no.acquiri.l.j.¶Sed contra si opponitur vincere in ludo est contra conscientiam.ergo nihil acquiritur quasi contra mentem quia conscientia & mens idem sunt.Et supra mentem nihil est nisi ratio:nam ratio conscientiam vincit.so.ad acquisitionem dñij non requiritur conſciẽtia sed sufficit ei actus determinatus à iure.vt ff. de iuris & fac.igno.l.regu.§.qui ignorauit.¶Item conscientia legis vincit cõsciẽtiam hominis:& si quis dicit se non habere conscientiam lęsam cũ debeat eam habere debet instrui in conſciẽtia recta & cogi ad eius obseruantiã fatua enim conscientia seu fatua opinio non excusat alioquin vnusquisque negaret se habere conscientiam lęsam quod est absurdum.vnde debemus firmare pedem super conscientia sana.non super abusiua.vt s̄.de iudi.c.nouit. ¶† Sed adhuc opponit
4 & uidetur ꝙ ex ludo taxillorum non quæratur dominium quia dominium non quæritur sine titulo vero vel putatiuo.vt ff.de acqui.l.si quis vi.§.differentia.sed ludus non affert titulum quia nec ꝓ donato nec pro derelicto quia qui ludit nõ habet animum perdeñ.sed vincẽ.vt ff.de verb.ob.l.in executionibus.§.fi.Item nec habet efficaciter titulum pro suo:ergo deficit titulus. sed ad hoc sic respondetur quod habet titulum qui dicitur ex varijs figuris causarum si-
5 cut enim species obligationis ita & species dominij.† Nunquid ergo ille qui vincit ad taxillos tenetur restituere.Ber.dicit hic ꝙ sic si pecunia erat ludentis secus si patris aut domini.alij dicũt qđ debet dari pauperibus tanquam illicitè acquisitum. ¶ Iste duę opin.sunt incompatibiles & contrarię quia de alieno non debet fieri elemosina.nam quod debetur Titio nõ debet solui Seio. vt ff.de sol.l.qui hominem.§.si nullo.alij dicunt qđ vincitur in ludo pleno iure efficitur vincentis:nec iudex penitentię debet mandare ꝙ restituatur quod verum est ludo ingeniali sicut est ludus scachorũ vel in quolibet ludo cui inest virtus animi,vel corporis sed ludus taxillorũ nullam habet speciem virtutis.sed est quędam dissipatio & vitium animę tamen consuetudo permittit & error mundi ius facit secundũ
6 Io.An.adde qđ dixi.s̄.eo.c.ij.¶†Deinde no.hic de vestibus qđ non debent esse nimis breues nec nimis longe.Et per hoc instruunt doctores & scolares.nã doctores appellant sacerdotes vt l.i.post prĩ.
7 ff.de iusti.& iure. ¶† Vlterius not.qđ monachus factus episcopus non liberatur ex toto ab ordine monachali:tamen quia est emancipatus à suo abbate videtur quod in vita sua possit habere propriũ sed non in morte.fructus igitur beneficij facit suos tanquam pater familias sed non posset eos relinquere consanguineis in c.j.de pecu.cleri.sed in vita sua posset eis indigentibus subuenire & si hæreditas ei deferatur potest adere & dimittere alijs qui succedunt ab intestato hoc no.Bar.in l.ij ff.de condi.fur.¶Et adde quod no.xviij. q.j.statutum & de officio ord.c.quanto.& C de bo.quæ lib.l.cum non solum in prin.¶ Dico enim ꝙ si abbas non vult adire cõuentus nõ posset eum compellere imo aliquis superior vt ff.ad trebellianum.l.quia poterat.quia de volũtarijs non intromittit se lex vt ff.eodem l.in commodato.§.sicut & C.mãda.l.in re mandata.& C. de neg.gest.l.tutori.

CAP. XVI.

1 *Monitus tertio si non desistat ipso facto perdit priuilegium.*
2 *Clericus si non est monitus an possit statuta laicorum recipere pro se & repellere quatenus faciunt contra se.*
3 *Statuto si caueatur quod non valeat aliqua donatio nisi insinuetur modo clericus donat laico vel econtra minorem summam quingentorum aureorum quę de iure communi non requirit insinuationem quid iuris.*
4 *Statutum qui respicit quandam solennitatem ab utraque parte contrahentium seruanda an manus donantis sit ligata an capacitas donatarij:an simpliciter seruandus sit fauor clericorum.*
5 *Statutum si fiat quod si quis vendio frumentũ soluat duas denarios pro libra vel si statutũ dictat qđ nullus possit extrahere victualia extra districtum an comprehendantur clerici.*
6 *Illud quod de trina monitione dicitur an habeat locum in monitione vicarij sicut in monitione episcopi.*
7 *Grauans clericos in rebus clericorum an committat sacrilegium.*
8 *Monitiones cum sint tres quare dicimus in numero singulari ista est canonica monitio.*
9 *Denunciatio an possit fieri procuratori.*
10 *Denunciatio an posit fieri die feriata in honorem Dei.*

EX literis. Clericus ab episcopo tertio monitus à negociationibus nõ desistens perdit circa bona priuilegium clericale.hoc dicit.¶Casus. In terra comitis Fontini erant quidam clerici qui potius intendebãt negocijs secularibus quàm diuinis officijs.& dum priuilegium clericale faciebant pro ipsis allegabant priuilegium clericale dum autem statuta laicorum faciebant pro eis volebãt vti statutis illius terrę.vnde comes fuit de hoc conquestus Papę:Papa scribit episcopo illius terrę quod moneat eos quod à talibus negociationibus desistant.Et si tertio moniti non desistant:priuilegio clericali gaudere non debeant quo ad bona vnde tenentur seruare sta-
1 tuta quæ de eorum facultatibus loquuntur. ¶† In textu ibi:si tertio moniti:nota quod quis ipso facto perdit priuilegiũ si tertio monitus non desistat nam tertia monitio est monitio canonica secũdum Ber.Item not.quod ecclesia non defendit clericos qui non viuunt clericaliter nisi diuinis officijs obsequãtur sic.C.de sacro san-
2 ctis ecclesijs.l.qui sub prætextu. ¶†Quæro quid si clericus non est monitus vtrum possit statuta laicorum recipere pro se & repellere quatenus faciunt contra se.hic est argumentum quod sic alioqn frustra fieret hic mentio de citatione seu monitione.ad idem.x.distin.si in adiutorium.¶In contrarium facit quia scriptum est patere legẽ quam tuipse tuleris.vt s̄.de constitut.c.cũ omnes.hęc enim est summa æquitas argumen.ff.de solut.l.i & argumen.C.de fruct.& lit.expeñ.l.finali,¶Solu. in eodem negocio vel negociatione debet vti eo statuto contra se quo vtitur pro se.argument.C.de sen.& interlocu.omni iudicium.l.cũ Papinianus & ff. de operis liber.l.si ita stipulatus.& ff.de manumis.l.Seius.¶Nõ ob.quod clericus non possit renunciare suo priuilegio quod uerum est nisi renuncietur conscientia legis vel di quod non est renunciatio sed legis:
3 statutum. ¶†Pone statuto caueatur quod non valeat aliqua donatio nisi insinuetur modo clericus donat laico vel econtra minorẽ summam quingentorum aureorum quę de iure communi non requirit insinuationẽ. Quæritur quid iuris nam istud statutũ respicit quandam solennitatem ab vtraq; parte contrahentiũ seruandam. Porro vnus eorum est laicus alter clericus quæritur qđ extremum inspicere debeamus.& uidetur quod extremum agens inspiciamus quia nobilis patientię.ff.de leg.iij.l.j.§.sed si filius. ¶ In contrarium videtur quia inspiciamus suscipitiuam personam. vt ff.ad l.fal.l.cũ dotẽ.dicit philosophus quod actus actiuorum sunt.subsistunt in communi susceptiuo.idest in patiente & disposito secundo de ani-
4 ma. ¶†Quæstio fit in hoc verũ sit ligata manus donantis an capacitas donatarij an simpliciter seruandus sit fauor clericorũ.sol.si clericus ex lege municipali uelit aliquod beneficium consequi puta:paratę executionis tunc debet seruare statutum. Si autem vult simpliciter vti iure communi tunc neque actiue neque passiue comprehendit clericos. Adde quod dixi.s̄.de foro competen.c.qđ cle-
5 ricis.[a] ¶†Ecce fit statutum quod si quis vendit frumentum soluat
a duos denarios pro libra. vel dictat statutum quod nullus possit extrahere victualia extra districtum nunquid comprehenduntur clerici.respondeo sic si mercando hoc faciunt alias secus.C.de episc.& cle.l.ij.& ibi per Cynum.& hoc intellige.quo ad pœnas pecuniarias sed corporales nõ possunt eis infligi per statuta laicorum.vt in c.si quis suadente diabolo.per Innocẽ.& vide quod no.Archi.xvij.
6 q.iiij.quisquis.¶Quæro nunquid illud quod dicitur de trina monitione

ADDITIO.

a ¶ Aduerte quia etiam Panor.hic in.l.no.istum tex.& illum ꝙ clerici possunt ad eorum commodum uti statutis & consuetudinibus laicorum.ideo aduerte quia Bal.nõ legit ibi nec illum tex.de fo.cõpe.iõ dicit qđ ille tex.ꝓbat hoc mõ nã dicit ꝙ ibi tex.q.dã sacerdotes & clerici fuerũt iculpati de certis criminibus q.testibus fide dignis poterãt ꝯ eos ꝓbari:isti cleri.solebant iuuare exquendum.l.regni per quem disponitur ꝙ in culpa de criminibus quæ contra eos legitime probari possunt testibus fide dignis reputantur insontes si se super illis purgare ualeant quo quo modo mandat ibi pa.quod illa consuetudo regnum tanquam pestifera & omni iuri contraria extirpetur penitus & clero.nec clerici ualeant ea uti ergo à contrario sensu si fuisset rationabilis potuissent clerici ea consuetudine laicorum ad eorum commodum vti ex quo erat mere priuilegiata.

nitione habeat locum in monitione vicarij sicut in monitione episcopi? dicit collectarius quod non. quia hoc spectat ad correctionem vel reformationem nisi haberet speciale mandatum. vt
7 in c. tuam. de offi. vi. ¶ † Quæro nunquid ille qui grauat clericos in rebus clericorum committat sacrilegium? dic quod sic no. xvij. q. j. generaliter & xij. q. de rebus. & c. ecclesia. xvij. q. iiij. quisquis. & iniuria verbalis facta clerico dicitur negocium ecclesiarum. vt in c. peruenit. de foro competen. ¶ Triplex autem est iniuria scilicet verbalis: corporalis: & in rebus. & omnia ista pertinent ad episcopum & etiam ad iudicem secularem. vt C. de episc. & cle. l. si quis
8 hoc genus. ¶ † Extra quo quare dicimus in singulari numero ista est canonica monitio cum sint tres monitiones? respondeo quia sola vltima dicitur canonica. aliæ sunt præambulæ. ff. de no. ope. nũ. l. prætor. § si aliquando. & ideo non sufficit vna monitio pro tribus: quia verbis edicti deseruire oportet. ut ff. de exerci. l. j. §. si is qui nauem. & de formalibus nihil est prætermittendum. vt ff. de in inte. resti. l. diuus. ¶ † Sed nunquid ista denunciatio possit fieri pro
9 curatori? dic quod nõ: quia nec ad domũ eũ fiat ad morũ correctionẽ. & correctio morum non potest impleri per substitutum. vt C. de cad. tollen. l. ne autem. ¶ Sed nunquid possit fieri die feriata in honorem Dei? respondeo quod sic: quia non spectat ad iudicialem strepitum. vt ff. de no. ope. nũ. l. j. § nũciationibus. ¶ Porro cum terminus dicatur dupliciter uno modo. i. assignatio dierũ. secũdo modo. i. fluxus dierum dico quod istæ dilationes debent esse elapsæ. vt in c. cõmissa de elec. li. vj. quia vbi delictum vel pœna delicti surgit ex tempore necesse est expectare finem. ut no. per Bart. in l. cum stipulatus sim mihi a proculo. ff. de ver. ob. & ff. si quis cau. l. si eum. §. hoc sisti. in fine huius tituli. No. quod delictum clericorum punitur in proprijs rebus ipsorum: non in rebus ecclesiæ. Bal. de perusio.

¶ De cohabitatione clericorum & mulierum. Rub.

1 *Clericorum & mulierum cohabitatio quare prohibetur.*
2 *Mulieri si relinquitur victus & vestitus donec manserit cum priuignis in domo testatoris modo priuigni sunt de tali cohabitatione suspecti an ipsa possit ab eis recedere & legatum consequi.*
3 *Mulieri an propter fragilitatem sexus competat beneficium restitutionis in integrum.*

1 ¶ † Quia mulier mollis & fragilis est naturæ & appetit virum sicut materia formam: magnes ferrum & econtra viri ardentes amant mulieres quia dicit tex. quod nil est furore amoris vehementius iõ clericorum & mulierũ cohabitatio prohibetur: quia naturaliter est suspecta & nititur in vetitũ semper dãnata cupido. & ideo Deus voluit quod mulier esset amicabilis & flexibilis naturæ vt magis cooperaret generationi. vt C. qui po. in pi. ha. l. assiduis. Nam si esset aspera & inculta nõ generaret sicut terra arida nõ producit ex se fructũ quia sterilis est. vt l. si fundus ff. de re. eorũ. & est facta ex costa viri quasi ex medio virtutis eius nõ quasi ex supremo vel infimo & sicut per costas designatur custodia cordis. & sicut clipeus aliqualiter retortus ita se hẽt mulier respectu viri si custodit naturam suam. Est au
2 tem natura virtus propagata de celo. ¶ † Ecce quod relinquitur mulieri victus & vestitus donec manserit cum priuignis in domo testatoris. modo priuigni sunt de tali cohabitatione suspecti: nunquid ipsa potest ab eis recedere & legatum consequi? Dicit Iac. de Are. quod sic in l. fi. ff. vbi pup. edu. de. Item si adulta quæ est matrimonialis ætatis velit potius habitare cum matre quam cum curatore hoc non solum ei est permittendum: sed etiam iudicis officio prouidendum: quia cohabitatio esset suspecta. debet enim in omnib. iudex prouidere ne quis possit insidiari pudicitiæ etiã si esset spõ
3 sus per verba de futuro. vt s. de restitu. spo. c. ex parte. ¶ † Sed an propter fragilitatem sexus competat mulieri beneficiũ restitutionis in integrum sicut competit minori? respon. non. ut C. de iur. & fac. igno. l. fi. lex dicit quod mulier facilius impetrat veniã ætatis quam masculus. quia citius fit pleni doli capax & sagax quod idem est C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. vnde videmus quod statim post. xij. annum potest facere testamentum & obligare se efficaciter per iuramentum: cum masculus non possit nisi post. xiiij. annum etiã si sit rex miles vel tribunus. C. de testa. mili. l. fin. & licet pupillus contrahendo naturaliter obligetur: tamen ex eius testamento nõ oritur obligatio naturalis: quia non est in eo integritas mentis. ut no. in ca. ff. de testa. l. ij. Nam vt ita dixerim lex facit eis testamentum quod ipsis sufficit hac ratione pupilli non dicũtur decedere ab intesta. vt l. j. in princip. de suis & le. & l. si quis cum nullum. ff. de iurisdic. om. iudi.

CAP. I.

1 *Clausula diabolico spiritu instigati quæ in inquisitionibus ponitur non minuit peccatum sed significat dolum.*

INhibendum. Sacerdotes fœminã quã etiam canones antiq. permittunt si est suspecta retinere non debent. hoc
1 dicit. ¶ † In tex. ibi: instigante diabolo no. illud quod ponitur in inquisitionibus, diabolico spiritu instigati quæ instigatio non minuit peccatum sed significat dolum. ¶ Quid ergo si apparet quod non fuit dolus sed culpa nũquid sit probata inquisitio? & videtur quod non: quia aliud est factũ aliud beneficium. licet grosso modo loquendo factum & maleficium idem sint. tñ re vera factũ cõsistit in ope. maleficiũ in mente & qualitate eius. ergo non est probatum sic factũ sed factũ simpliciter quod etiam per ignorantiã & furorem fieri potest. ut ff. de abig. l. j. in fi. ¶ In cõtrarium facit quia maleficium est genus: sed genus verificat in qualibet eius specie ergo verificatur & punitur etiã culpa. ar. ff. de arbi. l. Celsus. §. ideq; ait. So. in atrocioribus si se obligat ad pœnam talionis expresse vel tacite vera est opi. secũda: quia inquisitor non videtur se astringere ad aliquam qualitatem.

CAP. II.

1 *Sacerdos non solum dicitur presbyter: sed etiam diaconus & subdiaconus.*

SI quisquam. Excõicatur clericus tertio monitus si a suspectæ mulieris cõsortio & colloquio nõ desistat. h. d. ¶ Not. ex colloquio præsumi tractatũ & hoc est bene no. de quo per Bart. in
1 l. si ventri. §. fi. ff. de priui. cre. ¶ † Not. hic quod sacerdos dr̃ non solũ presbiter sed etiam diaconus & subdiaconus. Sed nũquid hoc est verum si quis impetrat beneficium dicens se sacerdotem? respondeo si non refert in quo ordine sit valet impetratio alias non: quia ad communem verborum disciplinam & intellectum recurrendũ est, ut no. Cyn. in l. fi. C. de compen.

CAP. III.

CLericos. Non debet prælatus corrigere clericũ vt concubinam abiuret & si nõ dimittat excõmunicat. h. d. ¶ Not. quod vbi est verisimile de piurio non debet exigi iuramentum sed aliud remedium adhibendum. concor. ff. de indi. vi. tol. l ij. Bald.

CAP. IIII.

1 *Dictio vsque quando ponatur exclusiue & quando inclusiue.*
2 *Iudex quid debeat arbitrari.*
3 *Officium & beneficium an quis statim quod satisfecit recuperet.*
4 *Suspensus ad tempus an perdat ius suum.*
5 *Suspensus an postquam recuperat pristinum statum recuperet fructus qui medio tempore colliguntur.*
6 *Suspensi beneficia an possint alteri conferri.*
7 *Fructus pendentes tempore quo suspensus vel excommunicatus absoluitur ad quem pertinent.*
8 *Carceratus si quis sit pro debito statim quod soluit debitum si inuenit ostiũ carceris apertum potest sua libertate & propria autoritate exire de carceribus.*
9 *Suspensus a beneficio an debeat electionibus interesse vel cum alijs sedere.*
10 *Pœna iudicis an sit grauior quam pœna iuris.*
11 *Excommunicati siue a iudice siue a canone fiunt irregulares ratione contemptus si celebrant in suis ordinibus.*
12 *Tempus ad satisfaciendum reo quantum debet dari.*
13 *Condemnatus si non soluerit condemnationem puniri debet alia grauiori pœna & non apponitur tempus.*

SIcut. Si clerici moniti concubinas non dimittunt suspẽdunt a beneficijs & si se adhuc nõ corrigunt deponunt. hoc dicit. ¶ In text. ibi: fornicarias. lex ciuilis vocat fornicarias, ibi studiose. i. solicite. Ibi
1 vlterius simile in l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ¶ † Ibi vsq; ista dictio includit extremum ad quod tum ex vi vocis. tum ex vi rõnis. sed quando ratio nõ patitur quod ponatur inclusiue vel rei natura nõ patitur tunc ponitur exclusiue: vt no. Cy. C. de nup. l. a caliga to. Ibi ad satisfactionem not. quod valet suspensio ad tẽpus incertũ. Ibi congruam arbitrio boni viri. argu. ff. pro so. l. societatem in fi
2 ne. & ff. de sta. libe. l. statu liber rationem. ¶ † Quæro quid debeat iudex arbitrari? respõdeo vt sic cõgruat satisfactio si dimiserit peccatum & penitentiam egerit corã Deo contra quem peccauerat. & si peccasset contra proximum oportet quod ei satisfaciat sm

Innocen.quia si offendit Deum & proximum ita debet satisface-
re vtriq; Deo autem satisfit per correctionem spiritualem:proxi-
mo autem per satisfactionem. Et vide quod notatur. ff. de infa. l.
3 furtum §. pactus.¶† Quæro an statim quod satisfecit recuperet
officium & beneficium? dic quod sic.quia pęna tempore limitata
suis est contenta finibus. ff de postulatio. l. imperator. ¶Contra
hoc opponitur nam qui per iudicem ligatur per iudicem absolui
debet ff.de reg.iu l.nihil tam naturale. ff.de solu.l. prout quisquã.
ff.de serui.ru. prędio.l.tria prędia.Solu. a iudice procedit hoc qa
qđ prohibet ad tempus videtur permittere post tempus.nam ar.
a contrario sensu sumitur ex tempore.ff.de leg. ij.l.statu liberum.
§.statum.item opponitur quòd tempus non est modus tollendę
vel inducendę obligationis.ff.de act.& ob.l.obligationum fere. §.
4 pe.So. tempus per se non facit hoc sed autoritas iudicis. ¶† Ter-
tio quęro vtrum suspensus ad tempus perdat ius suum? respond.
non perdit ius beneficij sed bene perdit commoditatem fructuũ
5 interim.ut s̃.de ap c.pastoralis.in fi.secundum Innoc. ¶† Quarto
quęro nunquid postquam recuperat pristinum statum recuperet
fructus qui medio tempore colliguntur.respon.non.sed in vtilita
tem ecclesiæ conuertuntur secundum Innocen. Sed videtur qđ
imo fructus recuperet quia iste suspensus non amisit possessionẽ
beneficij quia nec habuit animum amittendi nec pretor ei abstu-
lit.vt ff.de acqui.posses.l.qui vniuersas.§.idem solu.ista duo stant
simul qđ quis non possideat & tamen non lucretur fructus ſm In-
no.& est ratio quia ĩterim possidet nomine ecclesię potius q̃ suo.
considera ꝙ fructuum quidã sunt ciuitales q percipiuntur ex con-
suetudine vel statuto vt fructus tribunalis vel sigilli. Quidam con-
uentionales vt pensiones:quidam naturales quos natura sua spon
te producit:vt poma:quidam industriales qui seruntur.ut fruges.
& in oĩbus istis est uerum dictũ Innocen.vt C.de hereticis. auth.
6 idem de nestorianis. ¶† Vlterius quæro vtrum beneficia istius
possint alteri cõferri? rñdeo nõ qa vacant donec per sñiam sit re-
motus ſm Innoc.¶Et not.ꝙ suspensus ęquiparatur infirmo: sed
excõicatus ęquiparatur mortuo & tamen donec sit priuatus irrepa-
rabiliter per sñiam hoĩs alias canonis beneficia sua alteri conferri
nõ possunt qa non vacant.vacatura enim cõferri nõ possunt etiã
si quis sit irregularis vel homicida. vt j.eo.tit.in c.fi.per Innocen.
7 ¶† Quid de fructibus pendentib. tpe quo suspensus vel excom-
municatus absoluitur? rñdeo pertinet ad ipsum absolutum sicut
pertinerent si esset de nouo promotus non ob.l.diuortio. ff. solu.
ma.vbi ꝓ rata temporis fit distributio quia maritus possidet gra-
tia sua & aliena.sua gratia videlicet dum durat matrimonium. &
hoc propter onera matrimonij.Aliena autem post diuortium.ut
C.sol.ma.l.dotis.& ideo fit diuisio tpis sic ff.de stip seruo.l. seruus
cõis męuij & castrensis peculij §.vlti.Sunt enim qui possidẽt gra-
tia sua tantum. vt vsufructuarius. de quo dic vt ff.de vsufruct. l.
defuncta.¶Sunt & alij qui possident gratia sua tãtum & isti possi
dent apparenter sed nõ existenter: quia possessio iuris non est pę-
nes eos vt sunt coloni & inqlini.vt C.de pręscri.tri.an.l.male agit.
Et si isti expellantur nõ datur eis iudicium possessorium sed detẽ
tatorium.ut l.j.C.si per vim vel alio modo.ff.de dona.l. Aquilius
regulus.tamen colonus qui nummis colit facit fructus suos si sol-
uit pensionẽ vel fide habita de soluendo post fructuum ꝑceptio-
nem.ut ff.de vsufru.l.si seruus cõis.§.locaui.& si fructus pendẽtes
furtiue subtraherentur non datur ei actio sed domino vt ff.loca.l.
cum in plures.§.messem.quam actionẽ dñs tenetur soluere colo-
no vel intentare ad eius vtilitatem & iste est vnus casus in quo ꝓ
8 cedit libellus istę ago ut agas.¶† Extra not.arg.ꝙ si aliquis est car-
ceratus pro debito statim ꝙ soluit debitũ si inuenit ostium carce
ris apertum potest sua libertate & propria autoritate exire de car
ceribus:sed melius & securius est qđ faciat autoritate iudicis.ut ff.
de sol.l.si stipulatus.§.si lancẽ.Item collige argumentum ꝙ maius
est delictum inobedientię q̃ fornicationis qa magis punitur. Itẽ
qđ monitio quæ pręcedit factum vel eius perseuerantiam aggra-
uat delictum sed contumacia post factum qđ suis finibus contine
tur non alterat vel aggrauat factũ sed per formam facientem qa ea
9 quæ interuallo sunt non videntur inesse.¶† Quærit Innoc.vtrum
suspensus a beneficio debeat electionib. interesse vel cũ alijs sede-
re.& determinat ꝙ nõ.& est ratio qa reatus oẽm honorẽ excludit
vt l.j C.vbi sena.vel cla. Et quãuis qđ suspẽditur nõ obrumpit ex
toto ut no.in l.ij.ff.de verbo.ob.& l.inter stipulantẽ.§. sacramen-
ta.tñ actus medij tpis sunt ei interdicti.vt ff.de sta.li.l. statu libe. &
10 l.a cęteris.in prin ¶† Quæro vtrum pęna iudicis si grauior q̃ pę-
na iuris? Dicit Innocen.qđ sic.Tu dic ꝙ aut pœna iuris sumit ori-
ginem quamuis tacite ex sententia iudicis & tunc ęque grauis est.
Si autem habet originem ex sola dispositione legis : tunc aut lo-
quimur de pęna inhabilitationis aut de pœna contemptus. primo
casu durius agitur cum lege:ut ff.de iure patro.l.si libertus mino-
rem. Scdo casu durius agit cum ministro legis quia viua maie-
stas vel viua autoritas ei non debet esse ludibrio.argu ff.de arbi. l.
celsus.& ista sunt vera.fallunt in casibus expressis in iure.nam vbi
lex vltra procedit est stañ.statuto legis.vt ff.de diuor. l. fi. Subdit
Innoc.ꝙ si suspensus a canone celebrat nõ est irregularis secus in
suspenso a iudice.Non ob.c.cum ęterni.de re iudi. lib. vj. quia ibi
11 speciale propter iudicis.¶† Excommunicati autem siue a iudice
siue a canone fiunt irregulares ratione contemptus si celebrant in
12 suis ordinibus secundum Inno.¶† Quærit Innoc.quantum tem-
pus dabitur ad satisfaciendum reo ? Respondeo: aut iudex expri-
mit tempus & ei statur aut non exprimit.& tunc donec citetur vt
13 satisfaciat dumtamen satisfacere possit secundum Inn. ¶† Hoc
facit ad quæstionem statuti quo cauetur ꝙ si condemnatus non
soluerit condemnationem puniatur alia grauiore pęna & non ap
ponitur tempus.nam monitio est necessaria.sic in aut. de hęre. &
fal.§.si quis autem non implens.

CAP. V.

1 *Literę debent facere mentionem de causa.*

SVper eo. Non ualet absolutio si clericus pro-
pter concubinatum suspensus cota
1 cito absoluatur.¶† No.quod literę debent facere mẽ
tionem de serię.i de causa nam qui non facit mentio-
nem causę non videtur fecisse mentionem causati ut hic quod
est nota.Dicit enim l.causas quibus quis strangulatur nominatim
exponat.vt l.j.C.de prędi.curi.li.x.nam si curam medicantis expe
ctas oportet vt vulnus detegas tuum ff.de in ius vo. l. sed si hac.§.
patronum.Baldus.

CAP. VI.

SI autem. Clericus qui monitus non dimittit ꝯ-
cubinam a beneficio deponitur. hoc
dicit.Et per hoc patet clericos in minoribus ad con-
tinentiam compellendos qđ est verum in beneficia-
tis ut sequitur.¶Nota qđ ille qui habet beneficium sine cura non
potest habere concubinam.

CAP. VII.

1 *Notorium dicitur de quo presbyter canonice condemnatur.*
2 *Factum si nullo modo sit probatum & tamen sententia condemnatoria lata est: an crimen dicatur notorium.*
3 *Notorium proprie sumptum quod sit.*
4 *Mulierem si quis in domo teneat potest diffiteri se cognoscere eam.*
5 *Notorium auditus an possit esse sicut notorium visus.*

VEstra. A clerico fornicario non notorio licet au
dimus diuina & percipimus ecclesiastica
sacramẽta sed si esset notorius abstinere debemus nõ
tamen ea intentione vel animo quo credamus offi-
cia vel ecclesiastica sacramenta per tales fore polluta.h.d.& diui.
ditur in duas partes in consultationem & responsionem.secunda
1 ibi:alibi.¶† No.optima verba literę.notorium dicitur de quo ꝓ
sbyter canonicę condẽnatur.Occultum dicitur qđ ab ecclesia to
leratur.Not ergo quod per sententiam fit aliqđ notorium dum-
modo sit canonicę lata secus si esset nulla ipso iure.Nam hęc spe
cies notorij vocatur notorium iuris & ideo debet habere validita
2 tẽ quæ in iure ꝯsistit.¶† Sed pone ꝙ nullo modo factum est pro-
batum:& tamen sñia condemnatoria est lata : nũquid crimen di-
catur notorium?respondeo si propter autoritatem sententię quę
habetur pro veritate. ut ff. de reg. iur. l. res iudi. & ideo qui petit
mandari sententiam executioni non habet necesse probare de cri
mine sed de sententia. vt ff de iudi.l.si pretor. in prin.& iste est ca-
sus in quo probatur notorium & non probatur factum scilicet in
notorio famę quæ describitur grosso modo vox populi & in vul
gari dicimus vox populi vox Dei.quia opi.in qua omnes concur-
runt vel maior pars:pręsumitur in se habere rationem.Dicit phi-
losophus qđ fama quàm multi populi famant non ex toto perit
& tamen per istam famam non probatur veritas sed est quoddam
motiuum ad inquirendũ secundũ Inno.j.eo.c. fi. ¶ Si in publicis
criminibus qa de priuatis delictis ſm ius ciuile nõ fit inqsitio vt
ff.de mu.& hono.l.rescripto.§.si quis accusatorem.secundum ca
nones autem vbicunque quis laborat infamia potest inquiri mi-
tius tamen agitur cũ inquisito quàm cũ accusato. vt int.de accu-
sa.qualiter & quando.est & tertius casus scilicet in notorio præ-
sumptionis vel iudiciorum:quia tale notorium probatur & non
probatur factum sed istis duobus modis dicitur notorium im-
3 proprie. ¶ † Notorium autem proprie sumptum est illud qđ
ab oculis hominum non potest occultari in quo per negatio-
nem non fit res dubia. vt not. ff. de transact. l. post rem. & si
fieret

fieret aliqualiter dubia per negationem tamen statim potest fieri notoria per probationem: vnde illa dubietas de facili tollitur sicut nebula in aere. vt supra. de offi. delega. c. statuimus. in vj. & ibi no. In isto notorio quod adminicula probationum desiderat. dicemus quod non potest probari quin probetur factum. & est ratio manifesta: quia factum est quod in substantia consistit. Notoriū autem est qualitas siue circunferentia quę sine subiecto esse non
4 potest. vt not. ff. de proba. l. si arbiter. ¶† Dicit hic Innoc. ꝙ licet quis teneat mulierem in domo potest diffiteri se cognoscere eā: quia non probat hoc esse qđ ab hoc facile contingit abesse. Sed istud dictum debet intelligi iudicis arbitrio secundum qualitatē personarum. Idem ait qđ si clericus inuentus sit coire cū muliere quod propter hoc tamen vitari non debet supple donec tollera tur ab ecclesia: nam ecclesia habet illud pro occulto quod non
5 est detectum nisi esset expresse notorium secundū Inno. ¶† Sed nunquid potest esse notorium auditus sicut visus. Inno. posuit duas gl. j. eo. c. si in vna earum dicit ꝙ nō: in alia dicit qđ sic: qđ verius est: qa sicut visus est actus corporis videntis ita auditus est actus corporis audientis. vnde ea que fiunt in parlamentis dominorū & ciuitatum in quibus auditus a prędominio magis discernit id de quo quęritur bene possunt esse notoria: ut C. de appella. l. nominationes. & nota in l. j. C qui & aduer. quos. facilius tamen probatur notorium visus quàm notoriū auditus: & adde quod dicam. j. eodem. c. tua.

CAP. VIII.

TVa. Per dicta non iuratorum fornicatio non probatur punitur tamen infamatus si de his se non purgauerit h. d. In tex. ibi notorium dicitur notorium i. valde notum in quo per negationem non fit res
1 dubia. ¶† Et istud est notorium facti continuabilis & actu permanentis dicit Ia. But. ꝙ ea quæ non vident non possunt esse notoria quia notorium est perfecta noticia rerum visui subiacentium. perfecta autem notitia rerum solo intellectu capiendarum non facit notorium quia animi sapientia datur paucis. dici autem possunt manifesta si consistunt in actu instātaneo siue momētaneo
2 vt C. de ap. l. ciues & incolę. ¶† Et no. qđ Inno. hic primo tractat de fama & Ber. diffinit quid est fama: & dicit ꝙ fama quo ad se. i. in se ipsa essentialiter & vere quia ipsa fama est veritas & integri status bonę opinionis. sed quo ad alios est proclamatio vel mur-
3 muratio populi. ¶† Sed quid si testis dicit famā esse & interrogatus quomodo hoc scit. respōdet quia publicè dici audiuit. dicunt quidam quod non sufficit quia publicè posset dici ab vno tantum audiente populo & tamen non esset fama quia fama est vox credibilis plurimorum sed debet adiūgere qđ a multis & à maiori parte populi vel vicinię. Nam hęc verba sufficiunt videlicet ꝙ sit notorium famę in vicina secundum Inno. ¶ Sed iudex vt tollat omnē ambiguitatem debet interrogare a quo & a quibus dici audiuit & ubi & an sit fama recens vel dudū in populo quia fama recēs posset esse subornata & itromissa ab ęmulis & inimicis & fama procurata est potius ęmulatio quā fama vt ff. de adult. l. miles. §. pe. qa quod ab inimicis & emulis oritur suspitione vel inuidia
4 nō caret vt in l. j. C. si quis impera. maledi. ¶† Quid si statuto caueatur ꝙ ad probandum maleficium contra magnates sufficiat ꝓbare famam nunquid sufficit probare nudam famam nullis indicijs comprobatam. dicit Bar. ꝙ non quia agitur de pleno pręiudicio vt ipse no. ff. de quęsti. l. de minore. §. tormenta. qđ dictum est satis ęqui debet ergo cum iusta & clamosa fama vel infamia cōscientia iudicis confirmari ex aliquibus coniecturis. Sed quid si est orta ab honestis pe. sonis quę dixerunt in populo se vidisse. & interfuisse. respondeo ista fama habet originem a certo autore secundum Inno. Et ideo motus iudicis cum ea concurrere potest. Nam quod uulgus opinatur id credibile est. ff. de infa. l. athletas. versi. & sane. ¶ Statutū ergo prædictū potest restringi ad famam quæ viget qa nobilis ꝓsumptio est presumere aliquod statutū esse cum ratione argumen. ff. pro so. l. merito. tamen vna fama potest extingui per famam contrariam vt C. si de statu. defun. l. si mater. quia eadem est parilitas contrariorum cū in iudicijs debeat seruari ęqualitas vt C. de fru & lit. expen. l. fi. de tem. in integ. rest. l. pete-
5 de. ¶† Porro fama famās est vox in auribus populi sonans quia vires suas eundo & perseuerando extendit. Rumor autem quandoque cito deficit vt l. fin. ff. de hęre. instit. vnde Virgilius Fama malum quo non aliud velocius vllum. Mobilitate viget viresque acquirit eundo. Iuxta illud per omnem terrā exiuit sonus
6 eorum. ¶ † Vlterius dicit Innocen. quid est manifestum dicit Ber. ꝙ manifestum est habere originem a certo autore non ab incerto originē dico essendi. nam quo ad probationē dico aliquid est incertū in principio quod certum est in fi. vt instit. de ac. §. curare. & C. de po. l. cum reus. ¶ Demum Inn. transit ad notorium cir-
7 ca quod est aduertendum quod notorium dicitur propriè illud quod non indiget probatione. ¶† Item quęritur nunquid in tali notorio requiratur litis contestatio quoniam litis contestatio debet fieri ꝑ positionē & negationem vt C. de iudi. l. rem non nouā sed in notorio non cadit negatio ergo nec litis contestatio. defensio tamen siue accusatio si qua est bene debet audiri quia sepe aliqua sunt notoria, & tamen possunt excusari a pęna & ideo datur dilatio ad defensionem faciendam & debet absens citari vt ff. de re mili. l. iij. §. si ad diem & inf. de accu. c. cū dilecti. verbi gratia potest esse notorius homicida & tamen potest se excusare qa fecit ad defensionem vel quia occidit hostem in flagranti crimine. C. de his qui ad eccle. confug. l. si seruus. ¶† Ex his apparet qđ
8 etiam si vtraq; pars sit pñs non requiritur cōtestatio litis & etiā
9 si fieret interrogatio non fit animo litē contestā. qđ est cōtra opinionem Inno. ¶† Deinde quęritur vtrum notorium indigeat ꝓbatione si negetur. Innocē. videtur dicere ꝙ sic. sed contrarium apparet ex supradictis. dic ꝙ si est notoriū actu perseuerans quod istud non potest negari. Si autem est notorium ꝙ a suo actu recessit: aut est notorium recens & idem aut notorium antiquum qđ potest excidisse memoriam hominum vel est in partibus remotis & non in loco iudicij tunc requirit probatio & admittit appellatio. vt C. de appel. l. ciues & incolę. Et dicit hic Inn. qđ ī notorio interpellato sufficit semiplena ꝓbatio qđ nullo iure cauet salua
10 reuerētia tāti patris. ¶† Deinde tractat hic Inn. de notorio iuris id est sententię & confessionis. & ideo dicitur notorium iuris: quia iure cōprobat & ex legitimo ꝓcessu oritur: secus si ꝓcessus esset reprobatus, vt supra de iudi. c. at si clerici. & dicit quod si negatur debet probari & istud est verum quia potest in dubium reuocari & negari nisi per acta constet contrarium: vt ff. de transf. l. post rē. Nam claudendę sunt aures vocibus calamitosorum: vt ff. de offi. prę si l. obseruā. C. de penis l. cum reis. C. quorum app. non reci. l. ij. ¶ Dicit hic Inno. vnum verbum not. quod interdum appellatio est interdicta: tamen allegationes legum vel alię legitime allegationes non sunt interdictę vt patet in supplicatione secundū Inno. ¶ Tu dic quod est speciale in supplicatione nam post quam sententia transiuit in rem iudi. nullę allegationes admittuntur. ff. de cōdi. inde. l. eleganter. §. si post. ff. de iudi. l. si prętor. in prin. nisi sit casus in quo detur in inte. resti. quod est vbicunq; dolus iudicis & partium dedit causam sententię vt singulariter no. ff. ad treb. l. seruo inuito. §. cum prętor. ¶ Deinde Inno. tractat de notorio pręsumptionis de quo habes optimum exemplum ff. de in inte. resti. l. diuus. & scias quod præsumptiones vt plurimum sunt inuentę propter dificultatem probationum: vt legitur & not. de condi. &
11 demonstra. l. Lucius. ¶† Quero cum Inno. quot homines faciunt notorium? dic vnum mirabile verbum quod tot faciunt notorium quod non possunt reperiri tot in contrarium: & ideo requiritur maior pars. sed Cyn. dicit quod aspectus. x. virorum vel mu-
12 lierum facit notorium. C. de accusa. l. ea quidē. vbi videas. ¶† Vlterius

tertius quero contra notorium delicti non admittit negatio. nun quid contra notorium cōtractus testamenti admittatur negatio? Inno. hic contrariatur sibijpsi. tu dic quod in possessorio non admittitur negatio ī petitorio sic: vt C. de edi. diui adri. tol. l. edicto. certe illa l. hoc non pbat quia ibi loquitur in summaria cognitione & vbi proceditur de scripti recitatione. Item vbicunq; procceditur de scripti recitatione potest dici notorium. l. certo certius. ff. de pigno. l. contrahitur. dic quod ex notorio contractus si orit iudicium possessorium: quia aliud est possessio aliud obligatio: vt l. fina. ff. quorum bo. tamen ex īstrumento oritur clara & indubitata scientia. & tamen potest impugnari per contrarium in rem: vt C. de non nu. pecu. l. generaliter. ¶ Item potest exponi & interpretari per testes. vt not. ff. de pac. l. iuris gentium. §. qđ fere. & no. qđ testes qui producuntur ad probandum notorium debent esse bone opinionis & intelligentes: quia sine intellectu quid sit notorium ignoratur ad hoc. ff. ad carbo. l. iij. §. cause. & §. due cāe. & l. j. §. j. ff. de ven. inspici. ¶ Porro notorium non dicitur nisi apparens & existens vetustas que omnia consumit. Item notorium a noticia dictum est. quia seipsum exhibet vt l. ij. C. quando & quibus
13 quarta pars de. ¶ †Sed nunquid paupertas possit esse notoria. videtur quod non: quia multi paupertatem fingunt & thesaurum suum abscōdunt, vt l. ij. C. de medi. validis lib. xj. sed dic qđ tā paupertas quàm diuitie possunt esse notorie vt ff. qui satisda. cog. l. si vero. §. si pro rei qualitate. & sine vlla possessione ex solis nominibus debitorū potest quis esse diues vt C. de quadri. prescri. l. oēs. ¶ Et no. quod quatuor modis dicitur quis idoneus. s. morib. scientia facultatibus & conueniendi facilitate. & quodlibet istorum po
14 test esse notorium pro & contra. ¶ †Item no. quod contractus possunt esse notorij. obligationes autem sunt inuisibiles quando ex necessitate illatiua notissime sunt ī intellectu nisi aliud pbetur quod officiat obligationi vt simulatio & similia. sed in maleficijs non habet locum exceptio simulationis. & ideo dictum Innocen.
15 potest saluari secundum quid sed non simpliciter. ¶ †Sed nunqd dominium potest esse notorium videtur qđ non quia illud non est notorium quod potest multis modis in dubiū reuocari secundum doctrinam Inno. Preterea dominium est difficilis probationis & obscure vt not. C. de proba. l. cum res. ¶ In contrarium est gloss. ordinaria. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum me. preterea possessio potest esse notoria. Item quia ille qui est dominus fructuum presumitur esse dominus terre. ff. de dona. l. Ticia. & not. in l. pe. ff. de condi. instit. preterea cōsuetudo & prescriptio ex quibus acquiritur dominium possunt esse notoria & ad notorietatē cause sequitur notorietas effectus. Item licet dominium sit inuisibile tamen per ea que videntur conspicitur. ¶ Item pro hoc facit ff. de ac. emp. l. emptorem in prin. sol. largo modo accipiendo notorium dominium & quasi dominium & seruitutes possunt esse notorie. vt horti Salustiani & palatium Ciceronis. Adde ex dictis. Innoc. quod factum quod nos appellamus maleficiū potest esse notorium & tamen maleficium potest esse occultum propter legitimas excusationes quas tamen dēt probare excipiens vt C. de adul. l. ita pudor. ¶ Item sicut se habet contractus ad obligationē. sic se hēt factū ad maleficiū quia maleficiū sine obligatione eē nō pōt sed factū etiā consummatum pōt esse ab omni vinculo extractum & remotum: vt C. de his qui ad eccle. ꝯfug. l. si seruus. C. qđ cū eo. l. si seruus. C. ne quis vel a regi. l. ij. C. de male. & mathe. l. fin.
16 ¶ †Item dicit Inno. quod de iure ciuili in notorijs seruatur ordo iudiciorum sed de iure canonico in notorijs non requiritur ordo nec litis cōtestatio nisi vtraq; pars sit in iudicio & reus neget. Itē dicit Inno. quod mandata iudicū que fiunt ex arrupto, vim cita-
17 tionis non habent. ¶ †Ex hoc sequitur qđ per precepta facta ex arrupto non interrumpitur prescriptio. quod est not. quod dicunt aduocati quod huiusmodi precepta resoluuntur per conditionem. & istud dictum practicatur & semper allegatur hoc di-
18 ctum. ¶ †Qualiter autem super notorio formet libellus, & quo modo formetur capitula: ponit Innoc. circa princ. huius capituli. & quia officiū iudicis in notorijs multum potest: ideo interrogationi criminose dēt responderi, vt not. Innoc. s. de elec. c. dudū ecclesia Rotomagen. per cōfessionem inducitur notorium iuris. sed an idem inducatur per dicta testium nondum lata sententia. dic quod non: qa ex dictis testium ius non oritur. vt singulariter no. ff. de iureiur. l. sed si possessori. §. penul. Et ideo reus condemnatur ex confessione spōtanea in qua sit perseueratum vsq; ad sen-
19 tentiā. vt no. in c. venerabilibus. §. secus. de sen. excom. li. vj. ¶ †In notorijs facti iudex supplet de iure & de facto, & quolibet tempore etiam feriato. vt no. ff. de fe. c. ij. Item leuato velo fit executio. & vbi te inuenero ibi te puniam. vt ff. de insa. l. ictus fustium. In notorijs sufficit vna citatio. tamen sine vlla citatione non pōt ferri sententia: vt in c. pastoralis. de re iudic. in clemen. ¶ In notorijs non requiritur spontanea confessio cum valeat facta in tormentis quasi fundetur super vero indubitabili. & in eis tormentum, offertur pro libello. ¶ Nō ob. ij. q. j. nos in quenquam, quia ibi non loquitur in notorijs. eadem causa & questione. c. de manifesta. In notorio fertur sententia parte non citata. supra de transac. c. iiij. secundam Innocen. sed hoc videtur contra casum dicti c. pastoralis. vbi denunciatur processus nullus: quia legitima citatio non precessit: & tamen rebellio regis Roberti versus imperiū
20 erat notoria. & hanc vltimam partē tenet Inn. in d. c. tua. ¶ †Que confessio dicatur notoria res vel per confessionē no. de verbo. si-
21 gnifi. c. olim. secundum Innocen. ¶ †Quot modis offensa dicatur notoria, vel manifesta: de sen. excom. c. solet. li. vj. secūdū eundē notorium dicitur quod ad fundandū originem petitionis est notorium: licet contra exceptionem esset necessarium adminiculū replicationis pbande, tamē sufficit quod origo petitionis sit notoria ad fundandum originē processus qa raro est reperire aliqđ notorium in quo etiā adminicula sint notoria secundum Innoc.
22 ¶ †Hec est differētia inter notoriū & manifestum: quia notoriū est in prin. & in fi. manifestū autē potest esse occultum in prin. qđ fit manifestum in fine litis per pbationes apertissimas & inexpugnabiles. Et adde quod no. inno. in c. de hoc. de simonia. Si subditus subtrahit obdientiam domino suo dominus potest eum punire de iure & de facto armata manu, & bellū indicere. vt notat Inn.
23 ī. de verbo. signi. c. ex parte ī Christo. ¶ †Nos dicimus qꝫ seruitutum quedam habent causam continuam natura & vtilitate. Quedam natura non vtilitate. Quedā nō habent causam nō ppetuā nec naturalem, sed vt res incidit. Nam dicit lex qđ seruitutes habētes actum permanentē sunt continue, sed alie aut habent causam naturalem, & sunt quasi cōtinue: aut non habēt causam naturalē nec quasi, & ille appellant omnino discōtinue vt no i l. seruitutes. ff. de serui. & l. foramē. ff. de serui. vrb. pdio. Et ibi dicit lo. si cōsultus qđ omnia perpetua intelligunt esse ꝯtinua si procedūt a rerū
24 natura: & sic a simili dico in notorio. ¶ †Per signa etiam quedam possunt esse notoria qa sunt determinate significationis talia qb. est datus certus modus significan. sicut p vexilla regia significat districtus regis. Itē & p signa vocalia vt per banna & de istis taq de principijs non est disputandum.

FINIS.

¶ Explicit commentum domini Baldi de Perusio, Iuris vtriusque Doctoris, in Primum, Secundum, & Tertium Decretalium.

Tituli Decretalium qui his commentariis explicantur.

INDEX LOCVPLETISSIMVS rerum & verborum in Commentaria Baldi ad libros Decretalium ordine alphabetico digestus.

A

Actio

B

C

Index in Commentaria Baldi.

Colle-

Contractus

cumulans

E

Reus

Index in Commentaria Baldi.

F

¶ Feudum

instrumenta

iurisdictio

Monachus

N

O

P

pęniteu-

professio

¶ Purpura

regulis

S

ista

T

¶ Testari

Testes

Vacante

V

FINIS.

Ioannis Holbechij in commendationem Baldi Epigramma.

Clare tuum uideri? hic Baldum symphradmona lector,
Et magis hunc tersum quàm fuit ante, uiden?
Scilicet insigni micat auctior ecce tabella.
Charta cui nitidis est decumana typis.
Huic deest nulla quidem solidi Rubricula Iuris,
Huic nota uel minimis nulla paragraphulis.
Usque licet certent legum licet usque periti,
Bartolus haud Baldo, nil ubi cedat habet.
Solerti id debes Petro studiose Fualdo
Lector, Ioanni nec minus Holbechio,

Eiusdem de eodem.

Sunt qui Sisyphium perhibent se uoluere saxum,
Dant operam Nomicis quando uoluminibus:
Ne magis obtexant humili sublimia menti,
Ecce nihil quod nunc caussificentur habent.
Nempe tenet Baldus summi fastigia montis,
Sic comes & fixo nunc pede summa tene.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR.

Omnes sunt quaterniones præter RR terniones.

AVGVSTAE TAVRINORVM,

Apud hæredes Nicolai Beuilaque 1568